LIBER II.

DEFENSIONIS PRIMATVS

Archiepiſcopi Calaritani.

AVTHORE, ET PROPVGNATORE IN ROMANA CVRIA

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino

DON FR. AMBROSIO MACHIN

ARCHIEPISCOPO CALARITANO,

Sardiniæ, & Corſicæ Primate.

CALARI,

Ex Typographia Doctoris Antonij Galcerin.

Apud Bartholomæum Gobettum. 1639.

Superiorum permiſſu.

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

QVis in ciuili Republica, Romani Imperij, Ciuitatum ordo, & quæ in gradibus Eccleſiaſticæ politiæ diuiſio, qui Patriarchæ, & Primates. Cap. I.

De origine, & inſtitutione Primatum. Cap. II.

De notione Archiepiſcopi, & Metropolitani, & quomodo à Primatibus differant. §. vnico.

Ex prædicto fundamento, & aſſiſtẽtia iuris ſternitur via ad probationẽ Primatus Calaritani; ex eo quod Calaris fuit à tempore Romanorũ ſemper Metropolis, & caput Sardiniæ. Cap. III.

Ex alijs fundamentis probatur Calarim eſſe caput, & Metropolim Sardiniæ. Cap. IIII.

Sedem Calaritanam in Sardinia, nõ ſolum dignitate Metropolis, ſed etiam antiquitate, & initio primæ Sedis, ſuper omnes eminere probatur. Cap. V.

Obiectiones contra dicta capite præcedenti, vbi diſcutitur, an S. Clemens fuerit vnus ex 70. Diſcipulus Chriſti, & Epiſcopus Sardiniæ. Cap. VI.

Solutio obiectionum capitis præcedẽtis. Cap. VII.

Calaritanam nõ ſolum eſſe primam Sedem, antiquitate, & dignitate Vrbis Metropolis, ſed etiam vera dignitate, Metropolitica, & Archiepiſcopali præomnibus Sardiniæ. §. I.

Calaritanam non ſolum eſſe primã Sedem Sardiniæ antiquitate, & Metropoli, ſed etiam in ea eſſe verum Primatum inſtitutũ à B. Petro Apoſ. oſtẽditur. Cap. VIII.

Primatus Calaritanus probatur authoritate Summorum Pontificũ. Cap. IX.

Teſtimonijs antiquorum Cõciliorũ generalium, probatur Primatus Calaritanus. Cap. X.

Teſtimonijs SS. Patrum, & aliorũ authorũ probatur Primatus Calaritanus. Cap. XI.

Teſtimonio inſcriptionis antiquiſſimi Marmoris, probatur Primatus Calaritanus. Cap. XII.

Primatum Calaritanũ probant antiquæ enunciatiuæ, & modernæ Antiſtituum Calaritanorum, Cap. XIII.

Teſtimonijs Sereniſſimorum Regum Hiſpa-

Hiſpaniæ euincitur Primatus Calaritanus. Cap. XIIII.

Cõfeſſione, et atteſtatione totius Regni Sardiniæ in Comitijs generalibus, probatur Primatus Calaritanus. Cap. XV.

Ex cõfeſſu, & ſubſcriptione Calaritani inter veros Primates, in antiquis Concilijs generalibus, probatur illius Primatus. C. XVI.

Primum Concilium generale, in quo Archiepiſcopo Calaritano fuit datus locus inter Patriarchas, & Primates. Cap. XVII.

Impugnatur Cathalogus Antiſtitum Turritanorũ editus anno 1625 cum Conſtitutionibus Synodalibus, in quo ponuntur Prothogenes, & Thomas Archiepiſcopi Sardiniæ, qui fuerunt Præſules Calaritani. Cap. XVIII.

Secundum Concilium generale, in quo Archiepiſcopus Calaritanus ſedit, & ſubſcripſit inter Primates. Cap. XIX.

Tertium generale Concilium, in quo Archiepiſcopus Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit inter Primates. Cap. XX.

Quartum Cõcilium generale, in quo Archiepiſcopus Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit inter Primates. Cap. XXI.

Quintum Cõcilium generale, in quo Archiepiſcopo Calaritano, fuit datus locus inter Primates. Cap. XXII.

Probatur Primatus Calaritanus ex actibus iuriſdictionis, exercitis pertinentibus ad Primatialem dignitatẽ, & imprimis ex ordinatione Eccleſiar. Cap. XXIII.

Calaritanum eſſe Primatem probatur, ex eo quod Epiſcopi Sardiniæ non poterant ſine eius litteris formatis ab Inſula exire, & vltra marina tranſmeare. Cap. XXIIII.

Probatur Primatus Calaritani, ex eo quod cõuocabat Concilia nationalia Sardiniæ. Cap. XXV.

Probatur Primatus Calaritanus, ex eo quod in comitijs generalibus totius Regni præſidet, & ius dicit tãquã Primas. Cap. XXVI.

Primatus Calaritani probatur, ex eo quod dedit Iudices in Prouincia, & Legatos ad Concilia miſit. Cap. XXVII.

Probatur Calaritani Primatus, ex eo, quod maiora negotia Eccleſiarum totius Regni ad eum fuere delata. Cap. XXVIII.

Probatur Primatus Calaritani, ex appellationibus Eccleſiæ Turritanæ, & aliarum ad Archiepiſcopum Calaritanum, & ex continua nuncupatione, & vſu tituli.

tuli. Cap. XXVIIII.

Nomẽ, & rationem Primatus ſtrictè ſumpti pro Primatiali Iuriſditione, conuenire Calaritano, ex authoritatibus, teſtimonijs, & rationibus adductis oſtenditur. Cap. XXX.

Ex inſtitutione Primatuũ in ſingulis Prouintijs Africæ, probatur etiã Primatus Calaritani, & ſimul cõtraria refelluntur. C. XXXI.

An ex hactenus dictis maneat plenè probata intẽtio Calaritani circa Primatum. Cap. XXXII.

Ex dictis euidenter ſequitur excluſio dignitatis Primatialis ab Archiepiſcopo Turritano, & Arboren. Cap. XXXIII.

Probatur excluſio Turritani à Primatu Sardiniæ, ex confeſſione eiuſdẽmet partis. Cap. XXXIV.

Summariũ iuriũ Primatis prætẽſi à Piſano Archiep. Cap. XXXV.

Prædicta iura Piſani impugnantur. Cap. XXXVI.

Eſto legitima fuiſſet cõceſſio Primatus Sardiniæ facta Piſano, etiam corruit eius vis, ex priuatione illius, tamquã pæna inflicta à Sede Apoſtolica. Cap. XXXVII.

Iura Archiepiſcopi Turritani circa Primatum Sardiniæ impugnantur. Cap. XXXVIII.

Infrigitur ius Turritani, ex eo, quod pro ſe allegat, nampè aliquando, fuiſſe legatum Sedis Apoſtolicæ. Cap. XXXIX.

Iuditium Authoris circa præcedentẽ doctrinã, & quomodo à Turritano allegata delegatio, nil illi iuuet ad Primatũ. Cap. XXXX.

Ex Confalonio ſine iure à Turritano vſurpato, probat ipſe ſuũ Primatum, & impugnatur. Cap. XXXXI.

Vera notio Vexilli Confalonij, & eius originis, & quomodo Calaritano cõpetat. Cap. XXXXII.

Obiecta contra Primatum Calaritanũ diluuntur. Cap. XXXXIII.

Proponuntur, & ſoluuntur aliæ obiectiones Ioannis Franciſci Fara Saſſarenſis contra Primatum Calaritanum. Cap. XXXXIV.

Proponuntur, & ſoluuntur aliæ obiectiones contra Primatum Calaritanum. Cap. XXXXV.

Proponũtur, & ſoluuntur aliæ obiectiones Faræ cõtra Primatũ Calaritanum. Cap. XXXXVI.

Satisfit alijs tribus obiectis nouiſſime deductis à Turritano. Cap. 47.

Proteſtatio Doct. Antiochi Vſay Canonici Algaren. Comiſſarij S. Inquiſitionis Procuratoris Archiep. Cal. ad extractionẽ quarũdã litterarũ Turritani, vi litterarum Apoſtol. compulſorialiũ. C. 48.

Quis

Quis in Ciuili Republica Romani Imperij, Ciuitatum ordo, & quæ in gradibus Eccleſiaſticæ policiæ olim diuiſio, qui Patriarchæ, & Primates. Cap. I.

1 VT ad ea, quæ de Primatu Archiepiſcopi Calaritani inferius afferenda ſunt, facilior ſternatur via, ſupponenda eſt breuiter diuiſio, policiæ Imperij Romani in tres ordines Ciuitatum, nam aliæ dicebantur maximæ, aliæ maiores, & alię minores, vt indicauit Modeſtinus lege 6. ff. de excuſat. tutorum, quamuis enim ſola Roma totius orbis caput, & Metropolis ſit appellata, & poſteà, diuiſo orbe Romano, in duas partes, Roma, Orienti, & Conſtantinopolis (quæ noua Roma dicta eſt) præfuerit Occidenti; tamen tam Oriens, quã Occidens, in varias Prouincias diuiſa fuere, quas regiones, tractus, & Dioceſes nominarunt, quarum quælibet, ſuam Ciuitatẽ Metropolim habuit, quãuis non omninò conſtanti ratione, cum pro libito Imperatorũ, ſæpius Prouinciarum Metropoles ſint mutatæ. Et eæ Prouinciæ, ſiuè regiones in plures alias minores ſunt diuiſæ, ita vt ſingulæ ſuas Metropoles haberent ſubditas, minores maioribus, maiores, ſupremis, vt late tradit Philipus Bertherius cap. 1. 2. 3. 4. & 5. diatri 1.

2 Ex his, maximę Ciuitates, Metropoles propriè ſunt dictæ, quæ fuerunt capita integrarum Dioceſum, etiam metropoliticarum minorum; quales fuerunt in Oriente, Antiochia, in Ægypto, Alexandria, in Africa, Cartago, in Aſia, Epheſus, in Italia, Mediolanum, in Gallia, Auguſta Treuirorum, in Hiſpania, Toletum, vel Tarracona, & in Sardinia Calaris, quam Lucius Florus, Vrbem Vrbium Sardiniæ appellauit, & Plinius, Vrbem ciuium Romanorum. Ciuitates maiores illę dictæ ſunt, quæ alicuius Prouinciæ ſingularis capita erant, dictæ etiã Metropoles, ſed minores prioribus, illiſque omninò ſubiectę, ſub his reliquæ omnes vrbes minores ſunt dictę, quæ nullo foro nobiles erant, cum alię Metropoles ſuum forum, Iudices, & Magiſtratus haberent, qui ius dicerent inter ciues: ſimiliter Balnea, Stadia, Theatra, & Gymnaſia, vt ex Modeſtino, & ex alijs, qui de hac re ſcripſerunt, apertè colligitur.

3 Secundo ſupponenda eſt diuiſio graduum Eccleſiaſticæ politiæ, nam ſupremum illius caput eſt Pontifex Romanus: deinde quatuor Patriarchę maiores, ſcilicet Alexãdrinus, Antiochenus, Con-

Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus: & hic erat primitiuus ordo inter eos, nam poſteà Conſtantinopolitanus, Imperatorum potẽtia ſuffultus, primam Sedem inuaſit, Alexandrino, & Antiocheno, in ſecundam, & tertiam reiectis; licet hi retinuerint ſuum integrum ius, vt eorum Eccleſiæ, æquè ac Romana, Apoſtolicæ Sedes dicerentur, quia Apoſtolorum Principem auctorem habuiſſent, vt probat Baronius tomo ſecundo & hi propriè maiores Patriarchæ fuerunt appellati, ad differentiam aliorum minorum, qui in Occidente hãc vſurparunt nomenclaturam, vt Aquileienſis, Gradenſis, Bituricenſis, & alij.

4 Porrò poſt Patriarchas maiores, Primates immediatè ſequebantur, quos impropriè, & vmbratiles fuiſſe Patriarchas affirmauit Germonius de Sacror. immunit. lib. 2. cap. 5. num. 17. Barboſ. de poteſtate Epiſcopi tit. 1. c. 6. 7. & 8. & de iure vniuer. Eccl. cap. 6. nu. 50. Gonzales ad regul. 8. Cancel. glo. 41. num. 22. ex eo inter alia, quod quatuor Patriarchæ maiores, quatuor Euangeliſtas deſignant. Licet contrarium autument Azor inſtit. moral. lib. 3. cap. 35. quæſt. 2. Sebaſt. Cæſar. de Eccleſiaſtica Hierarchia par. 1. diſt. 4. §. 5. ex cap. 1. 99. diſtinc. quibus fauent Gratianus, dicta diſtinc. quando ait, *Primatum, à Patriarchis, diuerſum eſſe nomen, ſed idem officium*, & Anacletus Papa epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ, vbi ait *Patriarchas, & Primates, qui vnam formam tenent, licet diuerſi ſint, nomine, in maximis Gentilium Ciuitatibus Eccleſiam ſtatuiſſe*, ſolumq́; diſcrimen aſſignant, quod Primates ij dicti, qui maximarũ Ciuitatum Epiſcopi eſſent, Patriarchæ veró, qui ſedium Apoſtolicarum, vt dictum eſt; quod Cõſtantinopolitano, & Hieroſolymitano poſtea fuit communicatum: licet iuriſdictione omninò pares; Primatibus, ſiquidẽ æque, vt Patriarchis, integræ diœceſes fuerunt attributæ, Principes, & Metropolitani diœceſeon, primę Cathredæ, & Sedis Epiſcopi, & Exarchi fuerunt appellati, nam idem ius Primati, ac Patriarchæ in Metropolitanos erat, ab his ad Primatem appellabatur, ille Iudices dabat, inter Metropolitanos, ius dicebat, Synodos, ex omnibus Prouintijs ſibi ſubditis, euocabat, & alia propria munia exercebat, de quibus latè agunt Anton. Auguſt. epit. veter. iuris Pontif. tom. 2. lib. 2. Azor, & Sebaſtianus Cæſar, citatis locis, & alij plures. Licet negari non poſſit, Primates Patriarchis fuiſſe ſubiectos, ſicut Metropolitani Primatibus, vt videre eſt in prædictis auctoribus.

5 Ex quibus cõſtat, tam in Oriente, quàm in Occidẽte, viguiſſe iſtam

iſtam Primatis dignitatem; relictiſque Primatibus Orientis, in Occidente noti fuerunt, in Africa, Carthaginẽſis. Ruffus in Molineum pag. 153. Numidienſis, Concil. Carthagin. 3. cap. 52. & 53. Mauritaniæ Sitifenſis, ibid. in Italia, Aquileienſis cap. nunc verò, quæſt. 3. capite Cleros, 21. diſt. & ibi Archid. Rauennatis, & Mediolanenſis, Azor. inſtitut. Moral. par. 2. lib. 3. cap. 36. in Iſtria, Grādẽſis, ex Sabelico Æneade octaua lib. 5. in Hiſpania Toletanus, ex Platina in vita Vrbani II. & alijs. Bracarenſis, ex cap. cutrum de integr. reſtit. Tarraconẽſis, Hiſpalenſis, & S. Iacobi, ex Azor dicto loco. In Anglia, Cantuarienſis, ex Gloſ. cap. cler. 20. diſt. Turonẽſis, ex c. hic quippe 3. quæſt. 6. & Archid. & Eboracenſis, & Iacob. de concilijs lib. 1. art. 12. In Scotia, Epiſcopus Sancti Andreæ, ex Polid. Virg. lib. 9. pag. mihi 153. In Gallia Bituricenſis, ex cap. conquæſtus, 9. q. 3. cap. fina. de maioric. & obedienc. Lugdunenſis, Senonen. Vienen. & Arelaten. ex Roduano tracta. de ſimon. cap. 16. num. 7. & ex alijs. In Germania, Madeburgenſis, ex Iacobatio lib. 1. p. mihi 54. In Vngaria, Strigonenſis, ex eodem Iacobatio, ibidẽ. In Seruia, Antibarenſis, ex Concil. Triden. in ſubſcript. In Seruia Lugdẽſis, ex Prouinciali Romano, & plures alij; præſertim in Prouincijs Africæ, in quibus omnibus fuerũt inſtituti Primates; ſinguli in ſingulis Prouincijs, quarum vnà fuit Sardinia, vt inferius probabimus.

De origine, & inſtitutione Primatum. *Cap. II.*

1 IN hac re plures fuerunt ſententiæ. Prima fuit Socratis lib. 5. cap. 8. qui in Conſtantinopolitana Synodo anno 381. Prouincias Dioceſes diuiſas fuiſſe tradit. Sed hæc ſentẽtia, vt rectè aduertit Baronius ad annum 381. num. 11. refellitur à Sozomeno; quia ibi nõ de Prouinciarũ diuiſione eſt actum, vt opinatur Socrates, ſed vt certi eſſent in quauis Prouincia, ſpectatæ fidei Epiſcopi, quibus, qui communicarent, Catholici haberentur, & Eccleſijs præfici poſſent, & ita Catholici ab hæreticis dignoſcerentur.

2 Secunda ſentẽtia fuit aliorum aſſerentium hanc inſtitutionem Primatuũ, fuiſſe factã in Nicena Synodo prima, quod tum Cõcilia, tum Romani ipſi Pontifices recepere, in quibus fuit Fœlix II. in epiſt. 1. cap. 12. relata ab Ant. Aug. tomo 1. Epit. veter. iur. Põtific. lib. 2. tit. 1. cap. 8. vbi habet hæc verba, *Primates illi, & nõ alij ſint, qui in Nicena Synodo ſunt cõſtituti, reliqui verò qui Metropoles tenent Sedes, Archiepiſcopi vocentur, & non Primates.* Adrianus verò ad Ber-

ad Bertericum Vienenſem, non niſi Leoni tribuit, apud Ioannem Boſco in antiquit. Vienenſibus. Sed hæc ſententia refellitur, quia ante Conc. Nicenum I. iam Chriſtiani orbis Prouinciæ diuiſæ erant, & Sacri Politię gradus inſtituti, vt cõſtat ex Clemẽte I. Anacleto, Stephano, & ex alijs antiquioribus Põtificibus Romanis; ſolùm ergo voluerunt Niceni Patres, vt iura antiqua Primatum, ſarta, & tecta eſſent, edictoque interceſſerũt, ne eorum prærogatiuæ perfringerentur, quod etiam ad euitandas lites iuſſerunt Fœlix, & alij Pontifices, imò ante Nicenam conſtat ex epiſto. 3. Anacleti relata ab Anto. Aug. dicto loco titu. 2. cap. 5. inſerta in præfatione illius Concilij, fuiſſe antiquitus librũ, in quo ſcripſerant omnes Primates, ſecundum diſpoſitionẽ Apoſtolorum, quã non reuocaſſe, ſed approbaſſe illud Concil. certum eſt, & conſtat ex Canone 6. Hic autem Cathalogus Primatum relatorum in illo Conc. ſicut alia decreta perierunt fraude, & violentia Arianorum, vt notarũt Piſanus, & Turrianus in notationibus ſuper Canon. Conc. Niceni, quę habentur to. 1. Conciliorum impreſſ. Col. 1618. pag. 300. & 350.

3 Tertia ſentẽtia fuit, Primatũ originem, ab Apoſtolorum prædicatione ortum traxiſſe, vt illæ Sedes, quæ Eccleſiæ Chriſti diſciplinam ab Apoſtolis didiciſſent, à quibus fidei cauſas, ceremonias, & iudicia, poſteriores ſedes, aliorum opera inſtitutæ, hauſiſſent, hæ veluti matres, ac Metropoles creditæ eſſent, vt videre eſt in Alberto Picolo de antiquo iure Siculæ Eccleſię par. 2. cap. 11. pag. 119. Sed meritò hęc opinio ab ipſo, & ab alijs impugnatur, quia ſi hoc ita eſſet Hieroſolymitana Sedes omnibus Chriſtiani orbis haud dubiè præferenda eſſet, tẽporis in ea geſtarum prærogatiua. Et in Gallia Maſſilienſis, Lemouiſienſis, Pariſienſis, eſsẽt Primates, vnde in oẽs Gallias Mariæ Magdalenæ, Lazari, Martialis, Dionyſij, labore, ac prędicatione, chriſtianæ fidei cultus eſt propagatus, quod falſum eſſe conſtat, idemque exemplificari poſſet in alijs Ciuitatibus, à quibus fuit primo, in alias, diſſeminatum verbũ Dei, quæ tamen, nec primæ ſedis, nec Primatialis dignitate fuerunt exornatæ.

4 Quarta igitur, & vera ſententia eſt à ciuili Romanæ Reipublicæ forma, Apoſtolos Eccleſiaſticam Politiam eſſe mutuatos; ita Vuolfangus Lazuis de Rep. Ro. lib. 2. cap. 2. & Baronius, ad annũ 39. num. 10. & 11. vbi ait *maiores noſtros in inſtituendis ſedibus, non aliam iniſſe rationem, quam ſecundum Prouinciarum diuiſionem, & prærogatiuas ante à Romanis ſtabilitas.* Hinc nimirum exiſtimat ille in-

le inter omnes Orientis Eccleſias Antiochenā digniorem eſſe habitam, quia totius Syriæ, imò, & totius Orientis Metropolis fuit. Hinc Alexandrinam (vt habet ad annum 45. num. 16.) tametſi temporis prærrogatiua minimé cum Antiochena conferendam, ei tamen dignitatis ordine antelatam, quia Alexādrina præfactura, præter auguſtalis titulū, ab Auguſto impoſitum, munificentiſſime ab eo fuerat exornata; ſic Ceſarienſis, Hieroſolymitanę Prælata, quod in ciuili politia, totius Paleſtinæ Principatum haberet. Sic Cypri Epiſcopos nullius externi Primatis, nec Farſenſis, nec Antiochiæ Syriæ, dictioni paruiſſe, quia Cyprus diſtincta per ſe Prouintia fuit ſub Romanis, idemque par eſt exiſtimare de Carthagine, Aquileya, Mediolano, & ſimilibus, quæ fuerunt Primatiales in ſacra politia dictę, quia erant capita Prouintiarum.

5 Neque cōtra hoc obſtat, quod Zacharias Brouerius in cenſura ad lib. 3. cap. 10. affert, non ex ciuitatum amplitudine, & eminētia, ampliorē colligi Patriarcharum, & Primatum dignitatem, quod alia ſint iura Regni, alia Eccleſiarum, vt multis exemplis, & Pontificum Epiſtolis probari poteſt, nam hæc eo tantum pertinent, vt neget Ciuitatem alioqui infimam, & ſurdæ, vt ille dixit, famæ, ſi propter diuturnum Principis domicilium in Regiā euehatur, eius quoque Vrbis Eccleſiaſticam ſedem continuò, altiori dignitate, augeri, aut minui diminuta dignitate ſeculari, vt millenis exemplis, in Hiſpania, Gallia, & in alijs Prouincijs, exēplificari poteſt. At verò non negat, imò fatetur, hoc tempore inſtitutionis, B. Petrum eiuſque ſucceſſores ſpectaſſe, vt maiores dignitates Sacræ, in maioribus vrbibus collocarētur, non quidē quia ab vrbium magnitudine penderent, ſed vt maiores vrbes, maioribus Eccleſiæ dignitatibus illuſtratæ, ampliori honore exornarētur, *vt lux veritatis* (vt inquit) Leo ſerm. 1. de SS. Apoſt. Petro, & Paulo, *quæ in omnium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per Prouintiæ corpus effunderet*, ideoque B. Petrus in Romana Vrbe, Orbis capite Summum Patriarchatum Eccleſiæ conſtituit, Romanus conſ. 352. num. 17. Card. Tuſch. to. 8. concl. 362. num. 1. ex tex. 7. quæſt. 1. cap. 34. & alij. Cum hac quarta ſententia coincidit alia, quæ affirmat à veteris Sacræ Etnicorum policiæ moribus, Apoſtolos ſuam efformaſſe, quia Primarij Gentilium Sacerdotes in Metropolibus Vrbibus, ſuas ſedes habuerūt, minores verò in minoribus Ciuitatibus cap. in illis diſtin. 80. vbi hanc inſtitutionē fuiſſe expræſſe præceptā à Diuo Petro, ibi diffinitur, & cap.

nulli 99. diſt. ibi *nulli Epiſcopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas tenent Ciuitates, &c.* idemque ait Anacletus PP. epiſt. 1. ad Ciuitates Italiæ cap. 3. & habetur tom. 1 Conciliorum, fol. mihi 308. ibi *Epiſcoporum verò ordo vnus eſt, licet Primates ſint illi qui primas tenẽt Ciuitates.* Idem, Stephanus, & alij dixerunt, omneſq; à Clemente I. accepiſſe veriſſimilius eſt, cuius verba ſunt illa cap. in illis diſt. 80. deſumpta ex epiſt. illius ad Iacobum fratrem Domini, vbi hanc inſtitutionem, & differentiam graduum, Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporũ ad normam Gentilium primorum Flaminum, Archiflaminum, & Flaminum factam fuiſſe affirmat.

6 Quãuis autem omnes epiſtolæ decretales Pontificum vſque ad Sylueſtrum, & præſertim Clementis, aliquibus ſuſpectæ fidei ſint, & nõ vndequaque omnibus probentur, vt late diſſerit Baronius anno 102. num. 7. & anno 865. n. 2. vbi addit ſe, data opera, abſtenturum ab eiuſmodi epiſt. citandis; cæterum hanc Clementis, & aliorum Pontificum traditionem circa inſtitutionem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, Leo IX. probauit epiſt. 4. ad Petrum, & Ioannem Epiſcopos Africæ., & Nicolaus I. ad cõſultat. Bulgarorum, pleriq; alij Pontifices, quorum fides nulli hactenus ſuſpecta fuit, imò, & Conc. Tauritanen c. 1. vbi litem, inter Vienenſem, & Arelatẽſem, ex hac inſtituta forma à Clemente, & alijs relata, litem diremit; *vt is honorem Primatus obtineret, qui probaſſet ſuam Ciuitatem eſſe Metropolim,* in qua primi Ethnicorum Flamines antiquitus reſidebant, de qua re conſuli poteſt Franciſcus Turrianus lib. 2. contra Magdeburgenſes, vbi pro decretalibus epiſtolis, magna cum pietate, & doctrina ſcripſit.

De notione Archiepiſcopi, & Metropolitani, & quomodo à Primatibus differant. §. *vnico.*

1 CIRCA primum, Gonzaluus Põte in notis ad Theophan. Archiep. Nicen. epiſt. 1. num. 1. Petrus Gregorius Toloſ. ſintag. lib. 15. cap. 11. & alij tenent nihil inter ſe differre hæc nomina Archiepiſcopi, & Metropolitani, idque probant tum ex Epiſtola Anacleti ad Epiſcopos vniuerſos, vbi inquit *Metropolitanarum Vrbium Epiſcopi, Metropolitarum, aut Archiepiſcoporum nomine fruantur,* tum ex epiſtola Fœlicis II. ad Alexandrinam Synodum, vbi ait, *qui Metropoles tenent, Archiepiſcopi vocentur.* Similia habent Anicetus epiſtola 2. ad Epiſcopos Galliæ c. 4. & epiſt. 3. cap. 4. Stephanus epiſt. 1. ad Epiſcopos per diuerſas Prouincias conſtitutos cap. 5. & ſimilia

reperiuntur aliorum Pontificum teſtimonia.

2 Diuus Iſidorus lib. 7. Ethimologiarum cap. 12. quem ſequitur Gracianus, vult Metropolitanos ab Archiepiſcopis ea ratione differre, quod illos à menſura Ciuitatũ Epiſcopaliũ, quas ſubiectas habent, dictos cenſeat Metropolitas, ſicut ait citato loco, *Metropolitani à mẽſura Ciuitatum vocantur, ſingulis enim Prouincijs præeminent à menſura Ciuitatum*, explicat gloſa ad c. Cleros 21. diſt. *quia decẽ, vel vndecim ſubſe Epiſcopos, Metropolitanus habere debet*, iuxta quod dixit Pelagius epiſt. 1. ad omnes Epiſcopos, *ſcitote certam Prouinciam eam eſſe, quæ habet decẽ vel vndecim Ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores poteſtates ſubſe, & vnum Epiſcopum, alioſque ſuffraganeos decem, vel vndecim Epiſcopos, &c.* quibus fauet Iuſtinianus Imperator nouella 28. vbi loquẽs cum Moderatore Helenopõti, ait abſurdum eſſe *Helenopõtum, quæ Regio octo Ciuitates, Polemoniacum Põtũ, quæ ſolas quinque cenſeat, ac ſimul iuncta, vix vnã Prouinciam conſtituerẽt, duplicem Prouinciam vocari*.

3 Exiſtimauit enim Iſidorus, nomẽ Metropolis deriuari à verbo Græco, quod metiri ſignificat, cũ prioris ſententiæ auctores velint deriuari à terminis Græcis ſignificantibus Matricem Ciuitatem.

4 Apud Græcos etiam variè huiuſmodi nomina fuerunt vſurpata, nam aliquãdo inuenimus prærogatiuam Archiepiſcopi eſſe maiorẽ Metropolitano, ſic Theodorus Balſamõ in Photij Nomocanonum titulo 1. capite 5. & titulo 11. capite 18. ait *meliori loco fuiſſe Archiepiſcopũ, quam eſſet Metropolita.* & poſtea *faciunt* (inquit) *primæ Iuſtinianæ Epiſcopum, Archiepiſcopum, qui eſt maior Metropolitano*; ſic etiam Iuſtinianus Imperator collatione 10. nouella 1. volens ſuam patriam nouis incrementis augere, ait. *Volumus vt primæ Iuſtinianæ patriæ noſtræ Sacroſanctus Antiſtes, non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat, & cæteræ Prouintiæ ſub eius ſint auctoritate*, conſtat autem tunc factum eſſe Primatem ſupra multas Prouintias.

5 Aliquando verò legimus Metropolitæ dignitatem maiorem, nobilioreḿ, eſſe Archiepiſcopali; hoc manifeſte indicatur in Andronici Palæologi ſenioris notitia apud Cod. de off. aulæ Conſtantinop. vbi explicans Metropoles, Cõſtãtinopolitano ſubiectas, numerat Epiſcopales ſedes, quæ poſtea Metropolitanæ factæ ſunt, & nonnullas alias Ciuitates, *quæ* (vt auctor ait) *cum antea Archiepiſcopales ſedes eſſent, honorẽ temporibus varijs aſſequtæ ſunt ampliorem, & ex Archiepiſcopis quidem Metropolitas factos.*, quorum plures ibi nominat. His accedit, ꝙ in

in Concilio Lugdunēſi ſub Gregorio X. celebrato, Metropolitanorum Orientalium litterę priori loco recitatę ſunt, deinde illæ quę Archiepiſcoporum erant.

6 Pro reſolutione huius difficultatis ſuppono, ipſos Metropolitas duplici ordine fuiſſe nuncupatos pręcipue apud Gręcos, nam alij apud citatum Codicem (& referunt Mirrhęus libro 3. notitię Epiſcopatuum cap. 2. pag. mihi 125. & ſequentibus. Albertus Picolus part. 1. de antiquo iure Eccleſię Siculę cap. 3. in fine, & alij) honoratiſſimi, & Principes tam voce, quā ſcripto appellabātur, vt Metropolitę Theſalonicę, Epheſi, Cæſareę, Pōti, Hemelcę, & alij, qui ſine dubio erant Primates; alij verò honoratiſſimi tātum; & prioris ordinis Metropolitæ, ex Concilij Calcedonenſis decreto, inter ſecūdi gradus Metropolitas, & Epiſcopos ius dicere ſolitos, refert Meurſius in Gloſario Græco Barbaro, ſimiliter Archiepiſcopi, nam aliquando hoc nomine vocabātur maiores Metropolitæ, ſicut Conſtantinopolitanū, Antiochenum, & Alexandrinum; Patriarchas, frequentiſſime Archiepiſcopos, Græci appellarunt, & apud Latinos, qui Primatus honorem obtinuerūt, vt Toletanus, Tarraconēſis, Arelatenſis, Vienenſis, Lugdunenſis, Cantuarienſis, & alij, qui non vnius tantum Prouinciæ Epiſcopis, ſed plurimis etiam Metropolitanis imperitauerint, quod late explicat Berterius in 2. Diatriba; Archiepiſcopi etiam Orientales videlicet Cæſareæ, Ponti, Epheſi, Heracleæ, Theſſalonicæ, & reliqui Primates, quibus multis Metropolitani, ordinario iure ſubijciebantur, nomine Archiepiſcopi gaudebant, ſcilicet primi ordinis, vt ex teſtimonijs Balſamonis, & Iuſtiniani Imperatoris, ſuperius num. 4. oſtendimus, & ſenſit Iſidorus lib. 7. Etim. cap. 12. vbi ait Archiepiſcopos Primatū nomine contineri, ſic enim (inquit) *Epiſcoporum ordinem quadripartitū eē in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, Epiſcopis*, & de Archiepiſcopis loquens ait, *Archiepiſcopus Græco vocabulo dicitur, quod ſit Sūmus Epiſcoporum, tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet, tàm Metropolitanis, quàm cæteris Epiſcopis*, vbi Primates omninò tacitos omittens Iſidorus, haud dubium, quin in Archiepiſcopis cōprehēdit, quia ſub ſe multos Metropolitas cōtinent. Sic etiam Seleucienſi Archiepiſcopi Prouinciæ Babiloniæ, hoc nomen, & dignitatem decretam fuiſſe ſuſpicor in Nicena Synodo cum ei, *& Catholici nomen, & Archiepiſcoporum ordinandorum facultas* attributa eſt, *& ſexto loco poſt Hieroſolymitanū ſedere iuſſus.*

7 Alterius generis Archiepiſcopi, nomine prioribus ſimiles, re

verò

veró ipſa, multò inferiores erant, qui vel Epiſcopos ſubditione nō habebant, ſed honoris cauſa, nudo nomine Archiepiſcopi, honoris cauſa dicebantur, vel licet illos haberent, nō tamen alios Metropolitas ſub ſe. Primū ex Balſamone manifeſté colligitur in reſponſo de Patriarchis vbi ait. *Gothiæ Antiſtitem non ob eam cauſam Archiepiſcopum appellari, quod Epiſcopos ordinare poſſet, ſed quod inter Prouinciæ Epiſcopos, reliquos antecederet; ſic enim Canones ſtatuiſſe, vt Metropolitanæ dicerentur Eccleſiæ illæ, in quarum Diœceſibus aliæ itē Vrbes eſſent Epiſcopales, quæ verò nullas Ciuitates haberent, Archiepiſcopales appellarentur, vt Metropolibus quidem cedant, ſed Epiſcopatibus præſint*, ſecūdum colligitur ex Aniceto ad Epiſcopos Galliæ, *cum nullos Metropolitanarum vrbium Epiſcopos appellari*, voluit, *niſi eos qui Primas tenerent Ciuitates, quarum Epiſcopos Apoſtoli eorumq; ſucceſſores regulariter Patriarchas, ac Primates eſſe ſtatuerunt, reliqui verò qui alias Metropolitanas Sedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani, aut Archiepiſcopi vocentur*, vbi Anicetus, ſicut alij Romani Pontifices eos tantum Archiepiſcopos, vel Metropolitanos interdixerunt, Primatis nuncupatione, qui vel nomine tenus eſſent Archiepiſcopi, vt erat Epiſcopus Gothiæ relatus à Balſamone, & alij plures relati à Barboſa in tractatu de notic. Epiſcopatuum, ſicut ſunt Archiepiſcopus Lancianus, & Roſſanen. in Regno Neapolis, Archiepiſcopus Nazareth in Prouincia Manfredoniæ, & alij plures, vel vnam ſolā Prouinciam Metropolito iure moderarentur, & de his ait Gratianus diſtinct. 99. *ab Archiepiſcopis quoties neceſſe fuerit, Epiſcopos ad Primates appellare poſſe, at non contra licere à Primatibus, ad Archiepiſcopos prouocare, & Archiepiſcopos debere obediētiā Primatibus, ſuis in omnibus, quæ ſibi illis iuſtè fuerint imperata* loquitur de Archiepiſcopis ſecundi ordinis.

8 Ex dictis facilis eſt reſolutio, nam ſi nomina Archiepiſcopi, & Metropolitæ ſumantur pro Archiepiſcopis, & Metropolitis primi ordinis, ſic ſola voce non re differunt, & hi apud Latinos ſunt Primates dicti, ſicut apud Græcos Principes, & honoratiſſimi, Diœceſeon Metropolitani, Exarchi, & Archiepiſcopi; ſic Zozimus Papa in epiſtolis relatis in eius vita, tom. 1. concil. par. 1. impreſſ. Colon. pag. 716. & ſequentibus Archiepiſcopum Arelaten. Primatē Galliæ vocat Metropolitanū illarum Prouinciarum, & Agapitus in epiſt. 2. ad Reparatum Charthaginēſē Archiepiſcopū, & primatem, ſola Metropolitani denominatione illum exornat. Si verò nomina Archiepiſcopi, & Metropolitæ ſumantur pro Metropolitis,

tis, & Archiepiſcopis ſecundi ordinis etiam inter ſe, ſola voce differunt, non re, quantum ad gradum, & dignitatem, licet poſſit eſſe aliqua variatio inter eos, reſpectu maioris, vel minoris numeri Suffraganeorũ, ſed hæc differentia eſt accidentalis. At veró, ſi Archiepiſcop. primi ordinis cõferatur cum Metropolita ſecundi ordinis, maior eſt dignitas Archiepiſcopi, hoc modo ſumpti, quam Metropolitę huius ſecundi ordinis, ſicut ſi Metropolita primi ordinis conferatur, cũ Archiepiſcopo ſecundi ordinis, maior eſt dignitas Metropolitę, hoc modo ſumpti, quam dignitas Archiepiſcopi; hoc ſecũdo modo ſumpti, q̃ omnia ex ſupra dictis manifeſté conſtant, & ideò nõ ſunt repetenda.

9 Et ex his poteſt fieri iudicium circa primam, & ſecundam opinionem in principio relatas: nã prima opinio loquitũr de Archiepiſcopis, & Metropolitis collatis inter ſe, in ſuo ordine, in quo non differunt, vt dictum eſt. Opinio verò Iſidori loquitur de Metropolitis ſecundi ordinis, collatis cũ Archiepiſcopis primi ordinis, qui non ſolum decem, aut vndecim Epiſcopos ſubiectos habere poſſint, ſed etiam plures etiam centum, ideoque maiori, ac digniori prærogatiua gaudent, quod ita intelligendum eſt, vt in conſtituenda harum dignitatum differentia, non nudus Epiſcoporum numerus, qui ſubditione eſſent attendatur, ſed Prouinciarum, vt ſcilicet is Metropolitanus diceretur, qui ad minus decem Epiſcopis præeſſet, hoc eſt vni tantum Prouinciæ, quæ decem, vel vndecim Epiſcopis conſtat, vt ex citata Epiſtola Pelagij oſtendimus; Archiepiſcopus verò non decem ſolas Epiſcopales ſedes moderetur, ſed vel ipſas centum, hoc eſt cuius iuriſdictioni, nõ vnà tantùm ſit commiſſa Prouincia, ſed multò plures, adeò, vt decem numero Prouinciæ, ſub eius Imperio eſſe poſſint.

10 Circa ſecũdum quęſitum huius §. ſcilicet quomodo Archiepiſcopi, & Metropolitę, à Primatibus differant, ex dictis facilis eſt reſolutio: nam ſi Primates conferantur cum Archiepiſcopis, ac Metropolitis primi ordinis, ſic ſolo nomine, non re differunt, vt ſuperius dictum eſt, & exemplis eſt declaratum; ſi verò conferantur cum Archiepiſcopis, & Metropolitis ſecundi ordinis, ſic Primates differunt ab illis, & conſtituũt gradum ſuperiorem in Eccleſiaſtica policia, vt ſuperius, & capit. præcedenti dictum eſt.

Ex

Ex prædicto fundamento capite ſecundo allato, & aſſiſtentia iuris, ſternitur via ad probationem Primatus Calaritani, ex eo, quod Calaris fuit à tempore Romanorum ſemper Metropolis, & Caput Sardiniæ. Cap. III.

1 FVISSE Calarim Vrbem Primariam, Metropolim, & Caput totius Regni Sardiniæ, à tempore Romanorum, etiã quãdo fuit inſtituta Sacra Policia à Beato Petro Apoſtolo, vſque in præſentem diem, probatur teſtimonio omnium Auctorum, tàm antiquorum, quàm recẽtiorum, exceptis modernis Saſſaritanis, vel aliquo alio, *qui eorum ſuaſione*, ſine aliquo pręuio, & antiquo authore, hoc aſſeruit.

Sit omniũ primus Luci. Flor. qui in Epith. Hiſt. Ro. c. 6. ait. *Sardiniam Grachus arripuit, &c. ſæuitũ in Vrbes, Vrbemq; Vrbiũ Calarim.* Idemque dixit lib. 2. cap. 5. Nec infringit vim huius auctoritatis Fara Saſſaritanus, in quodam codice manuſcripto contra Primatum Calaritanum, affirmans hũc titulum poſſe conferri cuicunque Vrbi, Capiti alicuius conuentus iuridici, quę habeat ſub ſe aliquas Ciuitates, licèt nõ ſit caput totius Regni, & Prouinciæ. Quia in ſimili caſu ſolùm poſſet tribui cũ addito limitante, videlicet, ſi dicatur caput illius tractus, vel regionis, vbi eſt conuentus iuridicus, vt ſi diceret *Vrbs Vrbium regionis Calaritanæ*, cum autem hoc dixerit iſte auctor de Vrbe Calaritana, abſolutè loquendo, de tota Sardinia, & reſpectu omniũ Vrbium totius Inſulæ, accipiendum eſt illius dictum, & ſic explicatio Faræ affert manifeſtam violẽtiã, ſicut ſi vellet interpręcari Romã, quæ eſt Vrbs Vrbium totius orbis, ideò dici, quia eſt caput Latij.

2 Idẽ teſtatus fuit Diuus Athanaſius Apol. contra Arrianos, in qua Beatum Luciferum Archiepiſcopũ Calaritanum vocat *Primariæ Vrbis Sardiniæ Epiſcopum*. *Principem Vrbium totius Sardiniæ* vocauit Calarim Petrus Galeſinus ĩ annotationibus Seueri Sulpitij. Idemque dixit Iornandes Epiſcopus lib. de Regnorum ſucceſſione. *Metropolim vtriuſq; Sardiniæ* nuncuparunt Ioannes Cabilonẽſis in ſua geographia cap. de Sardinia, Adrianus in theatro Ciuitatum orbis, & Ioannes Laurencius de Anania in ſua Fabrica mundi tract. 1. §. de Cerdeña. *Caput Sardiniæ*. Calixtus III. in quodam priuilegio, dato Romę apud Sãctum Petrum vndecimo Kalen. Februarij, Pontificatus ſui anno primo. Bernardus Gloſator cap. ſi diligenti de præſcrip. verſ. *Sicut tota Sardinia*, & Sebaſtianus Mũſterus in ſua Coſmographia, Prouinciarum, & Vrbium totius orbis, verbo Calaris, & Philippus Cluuerius de introductione ad vniuerſam Geographiam libro 3. cap. 43.

cap. 43. vbi loquēs de ſtatu antiquo Sardiniæ,inter celeberrimas Vrbes primo Calarim nominat, nulla facta mentione Turritanæ; loquens vero de moderno ſtatu clariſſimam ait eſſe Calarim, & Caput Inſulæ *Primariam, & præcipuam Sardiniæ Vrbem*. Georgius Brahun, & Franciſcus Eōgeluerius lib. Ciuitatum inſignium. Coſmographia generalis. Theatrum Ciuitatum Illuſtrium orbis Verbo *Sardinia*. Regiſtrum Cronicorum totius orbis cap. de Regno Sardiniæ. Hiſpania illuſtrata to. 3. verbo *Sardinia*. Biblius Sequeſtrus lib. Regionum, & Prouinciarum. Bergomenſis in ſuplemento cronic. lib. 3. Ioannes Boterus in ſuis relationibus par. 1. in deſcriptione Sardiniæ. Strabon. lib. 5. Geographiæ. Artmanus Schedel in chron. orbis ætat. 5. Carolus Stephanus in dictionario hiſtorico, verbo *Sardinia*. Ambroſius Calepinus ibid. Leandrus Albertus in deſcrip. Inſularū cap. de Sardinia. Ioannes Antonius Magini, in expoſitione Plinij. Leander Cernotus intraductione Magini pag. mihi 102. Carrillo in relat. ad Philip. III. Regem, Serpi, Arca, Brōdo, Carnicer, Eſquirro, & Bonfant ſcriptores Sardi, quibus accedit Caſanate Supremi Aragonum Concilij in informatione in fauorem Primatus Calaritani, & alij plures.

3 Idem confirmant ampliſſimi tituli, quibus Vrbs Calaris reperitur decorata apud Auctores. Plinius lib. 3. hiſt. naturalis c. 7. vocat eam *Vrbem Ciuium Romanorum*, ſupremus titulus, & præmiū maximum dare ſolitū à Romanis, Vrbibus maxime confœderatis, vt notauit Sigonius lib. de Regno Italiæ, & Barboſa in collect. ad c. 51. ſi diligenti de præſcr. §. *ſicut tota Sardinia* num. 3. in fine. *Nobiliſſimam*, Cornelius de Iudęis Europæ tabula C. de Sardinia. Et Ioannes Eſtadius lib. 2. cap. 6. annot. 17. *Fideliſſimam*, Surita in indicibus rerum Aragoniæ. *Propugnaculū Inſulæ*, idem Zurita loco cit. *Opulentiſſimam*. Zacarias Lilius in ſuo Breuiario Orbis cap. de Sardinia. *Præclariſſimam*; Ioannes Camertus in ſcholijs lib. 2. & Franc. Gonzaga in chron. Relig. S. Franc. de Obſeru. cap. de Prouinc. Sardiniæ. *Digniſſimam*; Marius Niger, comment. 8. ſuæ Geographię. *Cæteris digniorē*, Strabo de ſitu Orbis lib. 5. *Ditiorem*, Coſmograph. vniuerſalis cap. de Regno Sardiniæ *Emporium*, Pius Papa IIII. in ſuo Priuilegio dato Romę 8. Octobris anni 1565.

4 Hanc etiam veritatem, & Pręeminenciam Vrbis Calaritanæ, ſuper omnes alias Sardiniæ teſtata fuit Reſpub. Piſana, quādo sūma rerum in ea fuit potita, quæ, ſibi retinuit hanc Vrbem, diuiſis alijs in tetrarchas, & Iudices; & Iu

dicem Calaritanum Principem, & aliorum Superiorem inſtituit, vt refert Baronius tom. 11. pag. mihi 305. Zouius in Annal. Eccleſ. & Contelorius de præfecto Vrbis pag. 82. ad annum 1224. ex diplomate Honorij III. in Vaticano ſeruato, ait Gotefridum, nomine Pōtificis, recepiſſe à Benedicta Iudiciſſa Calaritana viginti annuas argenti libras, nomine cenſus pro Regno Calaritano, ſeu Iudicatu, ac tota terra, quam habebat in Sardinia, in ſignum recognitionis directi dominij Sedis Apoſtolicæ, vbi totum Regnum Sardiniæ, à Calari eius Capite, Calaritanū nuncupauit.

5 Nec refert, quod Gregorius VII. in quadā epiſt. ſcripta anno 1073. quæ incipit *Gregorius, &c. Mariano Turrenſi, &c.* nominet primo loco Iudices Turritanum, & Arborenſem, & vltimo loco Calaritanum, quia hoc nihil roboris habet, tum, quia erat priuata epiſt. tùm etiam, quia potuit accidere, inſcitia amanuenſis, ſeu ſcribentis, imó, & ipſius Pontificis, quē potuit latere præheminētia illorū iudicū inter ſe. Ideq; teſtata fuit, Reſp. Piſan. quādo ceſſit Sardiniam Regi Aragoniç Iacobo II. & eius nomine Infanti Ildefonſo, tunc enim voluit ſibi retinere Calarim, tamquam Vrbem præcipuam Inſulæ, in feudum, cum ſolutione mille librarum annuatim, vt refert Zurita in Annalibus Aragoniæ parte 1. lib. 6. cap. 50. num. 6. Idem poſt Piſanos, & Reges Aragoniæ teſtati ſunt, apellando Calarim Caput totius Regni. Ita Rex Iacobus II. qui primus Regum Aragoniæ fuit Inſula potitus, in Priuilegio dat. Barch. 8. Kalen. Septembris 1327. & eius filius, & ſucceſſor Ildelfonſus in alio Priuilegio dato Barchinone die 21. Octobris 1328. & in alio dato Illerdæ 16. Iunij eiuſdem anni, & in alijs tribus datis Barchinone 15. Iulij. Et Dertuſę 29. Octobris anni 1331. & 26. Martij 1332. In quibus vocant Calarim *Caput, & robur Regni Sardiniæ*. Rex Petrus IIII. in ſuo Priuilegio dato Valenciæ 6. Ianuarij 1338. ordinauit, vt in ſolo Caſtro Calaris excuderetur moneta aurea in tota Sardinia, quia *Calaris* (inquit) *Caput præcipuum eſt, &c.* Et in alio dato Cæſarauguſtæ 2. Martij 1357. & 3. Nouembris 1359. ordinauit archiuiū adminiſtracionis generalis reponēdum eſſe Calari, tamquam in loco inſigniori, & tutiori, *quia* (inquit) *Calaris eſt Caput, & robur totius Inſulæ & vnica clauis Regni Sardiniæ*, & in alio dato Cæſarauguſtæ 26. Maij 1360. ait *à Republica Caſtri, Calaris pendet reſtauratio, & præſidium totius Inſulæ Sardiniæ*: idēque cōſtat ex alijs eiuſdem Regis Priuilegijs. Idem affirmauit Ildefonſus II. in quodam Priuilegio

dato

dato Valētiæ 4. Nouēbris 1427. vbi ait, *Ciuitas Caſtri Calaris eſt principale membrum, robur, & firmamentum Regni noſtri Sardiniæ.* Et Catholicus Rex Ferdinandus in vna Pracmatica anno 1485. Carolus V. in multis Priuilegijs, & in vna epiſt. ſcripta Marchioni de Cañete Proregi Nauarræ, relata à f. Prudentio Sandobal in hiſtoria huius inuicti Cæſaris, lib. 22. §. 8. pag. mihi 190. Philipus II. in multis Priuilegijs, & tandem Philipus III. in Priuilegio decretationis eorū, quæ fuerunt conceſſa Vrbi Calaris, in comitijs generalibus celebratis per Comitem de Elda, Proregē Sardiniæ, anno 1608. titulo *Capitis totius Regni Sardiniæ*, eā exornat, idemq; in alijs multis Priuilegijs, teſtatum reliquit.

8 Idque tàm firmū, & conſtans fuit, omnibus temporibus, vt ex ſolius Calaris expugnatione, dependeret acquiſitio totius Regni, ideoque Scipio, vbi primum Ciuitatē Calaris expugnauit, triūmphauit de toto Regno Sardiniæ, vt notauit Ioannes Eſtadius in annot. ad Lucium Florum lib. 2. cap. 6. adnotatione 17. ibi, *de Sardinia, ob Calarim Sardiniæ, nobiliſſimam Vrbem ab ipſo expugnatā triumphante*. Idemque refert Lucius Florus lib. 2. de geſtis Romanorum, vbi ait, *ſerpente latius bello, in Sardiniā, annexamq; ei tranſijt, vbi ſic Caralæ vrbis excidio, incolas terruit, adeoque terra, mariq; Pœnos expugnauit, vt iam victoriæ nihil, niſi Africa ipſa reſtaret.*

9 Idem cōſtat temporibus Piſanorum, & Regum Aragoniæ, in expugnatione Calaris, tamquam Capitis, & clauis Regni, vt refert Zurita par. 1. lib. 6. cap. 50. & par. 2. lib. 11. cap. 5. & lib. 8. cap. 53. quod expreſſis verbis teſtatū reliquit Petrus IIII. Rex Aragonū, citato loco, *à Republica Caſtri Calaris pendet reſtauratio, & præſidium totius Inſulæ Sardiniæ.*

10 Neque obſtat id, quod Fara in ſuo codice manuſcripto obijcit, vt infringat vim aliquarū ex his authoritatibus, ſcilicet ex Tito Liuio, Sabellico, & alijs conſtare, Ciuitatē Cornu fuiſſe etiam appellatam caput Sardiniæ. Nam ad hoc reſpondetur à prędictis Authoribus, nō appellari eam Ciuitatem abſolutè caput Regni, ſed caput Belli, vt Sabellicus Æneade 5. vel caput Tractus, ſiuè Regionis rebellatæ, vt latius dec. 3. nam abſolutè eſſe caput, & Metropolim Regni, omnes antiqui Authores Calari deferunt.

Ex alijs item fundamētis probatur, Calarim eſſe caput, & Metropolim Sardiniæ. Cap. IIII.

1 ITem probatur, Calarim ſemper fuiſſe, & eſſe caput, & Metropolim Sardiniæ, quia in comitijs generalibus, in quibus ſerua-

turordo antiquitatis, & præcedentiæ. Primus Conſul Ciuitatis Calaris, & eius Sindicus præſidēt reliquis omnibus aliarum Ciuitatum Regni, & prima ſuffragia dant in Stamento Reali, & eandē præcedentiam habet Archiepiſcopus Calaritanus, reſpectu aliorum Archiepiſcoporum, & Prælatorum, & Sindicus, vel Procurator Capituli Calaritani, reſpectu Procuratorum aliorum Capitulorum totius Regni, in Stamento Eccleſiaſtico.

2 Idē probatur ex eo, quod Calari reperitur Baſilica Conſtantiniana Diuo Saturnino Martyri dicata, vt inter alios refert diſcipulus S. Fulgentij in eius vita relata à Surio tomo 1. loquens de Monaſterio, quod propè Eccleſiā Sancti Saturnini fundauit, quam Baſilicam vocat, cum ſcripſerit plus mille annis ante præſentem diem; & fatetur Fara lib. 1. de rebus Sardois pag. 104. at tūc non fuerunt appellatæ Baſilicę, niſi illæ, quas Conſtātinus Imperator ædificauit in Vrbibus maximis, & Capitibus Prouinciarum, vt refert Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 3. c. 4. in vita Conſtantini, & in oratione de eius laudibus, & alij authores relati à Baronio to. 3.

3 Idem euincitur ex templo Iouis Capitolini, Amphiteatri, vel Coliſei, quæ erant tempore Romanorum notæ, & ſigna Vrbiū, quæ erant capita Prouinciarum, Tēpli meminerunt Arca in vita S. Saturnini, Fara d. lib. & Bōfant in Triumpho MM. lib. 12. c. 4. qui omnes à Diuo Fulgentio in ſuis Carminibus Leoninis, & ex antiqua lectura acceperunt, Capitolij, & Amphiteatri adhuc extant ruinæ, ſimul cum traditione confirmata, Regum Priuilegio, qui conſeruato eodem nomine, territorium in quo extant dederunt Doctori Porſel.

4 Aliqui etiam probāt, Calarim eſſe caput, & Metropolim Sardinię, ex maiori eius antiquitate ſuper omnes alias illius Inſulę, eiuſque primam fundationē à Phorco nepote Noé, & Meduſa, originem traxiſſe affirmāt, vt Bōfant in tracta. de Primatu Calaritano, artic. 2. cum alijs, quæ ibi eruditè adducit, impugnādo opinionem Faræ affirmantis, Vrbem Turritanam fuiſſe antiquiorem Calari. Cui licét libenter ſubſcribam, quātum attinet, ad maiorem antiquitatem Vrbis Calaritanæ, & impugnationem ſomniorū Farę, qui occaſione Coloniæ deductæ ad Turrim Libiſonis, tempore Romanorum, voluit illam interpretari, *Libiſoſon*, ideſt Herculis Auguſtam, ſine aliquo Duce, vel auctore, cum omninò diuerſa ſint *Libiſonis*, & *Libiſoſon*, Calarim autem eſſe antiquiſſimam Vrbiū Sardiniæ tradiderūt Pomponius Mela de ſitu Orbis lib. 2. capit. 5. Solinus lib. de Memorabilibus,

cap.9. Diodorus Siculus lib. 5. de antiquorum geſtis, & alij plures. Tamen non iudico firmum fundamentum ad probãdum, aliquã Ciuitatem eſſe caput, & Metropolim Prouinciæ, ex eo quod ſit antiquior fundatione, aliàs, nec Roma eſſet Caput Italiæ, imò, & Orbis, nec Carthago, Africę, nec Conſtantinopolis, Græciæ, nec Alexãdria, Egipti, nec Antiochia, Syriæ, nec Cæſarea, Paleſtinæ; quia in illis Prouincijs, plures aliæ Vrbes, & Opida, fundatione antiquiora fuerunt, licet aliquando contigerit dignitatem capitis, & Metropolis (quæ ex alijs prærogatiuis Regũ, & Imperatorum munificentia collatis, & multorũ ſęculorum ſerie conſeruatis, pendent) interſe coniugi; neque titulus Coloniæ Romanorum tributus à Plinio Turri Libiſonis ſufragatur illi authori, cum idem aſſerat Plinius de alia Colonia fundata *Vſellis* in Sardinia, quæ Coloniæ ad Summum fuerunt tertij ordinis, & forte quarti cũ ab eodem Plinio, eodem tempore, Calaris fuerit nuncupata *Vrbs Ciuiũ Romanorum*, & ideo primi ordinis, maximum pręmium dari ſolitum à Romanis Ciuitatibus cõfederatis, vt capite præcedenti dictum eſt.

5 Item probatur Calarim eſſe Caput, & Metropolim Sardiniæ, quia in ea fuit Sedes Regum, Supremum tribunal, & prima iudiciaria poteſtas, quæ in Capitibus Prouinciarũ, & in Vrbibus maximis ſemper erãt; & relictis alijs probationibus antiquioribus; à temporibus Romanorum (quod ad pręſens facit) hac prærogatiua fuiſſe potitam, probatur ex cit. authoritate Plinij lib. 3. hiſtor. natur. cap. 7. appellantis ſolam Calarim in Sardinia, *Vrbem Ciuium Romanorum*, inter alia, quia in ea reſidebant Conſules, & Prætores Romani, qui Sardiniam Gubernabant, & colligitur ex Tito Liuio, multis in locis præcipue lib. 23. Belli Punici Decada. 3. vbi refert appuliſſe Calarim Manlium Torquatum, & à Prætore exercitum accepiſſe, cui ſufragatur id, quod referũt Dionyſius Oroſius, Cæſar, & Apianus Alexandrinus, relati à Fara ad annũ 3713. pag. mihi 34. Marium Cotam Prætorem fuiſſe à Calari pulſum, vbi gubernij habenas moderabatur.

6 Idẽ confirmant authores, qui ſcripſerunt Martyria Sancti Luxorij, Ceſelli, Camerini, Ephiſij, & Saturnini, & aliorum Sanctorum Martyrum relati à Bonfant in ſuo Triumpho Martyrũ Sardinię, qui affirmant Supremos Magiſtratus, & Supremam iudiciariam poteſtatem, tẽpore Romanorũ, Calari reſidiſſe, quod, præter quam quod conſtat ex infinito pœne numero Sanctorũ Martyrũ; qui Calari paſſi ſunt, affirmat Ioannes Arca in vita Sancti An-

Antiochi (ſumpſitque ex lectionibus antiqui offitij illius Sancti, quod antiquitus recitabatur in Diœceſi Sulcitana) ibi. *Non potuerunt hæc contineri ſecreto, quin aures Principũ perſonarẽt clamoribus, præerat enim hi Principes Calari, quia in hac Vrbe referebantur omnia*.

7 Idem conſtat fuiſſe obſeruatum tempore Piſanorum, qui licet diuiſerint Regnũ in quatuor Tetrarchias, ſiue Iudicatus, circa annum Domini 1050. tamen Præeminentiam Supræmæ Iudiciariæ poteſtatis Calari conſeruarunt, & Iudicem Calaritanũ aliorum Principẽ conſtituerunt, vt refert Baronius tomo 11. fol. mihi 305. à quo non recedit Abraham Zouius in Annal. fauet etiam Gregorius VII. in ſua epiſt. quæ incipit Greg. Epiſcopus, &c. vbi eum nuncupat glorioſum, in inſcriptione, *Glorioſo Iudici Calaritano Antiocho*.

8 Idemque omnino ſeruatum fuit poſt quam Sereniſſimi Aragoniæ Reges, ſumma rerum, in Sardinia potiti ſunt, vſque in pręſentem diem, nam ſemper Calaris fuit Supremum Tribunal, & prima iudiciaria poteſtas, magnum forum cauſarum, ad quam prouocatur ab omnibus Vrbibus & Opidis Regni, in omnibus cauſis meri Imperij, etiam condenationis mortis, & ibi reſident Proreges, & Capitanei Generales cũ Regijs Concilijs, vt eſt perſe notum, & refert Carillo Viſitator dicti Regni pro Maieſtate Catholica, in relatione, quam miſit Philipo Regi III. poſt Ioannem Antonium Magini in ſua Geographia cap. 18. Leandrum Cernoti in traductione, pagina mihi 202. Petrũ Bizarco de Bello Piſano. Adrianum Romanum, in Teathro Vrbium, Philipum Ferrarium in Typographia Martyrum, Mirreum in notitia Epiſcopatuum Orbis, & alios.

9 Hinc tandem infertur, Calari, fuiſſe antiquitus, primos Flamines Gentilium; nam hi in Capite Prouinciarum reſidebant, vt manifeſte conſtat, ex decreto Sācti Anacleti Papæ cap. 1. inſerto in 99. diſt. in illis verbis, *in capite Prouinciarum vbi dudum Primates legis ſæculi erant, ac prima iudiciaria poteſtas, ad quos, &c. ipſosq́ appellabant, quoties opus erat, &c. ipſis in Ciuitatibus vel locis, noſtros Patriarchas, vel Primates, qui vnã formam tenent, licet diuerſa ſint nomina, legis diuinæ, & Eccleſiaſticæ poni, & eſſe iuſſerunt.*

Sedem Calaritanam in Sardinia non ſolum dignitate Vrbis Metropolis, ſed etiam antiquitate, & initio primæ Sedis, ſuper omnes eminere, probatur. Cap. V.

1 NON ſolum, Sedem Calaritanam eſſe digniorem, & primam, dignitate Metropolis

ex eo, quod Calaris eſt caput, & Metropolis totius Sardiniæ, ſed etiã ex antiquitate, & inſtitutione Cathedrę, probatur, nam ſi huius ratio petatur ex cõcilijs antiquiſſimis, & eorum hiſtorijs, iam in concilio Arelatenſi I. ſub Sancto Siluestro, quod fuit celebratum anno 314. per errorem 326. vt probat Baronius in prædictum annum; & Binius in notis adhoc concilium Arelatenſæ 1. to. conciliorum Impreſſionis Coloniæ pag. 223. col. 2. lit. B. videatur ibi ante Nicenum 1. celebratum anno 325. (& eſt primum, in quo inueniũtur ſubſcriptiones, & nomina Põtificũ, qui illi interfuerũt) inuenimus Qintium, ſiuè Quintianum Archiepiſcopum Calaritanum, ex Prouintia Sardiniæ (vt videri poteſt in illo concilio to. 1. conciliorum; imò, cum ex Baron. imò, & Binio vbi ſupra pag. 221. lit. F. conſtet, citato anno, Conſtantinum Imperatorẽ conuocaſſe præcipuos Occidentalis Eccleſiæ Metropolitanos, vt ad eſſent huic concilio, ad eoſque miſiſſe litteras tractorias eiuſdẽ tenoris, ac illius epiſtolæ, quæ habetur apud Euſebiũ lib. 10. hiſt. cap. 5. ſcriptæ ad Chreſtum Epiſcopum Syracuſanum; infertur neceſſario, Quintianum Calaritanum fuiſſe præcipuum Metropolitanum Sardiniæ ſiue Epiſcopum primæ Sedis, vt verbis epiſtolæ vtamur cũ, Epiſcopus Turritanus nõ inueniatur niſi in concilio Lateranenſi primo an. 650. celebrato (& Arborenſis non niſi multo poſt annum milleſimum) & quamuis Turritanus adfuiſſet concilio Romano celebrato ſub Symaco, vel Niceno 1. vt contrarius falſo prætẽdit, & inferius impugnabitur, omnia hæc ſunt tẽpora poſteriora, illo Arelatenſi relato.

2 Dices in hoc cõcil. Arelatenſi 1. fit mentio Canonum concilij Niceni, ergo fuit celebratum poſt 1. concilium Nicenũ anno 326. vt ibi dicitur. Reſpondetur hoc omnino falſum eſſe, vt patebit legẽti totum hoc concilium Arelatenſe 1. Nam concilium Arelatenſe, in quo fit mentio Canonum concilij Niceni fuit ſecundum, quod non ſolum fuit celebratum poſt concilium Nicenum, verũetiam poſt Hęreſim Photyni emergentem poſtque Valenſe concilium celebratum tẽpore Syricij Papæ poſt annum 385. vt notauit Binius to. 1. conciliorum Impreſſionis Coloniæ pag. 223. columna 2. lit. C. & in notis ad conc. Arelat. ſecundum eodem to. pag. 566. col. 1. lit. C. & quamuis in principio concilij Arelatẽſis 5. dicatur celebratum fuiſſe circa annum Domini 326. tempore Beati Siluestri Papę I. & Conſtantini Imperatoris, Voluſião, & Anniano viris clariſſimis Conſſul. Quod atinet ad annum ab

ab aliquo ſuper additum fuiſſe, certum eſt, vt notauit Baronius, citato loco lit.B.cum exploratum ſit acta etiam Eccleſię antiquitus non, niſi conſulibus conſignari conſueuiſſe: at vt ex faſtis conſularibus conſtat, conſulatus Voluſiani, & Anniani ſecundum veriorem tẽporis computationem, coincidit anno Domini 314.qui fuit Silueſtri I. & Conſtantini VIIII. vt Baronius, & Binius notarunt. Ex quibus conſtat erraſſe Franciſcum Fara lib.1. de Rebus Sardois aſſerentẽ, Quintum, vel Quintianum interfuiſſe concilio Arelatenſi. 2. cum ex dictis conſtet interfuiſſe concilio Arelatenſe 1. iſque error, ortum videtur habuiſſe à vitiatione aliquorum Codicũ Vaticani, in quibus confunduntur ſubſcriptiones,& plura horum duorum conciliorum Arelatenſium 1. & 2. vt notauit Binnius citatis locis.

3 Imò,& vitio eorundem Codicum tribuendum eſt,quod in aliquibus, ſola nomina Prouinciarũ Epiſcoporũ,nõ Ciuitates ponantur, cum in alijs non ſolum Prouinciæ ſed Ciuitatès reperiantur; vt ex Codice Corbienſi, & alijs notauit Sirmõdus in notis ad cõcilium Gallicanum Arelatenſe primum, quos ſecuti ſunt Franciſcus Fara, aſſerens, Quintum fuieſſe Epiſcopum Calaritanum pro Prouincia Sardiniæ, Binius, & plures aliæ æditiones conciliorum, in quibus ponuntur etiam nomina Ciuitatum,& Epiſcoporum,qui interfuerũt illi concilio.

4 Si vero huius probatio,non ex hiſtorijs generalibus conciliorũ; ſed ex priuata tradicione Eccleſiarum Calaritanæ,& Turritanæ petatur (nam de Arborenſi nullam facimus mentionem, cum omni iure deſtituto, renuerit in arenam, ſeu litem deſcendere) Primus Epiſcopus Turritanus fuit Sanctus Gauinus Martyr, vt aduerſarius (licet falſo) autumat,in lib.conſtit. Synodalium,Turritanæ Synodi, excuſo Saſſari, iuſſu moderni Archiepiſcopi, anno 1625. pag. 135. Primus autem Epiſcopus Calaritanus incepit, anno 46. à Natiuitate Domini, qui fuit 13. à morte,& Paſſione eius, & ſecundus ab inſtitucione Cathed. S Petri, Romæ,& quartus Imperij Claudij, in quo iuxta Baron. tom. 1. fol. 347. Beatus Petrus miſit Diſcipulos ad Prouincias Occidentales, inter quos, fuit B. Clemens, qui poſtea fuit Romanus Pontifex, & Martyr, vnus ex 72. Diſcipulis Chriſti, nam hic fuit primus Epiſcopus Calaritanus, & qui primam Sedem Epiſcopalẽ,in Sardinia fixit. Hoc probatur immemoriali traditione Eccleſię Calaritanę, q̃ B. Clemẽtẽ ſuũ 1. Epiſ.recognoſcit, in cuius memoriam, ſingulis annis, ſolemniter colit eius feſtum, cum proceſſione generalli, miſſa ſolemni,

ſolemni, concione, & alijs ſolemnitatibus, diſtributionibus, ad id, ex Menſa Archiepiſcopali, expẽſis, ob hanc ſolam rationẽ, quod B. Clemens fuit primus Archiepiſcopus Calaritanus.

5 Probatur inſuper auctoritate Petri Suberti Epiſcopi S. Papuli, in Prouincia Toloſana, qui obijt anno 1405. Hic in tract. de cultu Vinæ Domini part. 7. cap. 3. excuſo anno 1508. nõ ſolum affirmat B. Clementem fuiſſe diſcipulum Chriſti; ſed etiam *Epiſcopum Sardiniæ de quo Paulus ad Philipenſes.* Cuius ſententiam aprobauit Ioãnes de Capuis Pariſienſis, cui, lima illius libri, à Cancellario Pariſienſi commiſſa fuit, ſ dũ ait in fine illius, omnia ſedulò perluſtraſſe, aliqua addidiſſe, nulla dempſiſſe, quibus verbis, ſentẽtiæ Petri Suberti ſubſcribit. Idem tenet Primus Cabilonenſis Epiſcopus, qui ſcripſit an. 1450. in Cathalago diſcipulorum, ex diuerſis auctoribus, qui habetur poſt eiuſdem Typographiã, quæ extat in Martirologio Frãc. Maurolici Abb. Meſanen. vbi ait *Clemens Dixipulus Chriſti, Epiſcopus Sardis* ſuplemiſſus, iuxta antiquã fraſim, qua dicitur *Epiſcopus Sueſonibus, Epiſcopus Hiſpanis, aut Gallijs;* ſupplemiſſus. Idẽ tenẽt Franciſcus Samerinus in Cathalago 72. diſcipulorum, in ſuo theſauro Sacerdotum, Venetijs excuſo, anno 1585. vbi ait *Quinquageſimus Clemens Epiſcopus Sardiniæ*. Seraphinus Eſquirro Capucinus lib. 1. Sanctuarij cap. 6. Dionyſius Bonfant in Triumpho martirum lib. 1. cap. 5. pag. 28. Epiſcopus autem Sardiniæ, ſuponit pro Calaritano, vt patet ex antiquis concilijs, & SS. PP. inferius referẽdis, & in præſenti caſu conſtat, ex immemoriali traditione Eccleſiæ, Calaritanæ, vt dictum eſt. Et cõfirmatur euidenter: quia B. Clemens à nulla alia Eccleſia Sardiniæ (præter Calaritanam) recognoſcitur, vt proprius Epiſcopus; quod de Turritana (quæ potuiſſet hoc ſibi falſo arrogare) euidenter probatur, ex confeſſione eiuſdem partis contrariæ in cit. lib. conſtit. Synodal. vbi nullam mentionem facit S. Clementis Epiſcopi, atque adeò ſolum potuit eſſe Calaritanus, quia neque Arborenſis hoc ſibi arrogat, multo minus Epiſcopi ſufraganei horum Archiepiſcoporum. Confirmatur ſecũdo, quia D. Clementẽ miſſum à B. Petro Apoſtolo in Sardiniam, veriſſimilius eſt, adijſſe Vrbem Metropolim illius Inſulæ, & in ea, ſedem fixiſſe, quam, hac relicta, ad alias minores, & inferiores Vrbes illius Prouinciæ.

6 Ex quo euidenter cõcluditur, Eccleſiam Calaritanã fuiſſe primam Sedem Epiſcopalem Sardiniæ, non ſolum dignitate Vrbis Metropolis, ſed etiam antiquitate, & inſtitutione; quia B. Clemẽs

primus Epiſcopus Calaritanus, anno Domini 46. paulò ante, vel poſt, fundauit Sedem Calaritanã; Gabinus vero, primus Epiſcopus Turritanus, anno 100. vt ipſemet aduerſarius fatetur, atque adeo 54. annis poſt Calaritanã; ex quo fundamento manifeſte excluditur à Primatu Sardiniæ, prætenſio Turritani, & Arboréſis, quia deficit illis fundamẽtum præ requiſitum eſſentiale Primatus, quod eſt, eſſe primam Sedem Regni; antiquitate Sedis, & dignitate Metropolis, ſecundùm aſſiſtentiam iuris.

Obiectiones contra dicta, capite præcedenti vbi diſcutitur an S. Clemens fuerit vnus ex 70. Diciſpulis Chriſti, & Epiſcopus Sardiniæ. Cap. VI.

1 SEd contra dicta capite præcedẽti oppoſuit pars aduerſa falſum eſſe D. Clementem fuiſſe Epiſcopũ Sardiniæ propter quinque fundamenta. Primum, quia Petrus Subertus, & alij Cathalogiſti, quod dixerunt de Diuo Clemẽte, mutuarũt à Dorotheo Tyro, qui tamquam fabuloſus in vtroque reprobatur in indiuiduo à Cardinali Bellarminio, lib. de ſcript. Eccleſ. Baron. tom. 1. fol. 136. lit. A. & B. Secundum quia iſta recenſio diſcipulorum Domini in Clemẽte, eſt cõtra principia fidei, cum nullus iſtorum fuerit ex gentibus, qui non fuerunt admiſſi in Eccleſia, niſi poſt Cornelium Centurionem, qui, Angeli monitu, adiens D. Petrũ, ab eo ſuſcepit baptiſmum. Tertium quia conſtat ex lib. 6. recognitionum fol. 71. & in epiſt. peregrinationum Petri fol. 587. illuxiſſe illi fidem Chriſti, longe poſt aſcenſum huius in Cœlum, fuiſſeque Baptizatum in Phenitia, poſt indictum ſibi ieiunium. Quartum quia inter diſcipulos, quos Diuus Petrus anno 44. ſub Claudio ſecum duxit Romam; & deſignans Epiſcopos, amandauit ad cęteras Orbis Occidentalis partes, neque Baronius, neque alius, Clementem nominauit; Neque vllus authorũ, qui ex profeſſo conſcripſerunt vitas Pontificum (qui ſunt plures) hoc dicunt, cum non debuiſſet res adeo pręcipua, ipſos ſolos latere. Quintum quia non poteſt ſubſiſtere, ipſum fuiſſe Epiſcopũ Sardiniæ, cum ipſum laboraſſe in Oriente, non vero in Occidente, probetur authoritate D. Pauli ad Philipenſes quarto, cum alijs adiunctis.

2 Ad ſolutionem harum difficultatum, neceſſe eſt prius explicare, quot, & quinam Clementis nomine clari in Eccleſiaſtica hiſtoria fuerunt, tempore naſcentis Eccleſiæ, ne forte, aut plures vno nomine inuoluantur, aut res alterius in alterum transferãtur. Septem autem Clementes, diuerſis titulis inſignes, eodem tempore haben-

habetur. Primus Diſcipulus Domini. II Epiſcopus Sardeon. Lydiæ. III. Epiſcopus Sardicæ in Thracia. IV. Epiſcopus Sardorũ. V. Pontifex Romanus. VI. Conſul Romanus. VII. Epiſcopus Metenſis.

§. I.

3 Primum igitur quærendum eſt, an S. Clemens Pontifex, fuerit DiſcipulusDomini,& probamus fuiſſe. Primo, quia diſerte id affirmat in ſuis Epiſtolis, quarum. III. hæc verba habet. *Hic ergo verus Propheta, qui in Iudæa nobis apparuit, vt audiſtis, qui ſtans publice, ſola iuſſione faciebat cæcos videre, & ſurdos audire.* Et poſtea. *Cui nos de omnibus, quæ dicebant credidimus, &c. firmitatem fidei noſtræ ex operibus aſſumentes; quia dicta legis, ante multas generationes de præſentia eius expoſuerãt, in ipſo deſignabatur.* Hæc ex verſione Ruffini. Quare Clemens, qui hæc ſcribit, audiuit Chriſtum prædicantem. In Epiſt. V. Condiſcipulis Hieroſolimę, ipſo titulo oſtendit, ſe fuiſſe Diſcipulum. Deinde ait, ſe fuiſſe ex illis, de quibus in actis Cap. IV. dicitur: *Multitudinis credentium erat cor vnum, & & anima vna. Nec quiſquam,* inquit, *noſtrum de ijs, quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat: Sed omnia erant, illis, & nobis communia.* Secundo in Menologio Gręcorum, & in Chronico Alexandrino expreſſe habetur, fuiſſe ex 70. diſcipulis Domini. Tertio quia hiſtoria ratio, & mos Eccleſiaſticus id euincit. Nam nulla ratione probabile eſt, Petrum cõſtituiſſe Romæ Epiſcopum ſuum ſucceſſorem in Pontificatu, qui nõ eſſet è Diſcipulis LXXII. cum multi ex eo numero adhuc viuerent. Omnis enim poteſtas à Deo eſt, quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt. Atqui ordo poſcit, vt Apoſtolo, ſuccedat Diſcipulus. Atque id confirmatur, exemplo cæterarum ſedium Apoſtolicarum, Antiochenæ, & Alexandrinæ. Petrus enim has duas Sedes inſtituit, & in ijs poſuit Euodiũ, & Marcum, vtrumque è Diſcipulis. Nõ ergo poſuit Romæ Neophitum, ſed veterem Diſcipulum. Præterea Linum, qui in locum Clementis deſignati, Epiſcopus Romanus, & Pontifex fuit, aiunt etiam fuiſſe è ſeptuaginta duobus; multo magis ergo Clemẽs ex his fuit. Adde eodem tempore Romæ celebrari Pudẽtem Senatorem, qui ex Diſcipulis LXXII. fuiſſe memoratur.

4 Quod ſi Clemens non fuiſſet ex hoc numero, Pudens potius, quam ipſe fuiſſet Pontifex deſignatus. Nam ſicut Paulus præcipit Epiſcopum conſtitui, non Neophitum, ita maxime neceſſarium erat, Romanum Põtificem eligi ex antiquiſſimis Diſcipulo-

rum. Quarto ex titulo Apoſtoli, quo Clemẽs Apellatur in Menologio Græcorum, & in Cronico Alexãdrino. Nam licet quidam, etiam ex illis, qui poſt Chriſti Aſcenſionẽ crediderunt, dicti ſunt Apoſtoli, tamen Clemens, prærogatiua quadam, hoc nomen obtinuit. Primum; quia in Canonibus Apoſtolicis, ait, ſe fuiſſe vnum ex Apoſtolis, de quibus Actus Apoſtolorum agunt. Sic enim ſcribit in fine: πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων *Actus noſtrum, qui Apoſtoli ſumus*. Ergo erat ex his, qui maxime poſt duodecim, Apoſtoli dicebantur, qui erãt LXXII. diſcipuli. Sicut igitur Canones Apoſtolici, & cõſtitutiones Apoſtolicæ, quas ipſe ſcripſit, nomen habuerunt ab illis Apoſtolis, qui cũ Chriſto vixerunt, hoc eſt Duodecim primis, & LXXII. qui poſt illos Apoſtoli ſunt vocati, ita conſentaneum eſt, ex illis, nõ ex alijs ſubſecutis, eſſe Clementem.

5 Præterea ſcribere Epiſtolas ad Eccleſias, quæ publice legerẽtur, non fuit, niſi Apoſtolorum, ac diſcipulorũ, atqui Clemens ſcripſit ad Corinthios, ait enim Clemens Alexãdrinus lib. 4. Strom. *Clemens Apoſtolus, in Epiſtola ad Corinthios*; Præterea tantæ exiſtimationis fuit in Eccleſia, vt quidam dicerent, Epiſtolam ad Hebræos eſſe ipſius, cum eſſet ab ipſo verſa ex Hebræo, vt ait Euſebius libro 4. cap. 34.

§. II.

6 SEcundo quærendum eſt, ſi fuit ex DiſcipulisDomini, an genereHebręus fuerit, an Ethnicus, & an Procelytus? Dicendum autem neceſſario, ipſum antequam Diſcipulus Domini eſſet, fuiſſe vel Iudęum genere, vel Religione, & adoptione. Nã nemo, diſcipulus fuit, quin fuerit, aut Proſelytus, aut Hebræus. Idq; conſtat primo, ipſius Chriſti verbis, qui ſępe dixit, *Nõ sũ miſſus niſi ad oues, q̃ perierunt domus Iſrael, & in viã gentium ne abieris, & in Ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis*. Quare neceſſe eſt toto tempore, quo Chriſtus in terris verſatus eſt, neminem niſi Iudęum, aut Proſelytum fuiſſe Diſcipulum. Proſelyti autem à Iudæis natiuis, nõ diſtinguebantur. Secundo facto Cornelij. Nam is fuit primus, qui è Gẽtibus admiſſus eſt ad Gratiam Euangelij. Cum ergo in eo facto oportuerit Petrum moneri, reuelatione diuina, & tantum dificultatis, ex Hebræis ſe obtulerit, nemo dubitabit, quin omnes ante eam diem, Chriſti Diſcipuli, aut Hebræi fuerint, aut Proſelyti. Atque cũ fuerint quidam Proſelyti, alij Religioſi, qui ſine circumciſſione legem ſeruabant, quoad plurima; alij metuentes, qui Hieroſolymam dona mittebant, & legem venerabantur, Cornelius Centurio ex his erat, qui vel Religioſi

ligioſi, vel metuentes dicebãtur, Clemens verò, aut Hebræus, aut Proſelytus. Omnium autem opinione, & conſenſu Clemens Patria Romanus, natus in Regione Celimõtana, Patre Fauſto, & Matre Mathidia, Ethnicus genere fuit. Præterea Eucherius, quem citat, in Clemẽtis vita, Papirius Maſſonus dixit Clementem fuiſſe è familia Cæſarum, id eſt T. Fl. Veſpaſiani. Proinde ratione neceſſaria conficitur, Clementem Põtificẽ fuiſſe è familia Ethnica, ſed ipſum Proſelytum.

§. III.

7 TErtio quærendum eſt, an Clemens ſi fuit Proſelytus, factus ſit paulo ante Chriſti prædicationem, an verò ab initio vitæ, & Romę; & qua occaſione venerit Hieroſolymam? Dicẽdum autem primo, eum fuiſſe ex antiquis Proſelytis. Quod probatur primo ex verbis ipſius, quibus ita loquitur: *Firmitatem fidei noſtræ ex operibus aſſumentes, quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præſentia eius expoſuerant in ipſo deſignabantur.* Hinc deſumi poteſt probatio, quæ oſtendat ipſum fuiſſe ex peritis legis Hebraicæ, qui de hiſce rebus poſſet ferre iudicium. Non erat autem facile, breui tempore, eam notitiã aſſequi. Secundo deſumitur argumẽtum ad probandum, Clementem ab initio vitæ tranſiſſe ab Ethnicis ad Iudæos Romæ commorantes, quia Suetonius deſcribens familiam Flauiam Veſpeſianam, ipſius, non meminit. Eſt autem Flauia Veſpeſiana familia hæc. T. Flauius Petro Municeps Reatinus, huius filius; T. Flauius Sabinus Publicanus, in Aſia Celeberrimus, cui etiã ſtatuæ poſitæ ſunt cum hac inſcriptione καλῶς τελωνήσαντι. Bene functo munere telonarij. Nam Publicani erant equites Romani, & quidem lectiſſimi, vt oſtendit M. Tullius in Oratione Maniliana. Ex Tito Flauio Sabino, & Veſpaſia Polla nati ſũt, T. Flauius Sabinus, & T. Flauius Veſpaſianus Cęſar. Hic ergo Fauſti, qui fuit pater Clementis nulla eſt mentio. Cum autem dicant plerique, veterem Fauſtum fuiſſe arcta cognatione iunctum Veſpaſiano, velut patris fratrem, aut fratrem, æqum eſt fateri ideo ipſum fuiſſe à Sutonio omiſſum, quia ex Ethnicis ad Iudæos tranſiuerat. Solebant enim Proſelyti, etiam ad Hebręorum domos, & familias tranſire, vt R. Meir, R. Akila celebres Proſelyti. Neceſſe eſt igitur fateri aut T. Flauium Fauſtum, fratrem T. Flauij Sabini Publicani ad ritus Iudaicos tranſiſſe, aut Clementem eius filium. Multi enim Romæ Iudæi fiebãt. Quare Dio Caſſius ait in Domitiano, ab eo fuiſſe damnatum capitis T. Flauium Clementem patrue-

truelem, eo quod Iudaicos ritus ſuſcepiſſet. Siuè autem Fauſtus; ſiué eius filius Clemens primus factus ſit Iudæus, id Romæ factũ probabilius dicitur, quam Hieroſolymis. De ijſqui Romæ Iudæi fierent, multum eſt ex vnò Horatio depræhendere. Vt cum in Satiris ait ſignificans Iudæos eſſe multos, & in ſuam ſententiam, plures trahere.

Et veluti te.

& in alia Satyra

Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

Ariſtius Fuſcus ſic loquitur, *hodie triceſima Sabbata vintu*
Curijs Iudæis oppedere? nulla mihi inquam
Religio eſt. At mi ſum pando infirmior, vnus
Multorũ. Id eſt, cõſciẽtia ſcrupulos cogor, Sabbato cũ Iudęis
Feſtum diem agere. Et de prodigio quodam: *credat Iudæus Apelle*
Non ego, namque Deos didici, ſecurum agere æuum

8 Ex his apparet Romæ fuiſſe ſectas hominum duas, alteram Epicureorum, qui nulla prodigia crederẽt, ex quibus Horatius erat. Iudæorum alteram agnoſcentium prouidentiam. Hos verò fuiſſe tam multos, vt turbam vocet poeta, dicatque ea, coactos fuiſſe, alios eandem ſequi ſententiam. Ex his erat Ariſtius Fuſcus, qui cum Horatio loquens dixit ſe vnum eſſe multorum, & Iudaicam ſectam infirmitati tribuit. Cæterũ, & Reges, id eſt, præcipui Romanorum Sabatizabant, vt Iuuenalis dixit, & Martialis irridet crebra ieiunia Sabbatariorũ. Hi tamen, haud omnes Proſelyti erant, Sed quidam tantum Religioſi, vel colentes. Quare T. Flauius Fauſtus ex horum numero eſſe potuit, at T. Flauius Clemens fuit Proſelytus.

9 Iam verò, qua occaſione venerit Hieroſolymam dicamus. Conſtat Chriſti anno XX. Tiberium Imperatorem expuliſſe Iudæos Roma, eiſque Sardiniam Inſulam exilij ſedem attribuiſſe. Cum autem Clemẽs anno Chriſti XXX. ferme annorum XXV. eſſe debuerit, vt eſſet diſcipulus tempore exilij Iudæorum, erat annorum XV. Probabile ergo eſt Clementem fuiſſe ex his, qui Iudaicæ Religionis cauſa ſolum vertere ſunt coacti. Qua de re Suetonius in Tiberio c. 36. *Externas ceremonias Aegiptios, Iudaicoſque ritus compeſcuit, coactis, qui ea ſuperſtitione tenebantur, Religioſas veſtes cum inſtrumento omni comburere. Iudæorum iuuẽtutem per ſpeciem Sacramenti in Prouintias grauioris Cæli diſtribuit, reliquos gentis eiuſdem, vel ſimilia ſectantes, vrbe ſubmouit, ſub pœna perpetuæ ſeruitutis, niſi obtemperaſſent.*

10 Ta-

10 Tacitus verò lib. 2. Annal. & Ioſephus antiq. lib. 18. cap. 4. aiunt quatuor millia Iudæorum in Sardiniam per ſpeciem inſectandorum latronum miſſa. Id factum Seiani conſilio, ait Philo de legatione ad Caium, eamque ſententiam, Seiani morte reuocatam. Quæ accidit ſub tempore Paſſionis Domini. Quæ cum ita ſint, neceſſe eſt T. Flauium Clementem Iudaica ſectatum, vrbe pulſum exulaſſe, atque vel in Sardiniam prius, vel recta in Aſiam Sabini patrui, publicani fama oportunam, & Hieroſolymam veniſſe. Atque ita ex neceſſaria hiſtoriæ conſecutione fit, T. Flauium Clementem, vel ipſum in Sardinia iuuenem ſtipendia feciſſe, vel eius conſanguineos; aut ſectæ Iudaicæ participes. Atque adeò cum poſtea Sardici nominis curam ſuſceperit, manifeſtius indicatur, eum Sardiniam, prius attigiſſe, in eaque aliquot annis vixiſſe.

§. IIII.

11 QVarto quærendum eſt an Sanctus Clemens Pōtifex, ſtatim atque diuiſæ ſunt Prouinciæ ad prædicationem Euangelij, habuerit Epiſcopatum Sardeon Lydiæ, & Sardicæ (ſi vera eſt opinio aſſerens, fuiſſe Epiſcopatum in Sardica Thraciæ, de quo inferius c. 17.) & dicendum habuiſſe. Nam de primo eſt in breui hiſtoria eius vitæ, quæ habetur in Menologio Græcorum, Aprili menſe, die 22. De altero, in Dorotheo de ſeptuaginta duobus diſcipulis. Quæ cū ſint teſtimonia diuerſa nō oppoſita, ſimul vera eſſe poſſunt.

12 Sed obſtat primo, ꝙ Menologiū diſtinguat Clementē diſcipulum, & Epiſcopum Sardeon, à Clemente Pontifice. Dorotheus verò de diſcipulo agens, non dicat eum fuiſſe Pontificem, quare videtur alius Clemens fuiſſe. Verum reſponderi poteſt; Menologium, ac Dorotheū, ideò diſtinxiſſe Diſcipulum ab Epiſcopo, quia fidem præbuere vitæ conſcriptæ ex lib. Recognitionum, quæ tradebat Clementem, non fuiſſe Diſcipulum, ſed à Barnaba, Romę prędicante, fuiſſe ad Chriſtianam Religionem adductum. Itaque cum ea narratio falſa ſit, vt mox etiam oſtendemus, neceſſe eſt, ruere quicquid ei innititur. Cæterum non fuiſſe duos Clemētes Diſcipulos Chriſti probatur inde, quia nemo duos numerat, & quia vbi duo ſunt, alter, aliquo cognomine, notatur, vt Maior, vel Minor, vt quia ſunt duo Marci, alter Ioānes Marcus, alter Marcus Euangeliſta dicitur. Quare neceſſe eſt, fateri, vnum, Clementis nomine, fuiſſe Diſcipulum, eum verò, non aliū, quam Pontificem, quia iam probaui-

mus

mus de ipſo, eum Chriſti auditorem fuiſſe.

13 Neque opponi poteſt eum vocari auditorem Petri, & Pauli ab Ignatio, Epiſtola ad Mariã Caſſobolitem, & Irenæo lib. 3. cap. 3. cum ait, eum vidiſſe Apoſtolos; nam hic loquendi modus, non negat, illum etiam Chriſtum vidiſſe. Sic idem Ignatius Epiſt. ad Trallianos ait ita, Clementem, & Cletum miniſtraſſe Petro, ſicut Stephanũ Iacobo, & Linũ Paulo; atqui Steph. & Linus in LXXII. Diſcipulis numerantur, ergo etiã Clemens numerari debet.

14 Obſtat Secundo, quod Petrus in hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ Abdiæ tribuitur, dicat Clementem fuiſſe indiuiduum ipſius ſocium, quo fit, vt nõ potuerit eſſe Epiſcopus Sardeon, neque Sardicæ. Sed reſponderi poteſt, illud dictũ intelligi de vltimis diebus vitæ Petri. Nã certũ eſt, Clementem, eo tempore, quo Paulus ſcripſit Epiſtolam Ad Philipenſes, verſatum circa illam vrbem, Illa enim verba Pauli: *Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ*, de Clemente Pontifice intelligũtur à S. Epiphanio, & Euſebio, & ratione offitij Eccleſiaſtici.

15 Cur autẽ Apoſt. dederint Clemẽti hos Epiſcopatus dicemus, inſtinctu Spiritus ſancti factũ eſſe, ſed maxime ob has cauſas fieri potuiſſe. Quia Sardis erat caput Lidiæ, quæ ratio eadem, cũ Etruſca cẽlebatur, vt Etruſci apud Virgilium Lydi vocentur, cum ergo eſſet Clemens è monte Cœlio Etruſcæ originis, & Romæ dimidium Etruria cenſeatur, merito illi Epiſcopatus Sardeon attributus eſt.

16 Præterea, quod vnuſquiſque gentis ſuæ curam habere ſoleat, & à ſuis melius in ijs, quę ad Religionem pertinent edoceatur. Cũ autem Clemens Sardiniã, etiam tamquam Iudæus, aliquamdiu incoluiſſe videatur, hoc quoque potuit ad hunc Epiſcopatum ei conferendum eſſe adiumento. Ethnici enim cognationes gentium ſpectabãt, & his mouebantur ad fędera, & amicitias, vt cum Spartiatę amicitiam ſanxere cum Hebræis, tanquam filij Abrahæ. Sardiani autem, & Sardi non ſolum nomine, ſed, eadem, ex Hercule, ducta origine, iungebantur Sardi quidem à Sardo, Herculis filio, Sardiani autem à quodã nepote, de quo Herodotus lib. 1. qui tamen ex eodẽ nomine hãc vrbẽ denominauit; quare, & ipſi Sardi vocãtur. Sic Iberi in Aſia, & Hiſpania, Marſi in Italia, & Germania, Veneti in Italia, & Gallia, Galli in Gallia, & Græcia dicebantur.

17 Quod verò ait Dorotheus Clementem primum, ex Græcis, atque Ethnicis credidiſſe, alicui mirum videri poteſt, & aperte falſum. Scimus enim primum,

qui

qui ex Ethnicis crediderit fuiſſe Cornelium. Verum intelligendum eſt, primū ex Ethnicis Proſelytis,credidiſſe Clementem.

18 Quod vero hunc Græcum vocat, cum nomen Clementis Romanum ſit, & ipſe Romæ natus, cauſa hæc eſt. Arius Clemens,familia Græcus fuit. Marciū namq; Græci, Arium dicūt; Et Arij Clementis filia nupſit T. Flauio Sabino fratri Veſpaſiani,ex eoque matrimonio natus eſt T. Flauius Clemens Conſul,& Martyr. Clemens verò Pontifex, cum eſſet Fauſti filius, adoptatione in eandem Sabini familiam dictus eſt Clemens. Mos enim hic fuit, vt tertium nomen, ex matre duceretur. Sic Fauſtus dictus eſt, quia ex matre Cornelia Fauſta, Sillani generis,ortus eſt. Veſpaſianus,& Domitianus, ex matre Veſpaſia, & Domitia, Arius ergo Clemens, notus, hiſtoriæ Auguſtæ, Græci nominis fuit,& Conſulatum geſſit ante T. Flauium Clementem, ſub Domitiano. Hinc habemus eximiam laudem Clemētis Pontificis, quod fuerit primo genitus gētiū in Chriſto ante Corneliū, & cum alij plures inter LXXII. Diſcipulos fuerint proſelyti, ipsū omnium primum Chriſto adhęſiſſe. Quod cum quidam nō animaduertiſſent, cēſuere Dorothęi librum eſſe mendacem; qui diceret primum crediſiſſe Clementem,ex Græcis,Ethniciſque,ſicut Epænetus primitiuus Aſiæ, ſiue Achaiæ, Eunuchus Æthiopiæ, Cornelius omnium Ethnicorū, qui Hebraica Religione non fuiſſent prius initiati; ita T. Flauius, Fauſtus,Arius,Clemens, primus ex Ethnicis,qui Hebręis crediderunt,Chriſto credidit.

§. V.

19 QVinto quærendum eſt, an T. Flauius Clemens Conſul idem ſit cum Clemente Pontifice, qui geſſerit Conſulatum, ſimul cum Pontificatu? Nam illa,quę opponi poſſent haud difficile ſolui videntur. Primum, quod non potuerit ſimul eſſe Conſul, & Pontifex. Secundo, quod dicatur vxorem habuiſſe, & liberos. Tertio, quod dicatur obijſſe ſub Domitiano. Quarto,quod vocetur à Suetonio profundiſſimę inertiæ homo. Ad primum enim, diceremus, ſicut Gamaliel cū eſſet ex animo Chriſtianus, aliquandiu ſimulauit Iudaiſmum,& ſcholæ Iudaicæ præfuit, ita aliquid ſimile feciſſe Clementem. Ad ſecundum, coniugium fuiſſe ſimulatum,& liberos adoptiuos. Ad tertium mortem quoque fictam depræhendi. Ad quartum,ſtudium virtutis, & ſapientiæ,à Suetonio inertiam nominari. Contra videri, vnū eſſe Clementem. Nam primo nullū Martyrologiū meminit Clemētis

tis Martyris, & Conſulis Romani, ergo idem eſt cum Pontifice, alioqui non fuiſſet prætermiſſus. Secundo Papirius Maſſonus, in vita Clementis Papæ, hæc verba Eucherij refert. *Clemens vetuſta proſapia Senatorum, & ſtirpe Cæſarum, omni ſcientia refertus, omniumque liberalium artium peritiſſimus, ad hanc iuſtorum viam tranſijt. Itaque in ea excellenter floruit, vt Principi quoque Apoſtolorum ſucceſſor extiterit.* Quod ſi duo Clementes fuiſſent, duos laudaret Eucherius.

20 Tertio Dio in Domitiano, ait, *Flauium Clementem Conſulem, & ſi patruelis eius erat, duxeratq; vxorem Flauiam Domitillam propinquam ipſius, morte afficit, illato ambobus crimine* ἀθεότητος *quod Deos nõ colerent, cuius rei cauſa, multi, qui in mores Iudæorum tranſierant, damnati ſunt.* Quibus verbis perſecutio in Chriſtianos excitata deſcribitur, quæ primum Pontificem; Deinde cæteros afflixit. His ita, pro parte aduerſa, diſputatis, duos Clementes fuiſſe dicamus, Cõſulem alterum, alterum Pontificem, quod & Cardinalis Baronius ſecutus eſt in Notis ad Martyrologium, & alij; atque, vt res fiat manifeſtior Veſpaſiani Imperatoris familiæ ſtẽma proferamus.

21 *T. Flauius Petro Municeps Reatinus P. vxor videtur Sabinum cognomen habuiſſe, Secundam vero fuiſſe à Cornelijs Fauſtis Syllanis.*

T. Flauius Sabinus Publicanus.	*T. Flauius Fauſtus*
Vxor Veſpaſia Polla	*Vxor Matidia*
	Clemens adoptatus, & à Paris nepote.
	Fauſtus qui, et Fauſtianus, qui Aquila Niceta.
T. Flauius Sabinus	*T. Flauius Veſpaſianus Imperator*
Vxor Aria, Arij Clementis filia	*Vxor Domitia.*
T. Flauius Clemens Conſul.	*Titus Imperator Domitianus Imperator.*
Vxor Flauia Damitilla.	*T. Flauius Clemens Fauſtinianus*
Veſpaſianus, & Domitianus filij à Domitiano adoptati.	*Pontifex Maximus, Martyr, adoptiuus Sabini, filius Fauſti.*

22 Ad ea verò, quibus oſtendebatur idẽ eſſe Clemens Pontifex, & Conſul; dicendum. Ad primum Clementem Conſulem in Martyrologio non recenſeri, quia licet eum Dio mortuum dicat, reuera tamen non obijt, ſed necem euaſit, & in Lotharingiam abijt,

ibique

ibique fuit Epiſcopus Metenſis. Hoc enim habent acta illius Eccleſiæ, ex quibus Vincencius Belluacenſis in ſpeculo. Cæterum Clementis Conſulis meminere Martyrologia, ſub nomine Epiſcopi Metenſis, ac potiſſimũ Adonis. Ad ſecundum, Clementem Conſulem ab Eucherio non recenſeri, quia diu Chriſtianiſmũ Romæ ocultauit, neque Conſulatum gerere potuiſſet, niſi diſſimulata Religione Chriſtiana, Conſules enim publicè, Dijs immolabant. Ad tertium, Dionem loqui de Clemente Conſule, qui cum effugiſſet mortem, atque Epiſcopus Metenſis factus eſſet, mortem obijt Metis, & ibidem ſepultus eſt, ac poſt multos annos eius corpus inuentum atque trãſlatum, refert in Cronico Sigebertus, eius quoque anni ſedes, non patiuntur, nos cogitare eundem eſſe Clementem Pontificem, atque Conſulem, itaque hęc omnino excluditur cogitatio.

§. VI.

22 SExto quærendum eſt, qua ratione potuerit S. Clemens Epiſcopus eſſe Sardiniæ, quoue id tempore eueniſſe credatur; id enim tradunt Petrus Subertus, Ioannes de Capuis, Frãciſcus Samerinus, Dionyſius Bonfant, Seraphinus Eſquirro, Iacobus Pinto, & pręterea Eccleſiaſtica traditio Eccleſiæ Calaritanæ, quæ diẽ feſtum S. Clementis ſolet velut proprij Epiſcopi feſtum diem colere, & hunc ſuæ fidei authorem celebrare. Nam id certum eſt primo, eum Sardeon, & etiam Sardicę Epiſcopũ fuiſſe (ſi vera eſt opinio fuiſſe Epiſcopatum in Sardica Thraciæ) de quo inferius cap. 17. Poſtea Petri peregrinationis ſocium. Atqui Petrus Roma peregrinatus eſt in Occidentem, quare cõſentaneum eſt, Clementem, cum ipſo id iter ſuſcepiſſe. Iam quæramus, quæ ratio fuerit, cur Clemens à B. Petro deſtinatus Pontificiæ dignitatis ſucceſſor, id munus nõ ſuſceperit, ſed eius loco, Linus, & Cletus ſederint.

23 Cauſa ergo expreſſe videtur, quia Clemens interea Apoſtolicę ſollicitudini operam dedit, & Sinagogam Hebraicam ad Chriſtum adducere ſtuduit. De eo enim tradit hiſtoria mortis ipſius incerto auctore, inter antiquas relata tom. 1. hiſtoriæ Chriſtianæ, ipſum dicere ſolitum, Hebręos, qui in Chriſtum credidiſſent, præſtare cæteris omnibus Chriſtianis. Nam illã gentem ab initio Deum elegiſſe. Iam verò, cum Synagoga Romana in Sardiniã tranſlata fuiſſet, merito Clemens operã dabat, vt illic Religio Chriſtiana inciperet, & conſtabiliretur. Sicut Romanum Epiſcopum decebat. Nam, & Petrus propriè Apoſtolus circumciſionis fuit,

Paulus verò Gentium Doctor, ſicut ipſe ait, *qui cooperatus eſt Petro in Apoſtolatu cooperatus eſt, & mihi inter gentes.* Vt mirum non ſit, Linum Pauli ſectatorē, Romæ Ethnicis iuuandis operam dediſſe, Clementem autem Petri aſſeclā, in Sardinia Iudæis maximè profuiſſe. Clementem autem Lino, Cletoque defunctis, Romam veniſſe, ac ſedem ſuam tenuiſſe, certum eſt.

Soluitur Obiectio. §. *VII.*

24 SVpereſt, vt ea obiectio diluatur, quæ aduerſus ea, quæ dicta ſunt, ait à Barnaba Chriſtianam Religionem Romæ audiſſe Clementem. Sed libros Clementis, nullos huius argumenti certos habemus, Nam Gelaſius Papa commemorat itinerariū Petri, & Pauli, tamquam ab eo ſcriptū circumferri, & apocriphum eſſe. Photius autem in Bibliotheca duplices recognitionū libros agnoſcit, & in epiſtola quadam, ipſius Clementis nomine, recognitionum libri, ab his, qui nunc extant diuerſi deſcribuntur. Quare probabile eſt, hos, qui extant, eſſe vitiatos additionibus, ac detractationibus, atque inter cætera, narrationem illam, qua Clemens dicitur ad prædicationem Barnabę crediſſe apocripham eſſe, atque addititiam. Primo quia Barnabæ peregrinationes in actibus Apoſtolorum deſcribuntur; neque vlla eſt in ijs mentio Romanæ, quam præ cetæris commemoratam opportuit. Secūdo, quia conſtat Petrum Romam veniſſe anno ſecūdo Claudij, vel ergo Barnabas prius, vel poſtea Romam veniſſe dicetur. Si prius, vt quidā dicunt, Petrum anno 45. Chriſti; Barnabā verò anno ante veniſſe, id minime credi patitur ſocietas ipſius cum Paulo, à quo nūquam diſceſſit, vt traditur in actibus Apoſtolorum. Si poſtea, Claudio arcente Iudæos, ſub eius Imperio id eſſe non potuit. Sub Nerone autem, ſero veniſſet ad rem Clementis, quem multo ante notum in Eccleſia fuiſſe, & cum Paulo in Oriente laboraſſe ex epiſt. illa ad Philippenſes, manifeſtum eſt. Tertio quia nemo Apoſtolorum, aut Diſcipulorum proficiſcebatur ſuo arbitratu, ſed Spiritus ſancti inſtinctu. Atqui Spiritus ſanctus Romam Petro reſeruabat. Sic S. Leo ait. Sermone de Sāctis Apoſtolis, *Cum duodecim Apoſtoli accepta per Spiritum ſanctum, omniū locutione linguarum, imbuendum Euangelio mundum, diſtributis ſibi terrarum partibus, ſuſcepiſſēt, B. Petrus ad arcē Romani deſtinatur Imp.*

Solutio obiectionum capitis præcedentis.
Cap. VII.

1 EX dictis in præcedenti capite facilis eſt ſolutio obiectio-

ctionum aduerſariorum in principio illius latarum. Nam ad primam reſpondetur primo Bellar. & Baron. non ſimpliciter damnare Synopſim Dorothei, ſiue is ſit Tirius, ſiuè alius, ſed ſolum, quia continet multas fabulas, vnde Synopſis in ea parte, quæ non detegitur fabuloſa, ſed iuſtificatur ex alijs, damnari non debet. Alioquin reijciendus eſſet etiam Methafraſtes, Io. Chriſoſtomus, Auguſtinus, ne dicam innumeri alij, quia aliqua falſa ſaltim in rebus facti docuerunt; Cæterum fuiſſe eum virum Sanctum, & hanc Synopſim doctiſſimè confeciſſe teſtatur Guillelmus Spirēſis inſignis Eccleſiæ hiſtoricus in Cathalogo teſtiū veritatis ad annum 307. de eodem tamquam de Martyre meminit Sixtus Senen. lib. 4. Bibliot. Sanctæ 17. lib. 5. annot. 12. Volaterran. lib. 15. Anthropol. eumdem eruditiſſimum, Græcè, & Hæbraicé Doctum laudat, citatque idem Volater. Euſebium, qui puer ab ipſo Sacras litteras didicit. Et in indiuiduo eius Synopſim magna ex parte probarunt, & ſecuti ſunt Petrus Subertus, Ioannes de Capuis, Primus Cabilonenſis Epiſcopus, & Franciſcus Samerinus locis citatis, Petrus de Natalibus de Sanctis in menſe Iulij fol. mihi 78. lit. B. Stephanus Luſignanus, lib. de Viris Illuſtribus, imò, & Cardinalis Toletus in explanatione ſuper caput 10. Lucæ, dum circa nomina 70. diſcipulorum lectorem ad Dorotheū remittit. Genebrardus lib. 3. Chronologię pag. 376. & quod magis eſt ipſemet Baronius plurimis in locis Dorotheum citat, eiuſq; Synopſi, plura confirmat, vt in notis Martyrologij Romani 10. Kalendas Maij loquens de Apelle, & Lucio, qui fuerunt ex primis diſcipulis Chriſti, hoc cōfirmat ex Synopſi Dorothei pag. mihi 197. col. 1. & to. 1. annal. pag. mihi 750. refert ex Dorotheo in Synopſi tonitrua, fulgores, & alia, quæ præceſſerunt, quando D. Ioannes compoſuit Euangelium.

2 Addo fundamenta Bellarminij facilem habere ſolutionem, in his, quæ obijcit contra Synopſim Dorothei; nam neque omnes, qui nominati ſunt in Epiſtolis Pauli facit diſcipulos Chriſti, & plures ex contentis in Cathalogo, non nominantur in eis; nec mirum, ſi faciat plures ex illis Epiſcopos, tum quia hoc videtur neceſſariū fuiſſe, cum fuerint primi coadiutores Apoſtolorum, & magiſtri Euangelij: cùm etiā, quia Baron. tom. 1. pag. mihi 359. lit. A. vbi nominat eos Diſcipulos Chriſti, qui D. Petrum fuerunt comitati, & qui miſſi fuerunt ab eo in Prouincias Occidentales anno 46. omnes ait à D. Petro fuiſſe inſtitutos Epiſcopos, ibi. *Habuit à Petro inſtitutos Epiſcopos, Sicilia, Pan-*

cratium, Martianum, &c. Capua, Priſcum; Neapolis Aſpren, &c. & ſic proſequitur de alijs.

3 Nec minus cõuincit Bellarm. inter diſcipulos Synopſis, numerari fœminas, & Ethnicos, nam primũ potuit accidere, vel æquiuocatione terminorum, vel errore Codicum. Secundum quia aliqui ex diſcipulis fuerunt Proſelyti, & natione Gentiles, vt de Clemente dictum eſt, & de Nicolao vno ex 7. primis Diaconis, & diſcipulo Chriſti, inferius dicemus, licet aliquis error potuerit in aliquo accidere, vt in Cæſare, nec mirum in monumentis tantę antiquitatis.

4 Secundo Reſpõdetur Petrum Subertum non eſſe merum relatorẽ Dorothei, ſed partim ex ipſo, partim ex alijs antiquis Codicibus hauſiſſe, vt conſtat ex illis verbis, *quantum potui in geſtis aliquibus antiquis reperire, hic exprimã.* Ex quo cõſtat Petrum Subertum, & ſi allegauerit Dorotheum, non ſe reſtrinxiſſe ſoli Dorotheo, ſed alijs ſcriptoribus antiquis per eũ viſis, vel relatis traditionibus, quinimò, vt apparet ex lectura, diſcordat in pluribus à Dorotheo nã Dorotheus inter alios ex 72. diſcipulis Chriſti refert Iacobum fratrem Domini, Titum, Timotheum, Silã, Ithachim, Aſynchirtum, Gaium, Olimpanr, Rodion, Tertium, Quartum, Cepham, Marcũ, Marcum, Aquilã, Priſcilam, Iunem, qui non referuntur à Suberto, è contra loco horum alij diuerſi referuntur à Suberto non relati à Dorotheo, & in noſtro caſu Dorotheus dicit, B. Clementem eſſe Epiſcopum Sardicę Thraciæ, quæ eſt Triadiza, cum Subertus dicat, Beatũ Clemẽtem fuiſſe Epiſcopum Sardiniæ, igitur falſum eſt, hoc à Dorotheo hauſiſſe; Subertum ſequti ſunt Ioannes de Capuis, & Franciſcus Samerinus, & quamuis omnes iſti in aliquibus nominibus videantur variaſſe, tamen in recenſendo Clementem, inter diſcipulos Chriſti, omnes concordant, & verum eſſe capite præcedenti demõſtratum eſt, quidquid in Clemente contradicat Bellarminius, cuius authoritas in hoc plene manet eneruata.

5 Noſtrorum autẽ Doctorum authoritas fulcitur Illuſtri teſtimonio Chronici Alexãdrini, vulgati à Græco in Larinum à Matheo Radero Societatis Ieſu, nam pag. mihi 509. referens 70. diſcipulos Chriſti, ponit 37. loco, Clementem, de quo ad Philippenſes; hoc Chronicon extat in Vaticano; & plurimum cõmendatur à Sigonio, Panuino, Silburgio, Caſaubono, alijſque eruditiſſimis viris, Surita, & Antonio Auguſtino relatis à Panuino, quos omnes citat Martinus Raderus; hoc etiã Chronicon eſſe omnino veridicum in aſſignandis nominibus diſci-

Diſcipulorum Chriſti, multa ſuadent.

6 Primo quia Deuiat à Dorotheo, vt pag. 507. notat in margine, idem Raderus. Secundum quia in Cathalogo huius Chronici deficiunt illa tria relata à Bellarm. quæ reddunt, eius calculo, Synopſim Dorothei fabuloſam, ſiquidem de nullo aſſerit fuiſſe Epiſcopum, inſuper neque aliquam mulierē ponit in hoc Cathalogo diſcipulorum, imò poſt numeratos omnes diſcipulos, & expleto numero eorū, facit mentionem Sanctarum mulierum, quę Apoſtolos, offitijs pietatis proſequtæ ſunt, quarum nomina refert his verbis; *Celebrantur etiam quædam Sanctæ Matronæ, quæ poſt Chriſti in Cœlum reditum, Apoſtolos comitatæ ſunt, quarum in epiſtolis, Paulus meminit, Phebe, Triphoſa, Euniſſe, Tymothei mater, Priſca, Perſis, Priſca, Maria, Iulia, Apia, Tryphena, Lois auia Timothei.* Deniq; quia in hoc Cathalogo, nullus ponitur Ethnicus, licet ponantur aliqui Gentiles, Fideles, & Proſelyti, vt de Clemente dictum eſt, & conſtat de Nicolao vno ex ſeptem Diaconis, quem fuiſſe ex 70. Diſcipulis Chriſti teſtatur Baron. cum communi ſententia, ex Epiphanio tom. 1. pag. mihi 136.

7 Sed præcipue Fulcitur authoritate Menologij Græcorum ex Bibliotheca, & interpretatione Cardinalis Sirleti, è manuſcripto in lucem edito, & notis Illuſtrato ab Henrico Caniſio, Nouio Mago Iuris Conſulto, quod habetur in fine 2. tom. antiquarum lectionū citati auctoris Ingolſtadij anno 1602. & habetur in Bibliotheca S. Auguſtini Romæ, ſub die 22. Aprilis, ſic habet. *eodem die SS. Apoſtolorum* (hoc etiā nomine diſcipulos Chriſti vocāt) *Ex 70. Apellis, Lucæ, & Clemētis, hic Apelles non Heraclea, fuit Epiſcopus, ſed Smirnæ; Lucas autem non fuit ille, qui ſcripſit actus Apoſtolorū, ſed Epiſcopus* Laodiceæ *Syriæ; Clemēs vero, qui ex gentibus ad fidem conuerſus, factus eſt Epiſcopus Sardorū.* De authoritate huius Menologij in fine illius, refert Henricus Caniſius ſe tamquam theſaurum ab ab Andrea Scoto Societatis Ieſu accepiſſe, & contuliſſe, non ſolum cum Menæis magnis, ſed cū Tipico Sabæ, cū Orologio, Euchologio, Anthologio, Triodio, & Paraclaticæ Græcorum, cumque his Græcorum faſtis, quos Genebrardus præmiſit, Comentario ſuo in Pſalmos. Et quod magis eſt Cardinalis Baronius, hoc ipſummet Menologiū à Cardinali Sirleto habuiſſe, ab ipſo latinitate donatum, refert in notis ad Martyrologium pag. 12. colum. 2. lit. H. & velut ingentem theſaurum poſſediſſe, monetque lectorem, vt recordetur, cum in ſuis notis Martyrologij Romani allegatur Me-

Menologium, ſe de eo ſemper intelligere, quod ſæpiſſime facit.

8 Ad ſecũdum patet Reſponſio ex dictis capite præterito, ſcilicet aſſerendo D. Clementem fuiſſe Proſelytum, quo, eneruata manet vis illius obiectionis. Addo illud principium, quod aſſumit tanquam de fide certum, quod Baptiſmus, & porta Eccleſiæ patefacta fuit, primo Gentilibus à D. Petro, quando Cornelium Centurionem Baptizauit, verum eſſe, palam, & in communi, non autẽ ex ſpeciali fauore, & miſericordia Dei, cum aliquibus particularibus, vt de aliquibus Samaritanis, & Gentilibus, ab ipſomet Chriſto vocatis cõſtat, videlicet de Centurione, Cananea, Samaritana, & alijs, quos à Chriſto Domino cõuerſos Baptizatos fuiſſe, vbi primum Baptiſmi Sacramẽtum inſtituit, probabiliſſimum eſt. Et confirmatur exemplo Eunuchi Reginę Cãdacis Baptizati à Philippo, de quo, fit mentio c. 8. actuum Apoſt. qui Baptiſmus fuit anterior Baptiſmo Cornelij Centurionis, de quo fit mentio cap. 10. eorumdem actuum; hũc autem Eunuchum fuiſſe Gentilem Religione, ſentiunt Beda, Gloſa ordinaria interlinealis, Vgo, & Caietanus, liranus probabilem dicit, & fauent omnes, qui ipſum vocant, in Eccleſia primitias gentium, vt præter citatos, Euſeb. 2. hiſt cap. 1. Chron. Alexand. pag. 543. Niceph. 2. hiſt. cap. 6. Arator lib. 1. carminum in actis; hunc Eunuchũ fuiſſe Gentilem Religione docuerũt etiam D. Tho. in Io. cap. 12. lec. 4. & Maldonatus in Ioan. nu. 9. Tolet. S. Ianſenius, cõcordan. Euangelicarum cap. 3. Ioan. Arboreus, Claudius Gillandus, & Albert. Magnus, quos omnes citat, & ſequitur Lorino in cõment. ſuper prædictum cap. actuum Apoſt. verſ. 27. pag. mihi 378. lit. D. cõtra Baron. Bellarm. & alios, qui eum Proſelytum affirmarunt; quod neque euincitũr ex eo, quod proficiſcebatur ad Templũ Hieroſolimitanum, nam Templum illud etiam à Gentilibus celebrabatur, vt conſtat Ioan. 12. & Machabęorum 2. cap. 2. & Eſdrę lib. 1. cap. 1. 5. & 6. neque ex eo, quod Eunuchus legebat Iſaiam, potuit enim hoc fieri, vel curioſe, vel ſtudioſe; conſtat enim Sacram Scripturam iuſſu Ptolomei Gentilis, fuiſſe redditam ex Hebraico in Græcum, & Poetas, & hiſtoricos Gentiles, multa à Sacris literis hauſiſſe.

9 Ad tertium Reſpondetur recognitiones, ſiuè itinerarium S. Clementis, vel circuitus Petri, à Gelaſio Papa inter apochripha in concil. Romano numerari, & ab earum lectione eſſe abſtinendũ cordatis, docet Binius in notis ad vitam Clementis tom. 1. Conc. impreſ. Colon. f. 25. cum

Baron.Bellarm.& alijs,& ita contra noſtram opinionẽ, nihil habet authoritatis.

10 Ad quartum Reſpondetur nihil concludere, quod Baron. non nominet Clementem cum diſcipulis, qui venerunt Romam cum S. Petro, & miſit ad Prouintias Occidentales, Africã, Hiſpaniam, Galliam, & Inſulas adiacentes, inter quas eſt Sardinia, Italiæ vicina, tum quia per hoc nõ excluditur, quin Clemens non venerit Romam cum D. Petro, cuius familiarem, & auditorem fuiſſe, refert Niceph. Hiſtor. Eccleſ. lib. 3. cap. 18. & alij plures, tum etiam quia Baron. in loco ex aduersò citato, addit hæc verba, *Multa his ſcimus addenda fuiſſe de compluribus alijs, qui à Petro dicuntur miſſi Diſcipuli, ſed temperantius agimus, conſultius exiſtimãtes, ex multis pauca referre, quam multa incerta, ac nobis nõ explorata coadceruare.* Certè à Baronio non fuiſſe nominatum Clementem, ſolum arguit, hoc ſibi exploratum non fuiſſe; quia ignorauit traditionẽ Eccleſiæ Calaritanæ, & forſan non vidit authores hoc affirmantes.

11 Et eodem modo reſpondendũ eſt, quãdo dicitur nullum authorum, qui ſcripſerũt vitas Pontificum hoc tradidiſſe. Reſpondetur enim contra hoc argumentũ negatiuum, præpõderare authoritatem authorum, quos pro noſtra opinione adduximus, ſimul cum traditione Eccleſiæ Calaritanæ, quæ ſunt argumenta poſitiua affirmantia, maximè in Monumentis antiquiſſimis, in quibus iniuria temporum, multa è memoria hominum, & ſcriptorum Eccleſiaſticorũ exciderunt, vt patet inter alia exempla, in eo quod adducitur à Baronio tomo 1. pag. mihi 742. de Clemente Patruele Domitiani, Romano Conſule, cuius filios, etiam paruulos ſucceſſores ſuos in Imperio deſtinauerat Imperator, vbi ex Suetonio narrat, à Domitiano interemptum, & pag. 744. eiuſdem tom. ait, *euenisse iniuria temporũ, vt nulla in Martyrologio, & antiquis monumentis huius inclyti martyris mentio habeatur, factumq́ eſſe, vt ſi qua, eiuſdem Clementis nobiliſſimi martyris, memoria reliqua eſſet, poſt noſtrarum ſcripturarum (Diocletiani tempore) facta naufragia, omnes, Clementem Romanum Pontificem, mente concipientes, vnũ, eundemq́ nominibus confuſis, atque perſonis, Clementem Pontificem eſſe exiſtimarent.*

12 Sed cur alia quærenda ſunt exempla, cum Euangeliſta Ioannes apertè dicat cap. 21. de Chriſti operibus, & ſignis, multa fuiſſe omiſſa, & non ſcripta: Lucas etiã Euangeliſta omiſerit multa in Actis Apoſtolorum, quæ tamen tota Eccleſia recipit facta fuiſſe, qđ erudite demonſtrat Melchior Inchofer in lib. coniectationis, de

epiſto. B. Virginis ad Meſſanen. quid mirum ſi de Clemente PP. non omnia ſcripta, apud hiſtoricos, inueniantur, quæ inſtantia, etiã in geſtis B. Virginis, & aliorũ fieri poteſt. Idem in noſtro caſu dicendum eſt, & præcipuè de antiquis monumentis Eccleſię Calaritanę, circa D. Clemẽtem, quæ & Vandalorum, & Sarracenorũ vaſtationibus, & antiquorum incuria, & combuſtione archiui Calaritani, omninò exciderunt, ſola immemorabili traditione, illius Eccleſiæ ſuperſtite: Neque eſt veriſimile, D. Petrum miſiſſe diſcipulos in Siciliam, Africam, Hiſpaniam, Galliã, & ad Inſulas occiduas adiacentes, & non miſiſſe in Sardiniam, Inſulam occiduã, Romæ vicinam, magnitudine Siciliæ, non ſecundam, omnibus alijs maiorem, in quam, per ſpeciem inſectandorum latronum, tot millia Hebræorum à Tiberio (teſte Suetonio, Tacito, & Ioſepho) fuerunt exulati, vt in precedenti capite notauimus.

13 Ad quintum reſpondetur, admittentes ex authoritate Pauli ad Philipenſes, D. Clementem laboraſſe in plaga Orientali. Addimus tamen, hoc non impedire, quo minus, vel ante, vel poſt illud tempus, in Occidentali quoque plaga, Euãgeliũ Chriſti prædicarit, atque reliquorum Apoſtolorum more, Eccleſias fundarit. Nam primo conſtat D. Paulum epiſtolam ad Philipen. ſcripſiſſe anno Chriſti 60. vt docet Cardinalis Baronius ad dictum annũ, num. 11. cum iam D. Petrus 15. annis anteà, Romam veniſſet, teſte eodem Baronio ad annũ 45. num. 1. quo tempore S. Clementem, vnà cum ipſo Romam cõmigraſſe ex eo credendum eſt, ꝙ S. Ignatius in epiſt. ad Trallenſes, & Athanaſius in diſputatione cõtra Arium, in Synodo Nicena, aſſerit Clementem Petri Diaconũ, & aſſeclam fuiſſe: Nicephorus autem lib. 2. cap. 35. Clementem, poſtquam ſe ad S. Petrũ applicuiſſet, orbem terrarum, vnà cum eo, peragraſſe, & Chriſtum prędicaſſe refert, & Ciaconius in eius vita, ipsũ ex Diacono, Preſbyterum, mox Epiſcopum à Sãcto Petro ordinatum, eidemque perpetuum Comitem adhæſiſſe ſcribit. Cum verò ſequenti anno 46. S. Petrus diſcipulos ſuos in diuerſas Prouincias amandarit, ad fidem chriſtianam propagandã, & Eccleſias conſtituendas, vt Baron. ad eundem annum docet, num. 1. & 2. & cum in Sardiniã quoque tunc miſiſſe, ex irrefragabili Innocentij I. teſtimonio, ibidem à Baronio producto, conſtet, dum per Italiã, Gallias, Hiſpanias, Africam, & Siciliam, Inſulaſque interiacentes, Eccleſias ab eo conſtitutas ſcribit, nulla ſanè cauſa, aut probabilis ratio eſſe videtur, cur nõ, & S. Clementem

in Sardiniam ab eo tũc miſſum, Eccleſiæ ibidem fundamenta ieciſſe, cum Suberto, alijs auctoribus, & traditione antiqua, & confirmata Eccleſiæ Sardoæ concedamus, præſertim cum Cardinalis Baronius, eo ipſo loco, multarum Eccleſiarum origines, per extremas Galliæ, & Belgiæ oras admittat, quæ, multo debiliori fundamento ſubnixa videntur.

14 Et ſi, totis hiſce quindecim annis Clementem in Oriente laboraſſe concederemus, quod tamen rationibus euincere aduerſarij, nullo modo poſſunt, quid impedit, quo minus ſaltem, poſt dictũ annum 60. quo Paulũ ad Philippenſes, ſcripſiſſe, & Clementem Romam deinde commigraſſe, indubitato conſtat, ipſum ad Sardiniam acceſſiſſe credamus, cum à dicto anno 60. vſque ad annum 93. quo ipſe Pontificatum inijt, 33. annorum ſpatium interceſſerit, vt ex Baronij ſupputatione conſtat, qui S. Clemẽtis ſtudium in Occidẽtali Eccleſia propaganda, non ſemel laudat, vt videre eſt, ex exemplis ab ipſo adductis ad annum 95. num. 7. & ad annum 98. num. 22. & 23.

15 Addimus denique, & hoc, Sanctũ Clemẽtem in Sardinia fuiſſe, & eius Eccleſiæ aliquandiu præfuiſſe, non Calaritanis ſolum, ſed, & cæteris Sardiniæ incolis, traditione certum, perſuaſumque eſſe, vt etiam aduerſarijs noſtris confeſſionem extorſerit. Nam Pater Iacobus Pinto Saſſarenſis Societatis Ieſu tom. 1. de Chriſto Crucifixo lib. 3. tit. 4. loco. 12. pag. 439. nu. 19. hæc habet. *Ego verò diſcipulũ hunc Eccleſiæ Sardoæ Præfectum, Clementem quidem puto,* & paulo inferius, *noſter igitur Clemẽs, in Sardiniæ Inſula, ſatis notus, & Eccleſiæ Sardoæ aliquãdiu præfectus, ſubſtitutis deinde, totaque Inſula, ſparſis diſcipulis Euangelij miniſtris, vtrique Apoſtolorum Principi, pleriſque in locis adfuit, & miniſtrauit, præſertim verò Romæ prædicanti, & patienti,* & Ioannes Franciſcus Fara Saſſarenſis Archipresbyter, D. Petrum Apoſtolum, qui totum Occidentem, vt ex Nicephoro retulit, prædicando peragrauit, in Sardinia Chriſti Euangelium diſſeminaſſe credit, qui etiam, ex eodem Nicephoro (quem in hoc ſequitur) tenetur aſſerere, D. Clementem, ei tunc Comitem fuiſſe, cum ex Nicephoro, cit. lib. 2. cap. 35. Clementem, poſt quam ſe ad Petrum applicuiſſet, orbem terrarum, vnà cum eo peragraſſe, & Chriſtum prædicaſſe, habeamus.

Calaritanam non ſolum eſſe primam ſedem antiquitate, & dignitate Vrbis Metropolis; ſed etiam vera dignitate Metropolitica, & Archiepiſcopali inter omnes Sardiniæ. §. I.

1 NON ſolum antiquitate ſedis; ſed etiam dignitate

primæ Metropolis Sardiniæ, Calaritanã ſedem cunctis alijs Regni præcedere, probatur ſequentibus auctoritatibus. Prima eſt D. Athanaſij in epiſt. ad ſolitar. tom. 1. vbi ait. *Lucifer Metropolitanus Epiſcopus Sardiniæ*, & in fragmẽto Apologiæ contra Arianos, quæ refertur à Theodoreto in ſua hiſt. in fine operum S. Athanaſij tom. 2. Et in vita illius ſcripta à diuerſis Autoribus, vocat S. Luciferum Archiepiſcopum Calaritanum, *Metropolitanum Inſularum Sardiniæ*. Idem ſcripſit Caſſiodor. qui in ſua hiſtoria Tripartita cap. 16. vocat B. Luciferum *Metropolitanum Inſularum Sardiniæ*, quem Theodorit. lib. 3. cap. 4. vocat *paſtorem Sardiniæ Inſulæ*. At B. Lucifer floruit anno 350. ergo in illo tempore, iam ſedes Calaritana erat Metropolis Sardiniæ.

2 Ad hoc teſtimonium tam celebre, & antiquum D. Athanaſij, reſpondent contrarij D. Athanaſium loquutum fuiſſe, more Græcorum, apud quos tunc terminus Metropolitæ vſitatus erat, non veró, eo quod exiſtimaret, D. Luciferum Archiepiſcopum Calaritanum veré eſſe Metropolitã, quia hoc nomen Metropolitæ, ſiuè Archiepiſcopi, vt conſtat ex Baronio, & alijs Scriptoribus Eccleſiaſticis, eſt recens in Occidẽte nõ vſurpatum, nec auditum primis ſæculis Eccleſiæ.

3 Sed hæc reſponſio nullius eſt momẽti: nam, vel loquũtur de re & dignitate ſignificata nomine Metropolitico, vel de nomine ipſo; ſi primo modo ſumatur, nullo modo negari poteſt, hanc dignitatem à primis ſæculis extitiſſe in Occidente, alias defuiſſet in eo vera Hierarchia Eccleſiaſtica, quæ requirit, vt in vnaquaque Prouincia, detur vna prima ſedes, & Summus Epiſcopus, caput aliorũ, ad quem ab alijs prouocetur; in cuius rei confirmationem, idẽ Baronius ad annum 314. loquens de concilio primo Arelatenſi, ait, præcipuos Metropolitanos Prouinciarũ Occidentalium, fuiſſe à Conſtantino Magno ad illud euocatos. Idem teſtatur Epiſtola Conſtantini ad Creſtum Siracuſanum, ex qua cõſtat tunc fuiſſe Epiſcopos primæ, & ſecundæ ſedis, ideſt Metropolitanos, & Suffraganeos; idẽ euincitur ex antiquis concilijs, pręcipue Niceno primo, in quo ex Prouincia Myſię Occidentali, ſubſcripſit Piſtus Metropolitanus, & ex Epiſtolis Summorum Pontificum, præcipuè Fœlicis Secũdi, Zozimi, Agapiti, & aliorum, de quibus in primo tomo conciliorum, & vitis horum Põtificum. Hac igitur dignitate, teſtatus fuit D. Athanaſius, præfulſiſſe D. Luciferum Archiepiſcopum Calaritanum, eſtò nomẽ Metropolitæ in Occidente non fuiſſet tunc vſurpatũ, alias ignorantiæ notam, iſta reſ-

póſio inureret Diuo Athanaſio tanto Eccleſiæ Doctori tribuenti nomen Metropolitani, Epiſcopo non habenti talem dignitatem; cum nõ ſolum ex Athanaſio, ſed ex Theodoreto,& alijs relatis cõſtet, B. Luciferũ fuiſſe paſtorem vniuerſalem,ſiue (vt Theodoreti verbis vtamur) ſortitum eſſe adminiſtrationem Inſulæ Sardiniç.

4 Addo falſum eſſe nomen Metropolitani, & Archiepiſcopi eſſe recens in Occidente;eſt enim antiquum, & vſitatum à primis ſæculis;quamuis enim modeſtiæ,& humilitatis cauſa, non fuerint ſemper vſi his nominibus, ipſi Metropolitani, qui ſolo nomine Epiſcopi multoties contenti fuerũt, vt patet ex ſubſcriptionibus antiquorum conciliorum, tamen ab alijs hoc nomen fuit illis antiquitus ſæpé tributum. Huius plura exempla, & inſtãtias attulimus lib. 1. defenſionis Sanctitatis B.Luciferi par.4.cap.43.nu. 5. quibus adde,locum relatũ Cõcilij Niceni 1. in quo ſubſcripſit Piſtus Metropolitanus pro Prouincia Myſiæ, quæ eſt Occidentalis. Itẽ epiſtolas Zozimi ad Archiepiſcopum Arelate: ſem, & Agapiti, ad Reparatũ Archiepiſcopum Carthaginenſem, in quibus Metropolitani titulis,illos exornant. Item Concilium Matiſconenſe Gallicanum, apud Sirmondum, tempore Pelagij Papæ anteceſſoris D. Gregorij Magni, coactum;vbi inter alia fuit decretum Canone 6. ibi, *Archiepiſcopus ſine Pallio Miſſas dicere non præſumat*, ſic paſſim plura in antiquis monimentis reperiuntur,quę videri poſſunt in citato capite primi libri, quæ iterum non repetimus,ne moroſi ſimus;hoc ſolùm iterũ geminamus in hac reſponſione,Turritanum oblitum fuiſſe ficti codicis fundationis ſuæ Eccleſiæ S. Gauini,dicti Fundague, in quo habetur, Epiſcopũ Turritanum à die illius Cõſecrationis, Archiepiſcopi ſumpſiſſe nomenclaturam, quam etiam ibi (licet falſo) etiam Epiſcopo Piſano detulit;cum enim aſſerat hoc contigiſſe anno 517. neceſſario fatetur dignitatem, & nomen Archiepiſcopi in Occidente, imò,& in ſuamet Eccleſia non nouum, & recẽs eſſe,ſed antiquum, atque adeò contraria, & repugnantia, docet. Imò,quod magis aduertere debuiſſet,ipſimetRomani Põtifices, in primis ſæculis, Archiepiſcopi ſumpſerũt ſæpe nomenclaturam.Sic Sixtus I. anno 132. in Epiſtola decretali ad omnes Chriſti fideles, nuncupatur Romanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus. Sic Teleſphorus, anno 142. in prima decretali vocatur Romanæ Vrbis Archiepiſcopus. Sic Pius I. anno 158. in prima,& ſecũda decretali, appellatur Archiepiſcopus. Sic Soter ann. 175.eodem vſus fuit titulo Archiopiſcopi,

pi, in prima decretali, & eodem nomine vſi fuerunt, Victor anno 194. in prima, & ſecunda decretali, Zephirinus, anno 203. in prima, & ſecũda decretali; & Calixtus anno 221. in prima decretali. Quæ ſicut, & alia videri poſſunt in primo tomo Cõciliorum. Hæc autẽ omnia, adeò nota ſunt, vt mirer Baronium à contrarijs citatum anno 595. & 692. contrarium affirmaſſe, ductum inter alia, authoritate tertij cõcilij Carthaginẽſis, quam refert tom. 8. ad annum 692. fol. mihi 674. num. 16. in quo, Canone ſancito, vetitum fuit, ne quis diceretur in Africa Archiepiſcopus; nã hæc lex nõ reſpicit alias Prouincias Occidentis, reſpectu quarum, ex citatis autoritatibus conſtat, nomen Archiepiſcopi, & Metropolitani in Occidente, non recens, ſed à primis ſæculis antiquiſſimum eſſe.

5 Quod ſi aliquis vrgeat, Sardiniam fuiſſe vnam ex Prouincijs Africæ l. 1. C. de off præfect. prætor. Africæ; atque adeò comprehenſam ſub illa lege, & Concilio Cartaginenſi. Reſpondetur, Sardiniam fuiſſe de nouo agregatam Prouincijs Africæ, à Iuſtiniano Imperatore, poſt annum quingenteſimum, vt referunt Authores citandi cap. 31. vnde nullum eſt inconueniens, quod ſæculis antecedentibus, pręcipue tempore D. Athanaſij, & B. Luciferi, nomen Archiepiſcopi fuerit in Sardinia introductum, ſicut, & nomen Metropolitani, & in ea poſt Iuſtiniani tempora cõſeruatum, vt apparet, non ſolum ex epiſtolis D. Gregorij; ſed etiam ex Baronio anno 686. vbi Citonatũ appellat Archiepiſcopũ Calaritanũ. Et ex ſeptima Synodo generali celebrata an. 787. vbi Epifanius, tãquã Legatus Thomæ Archiepiſcopi Calaritani, ſubſcripſit.

6 Secũda autoritas in fauorẽ Calarit. eſt D. Greg. Magni, qui floruit an. 590. qui in epiſt. 47. lib. 1. ſcripta ad Honoratũ Diaconũ de oppoſitionibus Theodori Ducis Sardinię, vocat Ianuariũ Antiſtitẽ Calaritanũ, Metropolitanũ, in illis verbis. *Ianuarius ergo Metropoleos Calaris frater, & Coepiſcopus noſter, veniens huc in Romanã Ciuitatem, &c.*

7 Tertia eſt ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ, in qua Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus, in epiſt. illius concilij ſcripta ad Summum Põtificem, ſubſcripta à PP. illius Concilij, & habetur in prima parte tom. 3. concilior. Impreſ. Coloniæ anno 1618. pag. 205. ita ſubſcripſit. *Citonatus indignus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ, Calaritanæ Inſulæ Sardiniæ pro me, & Synodo, quæ ſub me eſt, ſimiliter ſubſcripſi*; Eodem prorſus modo, quo ſubſcripſerũt alij Metropolitæ illius concilij.

8 Ex quibus teſtimonijs expreſſis (vt ommittamus alia) quæ nullo

lo modo tergiuerſari poſſunt, cõſtat, Archiepiſcopum Calaritanũ à primis illis ſæculis iam fuiſſe Metropolitanum. At verò Turritanus, & Arborẽſis, ante annum 1000. nõ fuerunt facti Metropolitæ, & Archiepiſcopi, quouſque Piſani ſumma rerum in Sardinia potiti, eam in Iudices diuiſerunt; ex quibus Turritanus, & Arborenſis, eam dignitatem ſuis Vrbibus conſecuti ſunt: Nec in contrarium, teſtimonium autẽticum alicuius S. Patris, Concilij, aut hiſtoriæ antiquæ afferre poſſunt.

9 Nam Codex, quem afferunt Turritani, Sardoa lingua dictus Fundague; ideſt fundatio Templi S. Gauini, vbi dicitur, à die Conſecrationis illius Templi (quam aſſerit fuiſſe anno 517.) Epiſcopũm Turritanum, fuiſſe factum Archiepiſcopũ, nullius eſt autoritatis, & merè commentus; tùm quia nulla fulcitur autoritate, tùm etiam, quia færè in omnibus conuincitur falſitatis, contra omnes hiſtorias generales. Nam anno 517. non potuit Templum S. Gauini ædificari à Comita Iudice Turritano, vt ille ſupponit, tunc enim non erant Iudices in Sardinia, qui à Piſanis conſtituti ſunt anno 1050. quando ſumma rerum in ea potiti ſunt, vt conſtat ex hiſtorijs Reipublicæ Piſanæ, his verbis. *Facta fuit hæc diuiſio anno Domini 1050. ab Aldobrando Reinucio Cõſule Piſanorum cum poteſtate à Republica miſſo, ſingulas partes, ſingulis Iudicibus cõmendandi.* Quibus concordat Sigonius, Mayraldus, & alij Autores. Et cõfirmatur, quia nomẽ Iudicis pro Thetrarca, nũquam fuit vſurpatũ à Romanis, Vandalis, aut Sarracenis, qui ante Piſanum Sardiniam ocuparunt, vt conſtat ex omnibus hiſtorijs.

10 Secundo ille Codex conuincitur falſitatis; nam anno 517. Inſula Sardiniæ non erat ſub Imperio Romano, vt ille Codex aperte affirmat; etenim ab anno 471. vſque ad 530. Sardinia fuit à Vãdalis occupata, vt referunt Victor Vticen. lib. 1. de perſecut. Vandal. Franciſ. Balduin. à Fara cit. pag. 96. Procop. lib. 3. & 4 de Bello Vandal. Zonara, & Bergomen. à Fara cit. ibidem, & idem Fara pag. cit.

11 Tertio conuincitur falſitatis, quia in illa Conſecratione, ait ille Codex interfuiſſe Piſanum cum titulo Archiepiſcopi, quod eſt falſum, quia Piſanus poſt annum 1000. ab Vrbano II. fuit factus Archiepiſcopus, vt cõſtat ex productis à Piſano in hac lite, & ex omnibus hiſtorijs.

12 Quarto, quia inueriſimile eſt id, quod aſſerit ille Codex, ſcilicet ad petitionem Iudicis Turritani fuiſſe miſſum Cardinalẽ S. R. E. ad Canonizandum Turribus in Sardinia SS. MM. Gauinum, Protum, & Ianuarium: itemque ad

conſe-

conſecrandum Templum S. Gauini. Hoc videtur manifeſtè falſum; tum quia eo tempore Preſbyteri Cardinales Romani, inferioris ordinis erant, quam Epiſcopi, vt cõſtat ex hiſtorijs, & ſubſcriptionibus antiquorum Conciliorum. Tum etiam, quia canonizatio SS. præcipuè Martyrum fiebat ab Epiſcopis in ſuis Eccleſijs, poteſtate ad id delegata à Sede Apoſtolica, quæ hoc ſibi reſeruauit à 400. hinc fermè annis. Tum denique, quia ad conſecrationem illius Templi, ſatis erat Epiſcopus Turritanus, eſt enim hæc functio propria Epiſcopi, ad quam ſolam peragendam numquam in Eccleſia Dei fuit deſtinata delegatio Apoſtolica. Ex quibus, & alijs conſtat, illum Codicem dictum Fundague S. Gauini nullius eſſe authoritatis, imò manifeſtæ falſitatis.

13 Sed dato, & nullo modo conceſſo, quod ille Codex vera contineret, adhuc veriſſima manet noſtra propoſitio, ſcilicet Sedem Calaritanam eſſe primam, & antiquiorẽ Metropolim Sardiniæ: nam teſtimonia D. Athanaſij, & Tripartitæ euincunt, Sedem Calaritanam fuiſſe Metropoliticam, anno 350. quod ferè duobus ſæculis præcedit annum 517. in quo ille Codex fingit, Antiſtitem Turritanum fuiſſe primo factũ, & nuncupatũ Archiepiſcopũ.

14 Conſtat etiam manifeſtè toto tẽpore antecedenti ante erectionem Turritani in Archiepiſcopum, fuiſſe Epiſcopum Turritanum, ſuffraganeum Archiepiſcopi Calaritani, quia ſi primis illis ſæculis, ſaltim ante annũ 517. (vt ipſi volunt) Turritanus erat Epiſcopus, & Calaritanus Metropolita, ſiuè Archiepiſcopus, cum non eſſet alius Metropolita tunc temporis in Inſula Sardiniæ, vt eſt per ſe notum, neceſſariò Turritanus Epiſcopus erat Calaritani Metropolitæ Suffraganeus, idque manifeſtè deducitur ex duabus epiſtolis D. Gregorij, prima eſt octaua lib. 7. ad Innocentium Marinianum, Libertinum, Agatonem, & Victorem Epiſcopos Sardinię, quibus pręcipit, ne trãſmarina pętãt, ſine ſui Metropolitani licentia. Secunda eſt 59. lib. 1. in qua affirmat Marinianũ fuiſſe Epiſcopum Turritanum. Igitur Calaritanus erat Metropolitanus Epiſc. Turritani, quia non poterat eſſe alius Metropolitanus in Sardinia, cum Turritanus tũc eſſet Epiſcopus ſuffraganeus, & idem dicendum ſit de Arboreaſi, de quo plura inferius, cap. 33. num. 6. & ſeq.

§. II.

15 PRo vberiori huius explicatione, notãdum eſt antiquitus, vnamquamque Prouinciam vnum habuiſſe Metropolitanum

ſic Bo-

ſic Bonifacius Papa ad Epiſcopos Galliæ tom. 1. Concil. Gall. ait citans, his verbis, Canonem ſextæ Synodi Nicenæ. *Nulli etenim videtur incognita Synodi cõſtitutio Nicenæ, quæ ita præcipit per vnãquamque Prouinciam, ius Metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubiectas:* Et paulò inferius ſubdit. *Quod idcircò dicimus, vt aduertat charitas tua; adeò nos Canonum cautius præcepta ſeruare, vt ita conſtitutio quoque noſtra definiat; quatenus Metropolitani, ſui vnaquæque Prouincia in ordinibus, ordinationem ſemper expectet.* Vnius ergo Prouinciæ vnicus erat Metropolitanus.

16 Sardiniam verò vnicam fuiſſe Prouinciam, omnia concilia teſtãtur, præcipuè Arelat. primum vbi in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, ſic habetur. *Quintius, ſiuè Quintianus ex Prouincia Sardiniæ.* Non ſubſcripſit ex Prouincijs. Et ſexta Synodus generalis Cõſtantinopolitana, vbi in ſubſcriptionibus epiſtolę ad Pontificem, Citonatus ſubſcripſit, *pro me, & pro Synodo, quæ ſub me eſt;* non pro Synodis. Cathalogus etiam Epiſcoporum, Apud Sirmondum, diuidẽs omnem Africam in Prouincias, Sardiniam, vnam tantũ Prouinciam deſignauit; iſtius ergo vnius Prouinciæ, vnicus fuit antiquitus Metropolitanus, & hic fuit Calaritanus, vt probatum eſt.

17 Nec refert, quod in Concilio Arelaten. Mediolanenſis dicatur Epiſcopus Prouinciæ Italiæ, quæ claudit plures Prouincias, ſcilicet Romanam, Aquileienſem, Siculam, &c. Nam reſpondetur, in eo loco, ſtrictiori nomine Italiæ, ſolum intelligi Prouinciam Mediolanenſẽ, vt affirmãt Allerius pag. 724. Syrmondus in reſponſione ad Cauſidicum, Morin. in 1. Eccleſiaſt. exercitatione.

Calaritanam non ſolum eſſe primam ſedem Sardiniæ, antiquitate, & Metropoli, ſed etiam in ea eſſe verum Primatum inſtitutum à Beato Petro Apoſtolo, oſtenditur. Cap. VIII.

1 Quamuis ex dictis habeat fundatam ſuam intẽtionem Calaritanus, circa fundamentum Primatus, tamen ſola ordinatio B. Petri, & aliorum Summorum Pontificũ, non eſt, ſe ſola, ſufficiens ad inferendum in omnibus Ciuitatibus Primarijs Prouinciarum, in quibus fuit antiquior inſtitutio Sacræ Sedis, fuiſſe introductam obſeruationẽ illius, circa Primatũ, ſicut nec ſola promulgatio legis ſufficit, vt colligatur vbique recepta, & obſeruata, ſicut de multis Ciuitatibus Galliæ, & Germaniæ, quæ ſunt Metropoles, & non habent Primatum, affirmat Petrus Gregor. Toloſanus in Syntagmate iuris vniuerſi lib. 15. c. 11. num. 1.

2 Imò in pluribus Prouintijs, vbi poſtea fuit recepta lex Diui Petri, circa inſtitutionem Primatus, non fuit ſeruata illa diſpoſitio, vt conſtituerentur Primates in Metropolibus Vrbibus Prouintiarum, vt in pluribus Prouintijs Africæ factum fuiſſe, docet Baron. tom. 8. pag. 24. Franc. Turrianus in diſputatione pro Canonib. Apoſt. & Epiſt. decret. lib. 3. cap. 1. idque manifeſte conſtat, ex epiſt. Diui Auguſtini, Leonis VIIII. & Gregorij I. quas affert Albertus Picolus de antiquo iure Siculæ Eccleſiæ part. 2. cap. 6. in quibus, Primates conſtituebantur, non ſecundum potẽtiam alicuius Ciuitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis, ita vt eſſet, & appellaretur primas, qui inter Prouintiales, Epiſcopalis honoris æuo, alios antecedebat, idq; clarè demonſtrat decretum Milleuitanę Synodi, apud Cõc. Afric. cap. 53. in quo ſtatutum fuit, *vt matricula, & archiuus Numidiæ, & apud Primam Sedem ſit, & in Metropoli, ideſt Conſtantina*. Vbi diſtinguit primã Sedem Numidiæ, à Conſtantina, quæ erat in temporalibus, Vrbs Metropolis Numidię, eo quod Epiſcopus antiquior, honore Primatus, & primæ Sedis, propter antiquiorem Conſecrationem, inſigniretur, non verò Epiſcopus Conſtantinæ, licet eſſet Vrbs Metropolis.

3 Tamen fuiſſe in Sardinia, & Calari, introductam, & executioni mandatam ordinationem B. Petri, vt in omnibus Ciuitatibus Metropolibus Prouintiarum, inſtituerentur Primates, probatur multis, & efficaciſſimis argumẽtis, quantum in re antiquiſſima fieri poſſunt.

4 Primo probatur, quia S. Clemens, vt capite præcedenti, dictum eſt, fuit primus Epiſcopus Calaritanus; at non eſt veriſimile, præceptum B. Petri Apoſtoli, circa Primatum, cuius ipſemet B. Clemens meminit in epiſt. ad Iacobum Fratrem Domini, quæ habetur primo tom. conciliorum fol. 248. & inſerta eſt in corpore decretorum cap. 2. diſt. 80. Calari non executioni mandaſſe, in re tam graui, pertinente ad Hierarchiam Eccleſiaſticam, honorifica, & fauorabili, in qua debet præſumi obſeruãtia illius, vt veriſimilior. Menochius lib. 6. præſum. 77. num. 3. & 14. Maſcard. de probat. concl. 16. num. 16. & ſequent. Et concluſ. 1402. præcipuè cum ſit lex Apoſtolica, tot Summis Pontificibus, & concilijs confirmata. Borgogn. deciſ. 45. num. 21. part. 1. vbi ſic deciſum fuiſſe teſtatur, vt refert Ricius collec. 461. & obſeruata ab eodem B. Petro Apoſt. primo legiſlatore illius. Roma. conſ. 352. nu. 17. Card. Tuſch. tom. 8. concluſione 562. n. 1. ex textu 7. quæſt. 1. cap. 34. & diſtinct. 80. cap. 2.

vt

vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic fieret caput Religionis, & vbi Gentilium Princeps habitabat, ibi ſederet Eccleſiæ Princeps. Ideò enim ex Antiochia, vbi, primum fixerat Sedem, Romam tranſtulit, quia erat caput orbis. Imò cõtrarium, quia inobedientia reprehenſibilis, & inuериſimilis, in Sãctiſſimo Viro, qualis erat B. Clemens, & B. Petri Apoſtoli obſeruãtiſſimus, non debet præſumi. Menochius lib. 6. præſump. 31.

5 Neque dubitari poteſt de veritate huius præcepti, & inſtitutionis, quæ (vt capite ſecundo dictũ eſt) Leoni VIIII. epiſt. 4. ad Petrum, & Ioannem Epiſcopos Africę, probatur. Itemque Nicolao Primo, ad conſultationes Bulgarorum, & pleriſque alijs Pontificibus, quorum fides nulli hactenus ſuſpecta fuit, ſicut aliquibus fuit epiſt. illa Clementis, & decreta Anacleti, & Stehpani, idem cõfirmantia; ſed immeritò, vt videre eſt in Franc. Turriano lib. 2. contra Magdeburdenſes: vt mittam hoc idem in Cõcilio Tauritanen. cap. 1. & in alijs concilijs fuiſſe probatum, & obſeruatum.

Primatus Calaritanus probatur auctoritate Summorum Pontificum *Cap. IX.*

1 SEcundo probatur Primatus Calaritanus teſtimonio Summorum Pontificum, quorum auctoritas eſt maxima, & Primaria in Eccleſia Dei. Hi fuerunt Victor III. in epiſt. ſcripta Benauenti 4. Kalen. Septemb. 1087. vbi loquitur ille Pontifex, motu proprio, & ex certa ſciencia, vtpoté reprehendens: & nõn poteſt intelligi de Primate lato modo sũpto, ſed ſtricto, ſiquidem Calaritano Archiepiſcopo, vti Primati, maiora Eccleſiarum negotia eſſe deferenda, aſtruit, quæ eſt iuriſditio veri Primatis, vt inferius probabitur; præter quam quod, in illa epiſtolà diſtinguit Archiepiſcopum Calaritanum, cum nomine Primatis, à cæteris Archiepiſcopis, & Epiſcopis Sardiniæ. Verba formalia Epiſtolæ, hęc sũt.

Victor Seruus Seruorum Dei Iacobo Calaritano Archiepiſcopo, cæteriſque Archiepiſcopis, & Epiſcopis Sardiniæ, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

2 *QVidam ex veſtra Inſula ad nos venientes, Eccleſiarum veſtrarũ penè collabentium ſtatum, nobis expoſuerũt, quæ meritò, ita indigno animo tulimus, vt quaſi ad procedendum contra illarum Epiſcopos, compulſi fuerimus, præcipuè contra Fraternitatem tuam, Frater Archiepiſcope, qui Primas es dictæ Inſulæ, cui maiora Eccleſiarũ negocia deferenda ſunt. Ideò enim Sedes Apoſtolica, cui, licet indignè, præſidemus, per diuerſas mundi*

Prouincias, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Primates inſtituit, vt rectè ſingularum Eccleſiarum gereretur adminiſtratio; Quare nos Fraternitatem tuam, cæteroſque Archiepiſcopos, & Epiſcopos commonemus, vt dilectionem tuã vnanimiter adiuuantes, illarum reparationem, quanto citius procuretis; Vos ergo in hac re, propenſos ita oſtendite, tantamque in hoc adhibite diligentiam, vt cognito ſtudio, ac diligentia veſtra, ſiquid hactenus negligenter, aut inobedieter delinqueritis, meritò propter hoc tolerare debeamus. Agite igitur, & omninò procurate B. Petrum, Apoſtolorũ Principem vobis adiutorem, qui poteſt vobis huius vitæ, & futuræ ſalutem, & honorem dare. Cæterum, ſi quis veſtrum, iudicum oppreſſionem ferre nõ valens, cupit ſecedere, & ad nos venire maluerit, nos charitate qua debemus, eum libenter ſuſcipiemus. Qui verò alijs exemplum factus, fortiter in bello perſeuerauerit, ille proculdubio virtutis coronam, gloriæque triumphum, meritò maiorem, Domino largiente, percipiet. Dat. Beneuenti 4. Kal. Septembris 1087.

3 Hæc Epiſtola reperta fuit in Archiuo Curiæ Primatialis Calaritanæ, & inde fideliter de verbo ad verbum extracta, per Gaſparem Sirigu Notarium, & Secretarium prædictæ Menſæ. Huius etiã Epiſtolæ meminit Barb. *in Collect. ad cap. ſi diligenti de præſcript. §. ſicut tota Sardinia.* Teſtatur etiam ſe illã habere, & extraxiſſe annis elapſis, ferme triginta, antequam ſomniaretur lis Primatus Calaritani, ab antiquiſſimo Codice manuſcripto, Romę reperto inter alias multas vetuſtas ſcripturas, Don Conſtantinus Caietanus Abbas Benedictinus, vir notæ eruditionis, & curioſus antiquitatum indagator, quem ſæpe Card. Baronius citat in ſuis Annal. eiuſque ſola authoritate, plura confirmat.

4 Eundẽ titulum Primatis Sardiniæ, & Corſicæ detulerunt Calaritano, Calixtus III. in ſuo reſcripto. *Dato Romæ Apud S. Petrum 15. Kal. Octobris 1456.* Et Alexander VI. *4. Kalen. Martij 1496. relati* etiam à Barboſa *in collect. ad cap. ſi diligenti de præſcript. §. ſicut tota Sardinia*. Pius V. in quodan Breui dato Romæ *5. Idus Iunij. anno 1567.* in quo confirmans quamdam ſententiam datam ab Auditore Cameræ Apoſtolicę, vocat eum Primatem Regnorum Sardiniæ, & Corſicæ. Idem pręſtat *in alio dato Romæ, die 26. Septembris eiuſdem anni*, & in alio dato Romæ *3. nonas Martij, eiuſdem anni* in fauorẽ Auguſtini Sabater, tunc Secr. Curiæ Calaritanæ, & in alio dato Romę *1. Septembris anni 1569.* in quo declarauit Archiepiſcopum Calaritanum, Iudicẽ ſpoliorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum totius Regni, vbi nõ ſolum habentur verba enunciatiua Primatus,

ſed

ſed etiam diſpoſitiua, ibi, *tibi tãquã Archiepiſcopo Primati dicti Regni, & Metropolitano pariter committimus, &c.* Et in alio Breui dato Romæ eodem anno, circa ſolutionem expenſarum factarum in cauſa declarationis ſpoliorum, & illorum applicationis, Eccleſijs vacantibus; Et in alio directo Archiepiſcopo Calaritano, dato Romæ *die 24. Ianuarij, anno 1572.* ſuper cauſas ſpoliorum Archiepiſcopi Arboren. ad inſtantiam Capituli Arboren. vbi etiam habet verba diſpoſitiua, ibi, *tibi tãquam Sardiniæ, & Corſicæ Primati, præcipimus.*

5 Et Sixtus V. in quodam Breui dato Romæ *1. die Nouembris anni 1585.* in cauſa ſpoliorum Epiſcopi Boſanen. ad inſtantiam cuiuſdam mulieris Boſanen. cum Capitulo illius Eccleſię, vbi ſimiliter habet verba diſpoſitiua ibi, *Fraternitati tuæ Frater Archiepiſcope, cui vt Primati Sardiniæ dictorum ſpoliorum defenſio competit, præcipimus, &c.* In quo ſicut, & in antecedẽti Pij V. dato ad inſtantiam Capituli Arboren. notandum eſt, collationem tituli Primatis, fuiſſe datam ab illis Pontificibus, motu proprio, & non ad inſtantiam partis, quia pars prioris breuis, vtpotè Capitulum Arboren. eſt in hoc, contraria Calaritano, ſiquidem eius Archiepiſcopus, hunc titulum Primatis ſibi arrogat, neque eſt veriſimile, ſuo Archiepiſcopo præiudicium inferre voluiſſe, ex cuius iure prætenſo, Primatialitas in Eccleſiam Arboren. & eius Capitulum redundarat, ſi firmo aliquo fundamento niteretur. Pars etiã alterius Breuis Sixti V. fuit mulier Boſanen. cum Capitulo illius Eccleſiæ ſuffraganeæ Turritani ambientis Primatum, ac proinde nõ eſt veriſimile contra ius prætenſum ſui Metropolitani, detuliſſe titulum Primatis Archiepiſcopo Calaritano.

6 Idem conſtat ex alijs Breuibus Clementis VIII. & Pauli V. quæ longum eſſet referre. Hęc autem teſtimonia Summorum Pontificum, probant verum Primatum Calaritani; nam quod Papę aſſertio, pleniſſimam fidem faciat, declaratum fuit, *in Clementina 1. de probationibus cap. Nobiliſſimus diſt. 97.* cum congeſtis à Gabriele lib. 1. de probat. concl. 2. nu. 5. præcipuè in antiquis nu. 59. & quando profertur motu proprio nu. 60. & maximè in materia iuriſdictionis, & dictionis antiquæ. Suarez lit. I. num. 128. qui communem ſententiam aſſerit ex Siluano conſ. 57. num. 9. quem ſequitur Crauet. de antiquitate tẽporum, par. 1. num. 74. attenta etiam tot Sũmorum Pontificum nuncupatione, qui Archiepiſcopum Calaritanum, & nominant, & tractant tamquam Primatem, quæ non ſolum conducit ad obſer-

ſeruantiam, ſed ſufficit ad inducédam hanc dignitatem in Eccleſia Calaritana *l. quidam conſulebat de re iudicata l. idem Vulpianus de excuſat. tutor. Caſſan. deciſſ. 20. de unio. Sanchez de matrimonio lib. 8. diſp. 4.* quia ſunt ex certa ſcientia, & & non propter aliud, ex illis verbis: *tibi taunquam Primati, &c.* vt poſt Angelum Aret. *conſil. 3. num. 24.* refert Tuſcus *concl. 340. à nu. 1. vſque ad 4. tomo 8.*

7 Imò ſufficit ſola Summorum Pontificum tolerãtia, & maxime accedente aſſiſtẽtia iuris. Caſſan. *in Cathalog. gloriæ mundi part. 1. Cõſid. 4.* Sãchez *dicta diſp. 4. n. 25.* imò ius Primatiæ, ex ſola conſuetudine ſine ſpeciali conceſſione Apoſtolica cum tolerantia illius, poteſt acquiri Abb. *in cap. expoſuit num. 4. de dilat.* & Rurſus *in cap. venerabilis num. 10. de dol. & contum.* vnde non eſt neceſſe ſpecialiter probare, à quo tempore inceperit Calaritana Eccleſia, hoc honore ſplẽdeſcere, quia tot enũciatiuis, & diſpoſitiuis Summorũ Pontificũ, intrat præſumptio primordialis, & originariæ dignitatis, donec contrarium probetur ita deffiniuit in ſimili, Rota *in Cæſaraug. cathred. 1. Martij 1630. coram Domino Decano, quæ eſt 135. part. recent. num. 1.* Decianus *conſ. 7. nu. 21. verſ. fateor ergo lib. 3.* hic enim eſt effectus antiquitatis, vt faciat cenſeri omnia ſolemniter acta. Feli. *in cap. 1. num. 1. verſ. ſed cum dicas de iud.* Aym. *de antiquit. temp. par. 3. num. 10. & ſequent.* Capic. *deciſ. 4. num. 27. & ſeqq.* Mohed. *deciſ. 2. de trãſactione:* maxime, quia in aliquibus enunciatiuis, de quibus agimus, eſt particula, *tamquam*, quæ indicat ſuam veritatẽ, & proprietatem rei, de qua agitur l. 1. C. de hæredibus inſtituendis, & ibi Iacob. de Sancto Georgio in princip. & text. in proœmio decretalium §. *Sacra*, & in cap. pro cauſa, de ſententia Excommunicationis, & in cap. 1. de homicidijs lib. 6. & ibi per Archid. & Dec. in l. 1. C. de dolo, & Albericus de Roſate, & DD. in l. *ſi Pater. §. qui duos* ff. de adoptionibus Andræ. Barbat. conſ. 37. col. 4. volumine 3. Boer. deciſ. 44. num. 29.

8 Et confirmatur hoc amplius, quia ſunt enunciatiuæ Principis ſupræmi, plures ex motu proprio Angel. *l. offic. verſ. ſaluo ff. de rei vendic.* Socin. *conſ. 187. num. 7. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 305. num. 14.* Menoch. *conſ. 192. per Tuſch. concl. 81. num. 74. to. 8.*

9 Neque obſtat ex his breuibus aliqua eſſe moderna; nam præter quam quod, ſunt alia antiqua relata, moderna operantur præſũptionem, & probationem obſeruantiæ, vt tenuit Rota in Lunen. Sarzanen. *Iuris patronatus 20. Februarij 1605. in Farfen. territorij 19. Martij 1607.* in Mac eraten. *hæredit. 18. Martij 1608* coram

Peña,& pręcipue,quia vt dictum eſt multa ex illis continent verba diſpoſitiua Pontificis,qui potuit ſuper actu diſponere *deciſ. 289. par. 2. diuerſ.* Rota in Onantulana iuriſdictionis *18. Martij 1609.* coram Lugdunen. & maxime adiuncta aſſiſtentia iuris, qua poſita, vehementius probant præſumptiones.

10 Neque poteſt dici,nomen Primatus ab his Pontificibus impropriè, & lato modo ſumi, tum quia multi loquuntur in materia priuatiuè pertinente ad Primates ſtricte ſumptos; tum etiam quia per iura antiqua Sedis Apoſtolicę fuit prohibitum, & cautum, vt nulli Archiepiſcopi, qui non eſſent veri Primates, ſic apellarentur.Ita Papa Fœlix II.epiſt. 1.cap. 12. relata ab Anto. Auguſt. to. 1. epit. vet. iur. Pontif. lib. 2. tit. 1. cap. 8. ibi, *Primates illi, & non alij ſint, qui in Nicena Synodo ſunt conſtituti, reliqui verò, qui Metropoles tenent Sedes, Archiepiſcopi Vocentur, & non Primates,* & idem expreſſe habetur in textu, cap. 1. 99. diſtin. Summi autē Pontifices ſunt Obſeruantiſſimi veterum cano. & decretorum, quando nō adeſt rationalis cauſa,illa irritandi, ſiuè in eis deſpenſandi,in eorum reſcriptis, expreſsè declarata.

Teſtimonijs antiquorum Conciliorum Generalium,probatur Primatus Calaritani. Cap. X.

1 Tertio probatur Primatus Calaritani authoritate antiquorum cōciliorum, in quibus per antonomaſiam nuncupatur Epiſcopus Sardiniæ, ſic in Conc. Niceno 1.celebrato ſub Siluestro anno 325. Protogenes,qui fuit Archiepiſcopus Calaritanus, vt cap. 15.probabimus,fuit appellatus Epiſcopus Sardiniæ,per errorem Sardicenſis; ſic in Concilio Sardicenſi celebrato anno 347. idem Protogenes eodem nomine inſignitur. Sic in Concilio Alexand.tempore Liberij Papę circa annum 361.Sanctus Lucifer Archiepiſcop. Calaritanus, fuit appellatus Epiſcopus Sardiniæ, vt cōſtat ex epiſt. Synodali illius cōcilij, quæ habetur tom. 1. conciliorum part. 1. Impræſſionis Coloniæ pag. 489. ſic in Concilio Lateran. 1. anno 650. ſub Martino I. celebrato, Deus Dedit Archiepiſcopus Calaritanus in omnibus eius reſponſis, Epiſcopus Sardiniæ fuit nūcupatus,ibi, *Deus Dedit Epiſcopus Sardiniæ dixit,* quo titulo Valētinus Epiſcopus Turritanus, qui illi interfuit, nunquā fuit decoratus; ſic in Conc. Trullano, Archiepiſcopus Calaritanus fuit nuncupatus Epiſcopus Sardinienſis, de quo videātur dicenda cap. 18. ſic in ſeptima Synodo gene-

generali Nicena ſecũda, Thomas Archiepiſcopus Calaritanus, vocatur Archiepiſcopus Sardinię in ſubſcriptionibus Epiphanij, in illo concilio, prædicti Archiepiſcopi, legati, ibi, *Epiphanius locum tenẽs Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ.*

2 In quibus omnibus concilijs, genitiuus Sardiniæ, ſuppoſita aſſiſtentia iuris, & ex natura ſua, importat poſſeſſionem. Zabarela conſ. 30. nu. 7. Tuſch. concl. 37. num. 7. & 19. poſt Alexand. conſ. 139. num. 4. lib. 2. ſicut quando dicitur Rex Hiſpanię intelligitur poſſeſſiuè, & non ſolum localiter, ſic Summus Pontifex Romanus appellatur Epiſcopus orbis, Patriarcha Alexandrinus, Epiſcopus Ægypti, vt habetur can. 8. cõc. Niceni 1. ex collectis per Piſanũ, vbi dicitur *Epiſco. Ægypti*, id eſt *Patriarcha Alexãdrinus* tom. 1. concil. pag. 333. ſic Leand. Hiſpalenſis à Gregorio I. *Hiſpaniæ Epiſcopus*, appellatur lib. 1. epiſt. 41. indic. 9. lib. 4. epiſt. 46. indic. 13. lib. 7. epiſt. 125. indic. 2. eo quod toti Hiſpanię, Primatis iure prę̨eſſet. Azor inſtitut. moralium par. 2. lib. 3. cap. 36. quęſt. 1. Franciſcus Padilla Eccleſiaſtica hiſtor. Hiſpan. Centuria 7. cap. 22. ſic idem Greg. Deſiderium, Ætherium, Vigilium, & Aregium, *Galliæ Epiſcopos* inſcribit lib. 9. epiſt. 48. 50. 62. indic. 4. & lib. 12. epiſt. 5. indict. 7. eo quod diuerſarum Galliæ Prouinciarum, Metropolitani, & Primates forent. Sic idem Greg. plures epiſt. ad Columbũ *Numidiæ Epiſcopum*, ſcripſit lib. 5. epiſt. 36. indic. 14. lib. 6. epiſt. 2. indic. 12. lib. 7. epiſt. 16. indic. 1. lib. 10. epiſt. 8. & 32. indic. 5. quem, Prouincię illius Primatem fuiſſe, certo ex alijs locis, deprehendimus. Sic Dominicus Carthaginenſis, quem certo conſtat Primatẽ fuiſſe, ab eodem Gregorio appellatur *Epiſcopus Africæ* lib. 5. epiſt. 19. indic. 14. Sic Cõſtantiæ, Cypriorum Vrbis Epiſcopus, quam Inſulæ Metropolem, & Primatem fuiſſe, Concilij Epheſini 1. acta docent, in 6. Rom. Synodo, alijſque item cõcilijs, *Cypri Epiſcopus*, appellatur. Sic Auguſt. Cantuarien. Epiſcopus Angliæ fuit nuncupatus, cũ pluribus alijs exemplis relatis per Albertũ Picolum de antiquo iure Eccleſiæ Siculæ part. 1. cap. 11. vbi etiam inter alios, Iãnuarij Archiepiſcopi Calaritani meminit, ex Greg. lib. 7. epiſt. 55. indic. 2.

3 Quod ſi aliquis obijciat, hunc titulum fuiſſe etiã tribui ſolitum alijs Epiſcopis, non ſolum non Primatibus, ſed nec Metropolitanis, vt D. Athanaſius, illũ tribuit D. Euſebio Epiſcopo Vercellen. apolog. contra Arrianos, vbi vocat eum Epiſcopum Italiæ cum certum ſit, ſimplicẽ Epiſcopum fuiſſe, & ſufraganeũ Archiepiſcopi Mediolanen. Similiter Diuus

Greg.

Greg. ſæpe ſcripſit epiſt. *Epiſcopis Siciliæ, Epiſcopis Sardiniæ, Epiſcopis Africæ,* & alijs, quos conſtat ex eiſdem epiſt. fuiſſe ſimplices Epiſcopos, & non Metropolitas, nec Primates. Reſpondetur, verba ex iure, intelligenda eſſe, ſecundum ſubiectam materiam, & ratione illius, poſſe variari termini genitiui ſignificationem, quæ cum ex ſe, & natura ſua, ſumatur poſſeſſiuè, vt dictum eſt, aliquando poteſt ſumi localiter, vt in exemplis, in obiectione allatis, in quibus liquido conſtat fuiſſe ſimplices Epiſcopos, & ſufraganeos, tūc enim genitiuus importat ablatiuum, quaſi dicat in Italia, in Sicilia, in Sardinia, &c. Zabarela conſ. 30. nu. 7. Tuſch. concl. 37. num. 21. tom. 4. at verò quotieſcūque dicitur de Metropolitano, & Epiſcopo Primariæ Vrbis Prouinciæ, ſemper ſumitur non ſolū localiter, ſed etiam poſſeſſiuè, vt conſtat ex omnibus exemplis ſuperius allatis.

Teſtimonijs SS. PP. & aliorum authorum probatur Primatus Calaritanus. Cap. XI.

1 QVarto probatur Primatus Calaritanus auctoritate SS. PP. & antiquorū auctorum. Sit primus D. Athanaſius, qui in fragmento apologiæ contra Arrianos, quæ refertur à Theodoreto in ſua hiſtoria in fine operum S. Athanaſij tom. 2. & in vita illius, ſcripta à diuerſis auctoribus, in excuſione Pariſiana, *apud Sebaſtianum Niuellium*, vocat S. Luciferum Archiepiſcopum Calaritanū. *Metropolitanum Inſularum Sardiniæ.* Quod, adiūcta aſſiſtētia iuris, idem eſt ac primas, & in epiſt. ad ſolitarios to. 1. ait, *Lucifer Metropolitanus Epiſcopus Sardiniæ*, vbi vtrumque claudit, & eſſe Metropolitanum Sardiniæ, & per antonomaſiam eſſe Epiſcopum Sardiniæ, quod eſt propria, Patriarchæ, & Primatis nota, vt cap. præcedenti dictū eſt.

2 Aliqui citant etiam locū eiuſdem Athanaſij Apologia contra Arrianos, vbi vocat Luciferum Epiſcopum Primariæ Vrbis Sardiniæ, vt inde euincant, fuiſſe ab illo vocatum Primatem, exiſtimāt enim Epiſcopum Primariæ Vrbis, & Primatem, idem eſſe, dicique ad conuertentiam. Sed hoc falſum eſſe probauimus cap. 6. imò, & ex hoc eodē loco Athanaſij, euincitur falſitas illius ſuppoſiti, cum etiam in eo, Paulinus dicatur Epiſcopus Primariæ Vrbis Galliæ, ſcilicet Treueris, qui tamen non fuit Primas.

3 Probatur inſuper Primatus Calaritanus auctoritate eiuſdē Athanaſij in epiſt. ſcripta ad Iouinianum Impetratorem, quæ habetur inter eius epiſtolas, in qua, Eccleſiam Calaritanam vocat Eccleſiam Eccleſiarum Regni Sar-

 diniæ,

diniæ, ibi, *Teſtor eam Catholicam orthodoxam fidem fuiſſe in omnibus Eccleſiæ, Sardiniæ, Eccleſijs comprobatam*; certumque eſt de Calaritana loqui, cuius Archiepiſcopũ Luciferum Epiſcopum Primariæ Vrbis, & Metropolitanum Inſularum Sardiniæ, locis ſuperius relatis, nuncupauerat, quapropter Eccleſiam Calaritanam, vtpote Primariam Inſulæ, appellauit *Eccleſiam Eccleſiarum*. Sicut Lucius Florus, *Vrbem Vrbium*, Calarim.

4 Secundo probatur auctoritate Caſſiodori, qui floruit circa annũ 500. qui in ſua hiſtoria Tripartita lib. 5. cap. 16. vocat B. Luciferum Metropolitanũ Inſularum Sardiniæ, quæ verba, ſicut alia relata D. Athanaſij, non ſolum important dignitatem Metropoliticam, ſed etiam veri Primatis. Primo, quia titulus Metropolitani omnium Diœceſum Prouinciæ, idem eſt, quod Primas, vt conſtat ex epiſtolis Papæ Zozimi, relatis in eius vita tom. 1. concil. part. 1. Impreſ. Colon. pag. 716. 717. & 719. nẽpe epiſt. 7. ſcripta ad Archiepiſcopos Vienen. & Narbonen. in qua eos reprehendit, quia vſurpauerant ius ordinationum, illarum Prouinciarum, pertinens ad Archiepiſcopum Arelaten. tanquam Metropolitanum illarum, & epiſt. 9. ad Patroclum Archiepiſcopum Arelaten. & epiſt. 11. & 12. in quibus eundem titulum illi defert, loquens de munijs ad ipſum pertinentibus, quæ erant propria Primatis: Arelatenſem autem fuiſſe Primatẽ Galliæ, conſtat, inter alia, ex epiſt. Pelagij ſcripta ad Childebertum Regem Galliæ, relata ab Azor 2. part. inſtit. moralium, lib. 3. cap. 36. ibi, *Arelatẽſis Eccleſia in regionibus Gallicanis, Primatus Priuilegio eſt decorata*. Idemque conſtat ex epiſt. 2. Agapiti, ad Reparatum Carthaginenſem, de quo nulli dubium eſt, eſſe verè Primatem, & tamen ſola Metropolitani denominatione, illum exornat; etenim vt §. 1. cap. 2. huius 2. lib. à nobis probatũ eſt, Metropolita primi gradus, qui pro ſe habet aſſiſtentiam iuris, idem eſt, quod Primas, & tales erant Arelatenſis, Carthaginenſis, Calaritanus, & alij Primates.

5 Secundo, & fortius probatur, quia cum in his authoritatibus, Athanaſij, & Tripartitæ, Calaritanus aſtruatur Metropolitanus Inſularum Sardiniæ (quo numero plurali, Corſica clauditur Inſula omnino diſtincta, & indepẽdens à Sardinia) non poſſunt explicari de iuriſdictione Metropolitæ, non Primatis, quia extenſæ iuriſdictionis Calaritani in Corſicam, nulla alia ratiò excogitari poteſt, niſi quia à Romanis, vna Prouincia cum Sardinia effecta, ſubiecta manſit legi B. Petri, vt in qualibet Prouincia, Epiſcopus Vrbis Metropolis, eſſet Primas

totius

totius Prouinciæ, nam ad iuriſdictionem ſolum Metropoliticam, & non Primatialem, ſola Sardinia ſine Corſica, ſatisfuiſſet, cum hodie, intra ſuos ſola, fines, tres claudat Metropolitas, ſcilicet Calaritanũ, Arboren. & Turritan. quorum omnium Princeps, & Primas, eſt Calaritanus, igitur extenſæ iuridictionis in Corſicani, ſola allata Primatus ratio eſſe poteſt.

6 Ex quo manifeſte eliditur reſpõſio Farç, in ſuo Codice manuſcripto explicantis has auctoritates *non poſſeſſiuè, ſed localiter*; nam (inquit) idem eſt *Metropolitanus Inſularum Sardiniæ, ac Metropolitanus in Sardinia*. Hoc inquam eliditur, tùm ex dictis, tùm etiam quia *localiter*, Metropolis Calaritana, ſolũ in Inſula Sardiniæ habet locum, non in Inſulis diſtinctis, quia nullum corpus, niſi ſupernaturaliter, & diuina virtute, poteſt eſſe ſimul in diuerſis, & diſtinctis locis; igitur quando Calarit. dicitur Metropolit. Inſularum, non poſt ſumi localiter, ſed poſſeſſiuè, propter iuriſdictionẽ.

7 Tertio probatur authoritate Theodoriti, qui floruit circa annum 400. qui loquens de S. Lucifero lib. 3. cap. 4. in verſionibus factis de Græco in Latinum, Impreſſionis Lobanij 1569. loquens de S. Lucifero Archiepiſcopo Calaritano ait. *Lucifer Sardiniæ Inſulæ Paſtor*. Et in alia Impreſſione Coloniæ anni 1567. eodem lib. 3. cap. 4. ait *Lucifer qui ſortitus fuerat adminiſtrationẽ Sardiniæ Inſulæ*, ecce iuriſdictionem Primatialem in tota Inſula autumat.

8 Quarto probatur authoritate D. Hilarij Pictauienſis *lib. 2. ad Conſtantium Imperatorem, qui incipit beneficia* fol. mihi 83. vbi ait. *Adeſt vnà cum Romanis Clericis, & Lucifer Epiſcopus Sardiniæ*. Hic autem titulus, vt capite præcedẽti dictũ fuit, eſt proprius Primatis.

9 Quinto probatur authoritate Synodi Alexandrinæ, in epiſt. Synodali, vbi idem B. Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus, eodem titulo Epiſcopi Sardiniæ, antonomaſtice decoratur, ibi, *Legati Luciferi Inſulæ Sardiniæ Epiſcopi, &c.* Quæ habetur to. 1. conciliorum part 1. Impreſ. Colon. pag. 489.

10 Sexto probatur authoritate Diui Gregorij Magni, epiſt. 55. lib. 1. vbi vocat Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanũ, *Epiſcopum Sardiniæ*. Cum in epiſt. 60. 61. & 62. eiuſdem libri Archiepiſcopum Calaritanum, & Sardiniæ, appellaſſet.

11 Septimo probatur authoritate Cardinalis Baronij tom. 8. ad annum 594. fol. mihi 70. vbi Eccleſiam Calaritanam vocat Primatialem Inſulæ Sardiniæ, ibi, *Profecti itaque Fælix Epiſcopus, & Cyriacus Abbas in Sardiniam, reperientes Primariam eius Inſulæ Ec-*

cleſiam Calaritanam, negligentia Paſtoris incultam,&c.

12 Octauo probatur authoritate Arnoldi Vuion. tom. 1. lib. 2. & part. 2. lib. 3. qui Benedictum, Archiepiſcopum Calaritanum appellat *Epiſcopum Sardorum,& Sardiniæ*.

13 Nono, ex modernis expreſſe autumant Primatum Calaritanum Sardiniæ, & Corſicæ, Barboſa in ſuis Collectan. ad caput, *ſi diligenti* de præſcrit. §. *ſicut tota Sardinia*. Mirræus in ſua Geographia Eccleſiaſtica. Carrillo in relat. ad Philipum III. §. 6. pag. 74. Brondo in Apocalipſim, Arca de Sãctis Sardiniæ, Serpi in Apologia pro S. Lucifero, Eſquirro in in ſuo Sãctuario, Carniſer, & Caſanate in tractatibus, ſiuè informationibus de Primatu Calaritano, & tandem Dionyſius Bõfant, in Triũpho Sãctorũ Sardiniç lib. 1. cap. 5. & lib. 13. cap. vltimo. Et in tractatu Primatus Calaritani art. 5. per totum.

14 Ex his autem authoritatibus plane conuincitur Primatus Archiepiſcopi Calaritani, quia in iure, teſtimonia Sanctorum Patrum, & ſcripturæ hiſtoriarum, ſeu Chronicarũ regulariter probant, & hanc eſſe communem opinionem docet Prepoſ. Alex. in proemio decreti in princip. etiã inter Eccleſiaſticos, & regulares, quia ſtatur chronicis, & authoribus antiquis. Communem etiam dicit colleg. Paduan. cõſil. 2. poſt conſil. Zabarel. num. 13. Cardin. Tuſc. concluſ. 139. num. 1. & 2. tom. 4. & poteſt iudex decidere cauſam, mouerique ex lib. hiſtoriarum. Bart. in lege 1. ff. ſi cert. peta. vbi alij, Felin. in cap. ex parte num. 25. de reſcript. Tuſch. dicta concl. 139. num. 4.

Teſtimonio inſcriptionis antiquiſſimi marmoris probatur Primatus Calaritanus. Cap. XII.

1 QVinto probatur Primatus Calaritanus inſcriptione antiquiſſimi marmoris inuenti anno 1623. in viſceribus terræ, in Templo Sancti Luciferi prope Calarim, ſimul cũ Reliquijs Sancti Luciferi, vt conſtat ex informationibus iuridice receptis, iuſſu Dõ Fraciſci Eſquiuel, tunc Archiepiſcopi Calaritani, viri integerrimi, & qui magni elimoſinarij meritis, nomen adeptus eſt: inſcriptio autẽ marmoris hæc erat. *Hic iacet B. M. Luciferus Archiepiſcopus Calaritanus, Primarius Sardiniæ, & Corſicæ, Catholicus Filius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vixit annis LXXXI. Quieuit die 20. Maij.* Hunc marmorem cum ſua inſcripſione, ſimul cum alio paruulo triangulari, in eodem ſepulchro B. Luciferi inuento, iuſſi apponi, & exponi palam, in Sanctuario inſigni Sancti Luciferi, à meo anteceſſore mu-

re munificentiſſime extructo, in Eccleſia Primatiali Calaritana, eius parieti infixo, ne tẽporis iniuria, vel æmulorum, periret.

2 Nomen autem Primarij, in inſcriptione illius marmoris, non poteſt ſumi, niſi ſtricto modo, pro iuriſdictione Primatiali, quã, ratione inſtitutionis B. Petri Apoſtoli circa Primatum, habuit in Corſicam; eo quod vna Prouintia cũ Sardinia facta fuerat à Romanis, aliàs nullã connexionem, & dependenciam habitura, vt capite præcedenti oſtendimus.

3 Fuiſſe autem illud epitaphium antiquiſſimum, factum tempore humationis, aut trãſlationis corporis Sancti Luciferi, cõſtat tũ ex vetuſtate marmoris, & inſcriptionis, tùm quia non inuenitur in eo, annus, in quo fuit factum, vel inciſum, quod contigit in omnibus alijs epitaphijs pœne infinitorum Martyrum, quorum Reliquiæ Calari in Baſilica Sãcti Saturnini, & in alijs Sanctuarijs, elapſis annis, inuentæ ſunt, quod eſt ſummæ antiquitatis ſignum, vt etiam cernitur in plurimis antiquiſimis epitaphijs, in vrbe inuentis, allatis, in Roma ſubterranea, Antonij Boſij Romani, excuſa Romæ anno 1632.

4 Literæ autem in lapidibus inſculptę, quod faciant plenam probationem, etiam ſi agatur de graui periudicio alterius, tenent tamquam ſententiam veriorem Hieron. de Monte in trac. de fin. regen. cap. 65. num. 4. per notata Guid. Papæ in ſuis deciſ. Gracionop. quæſt. 193. verſ. 6. *probantur per ſcripturam in columna, vel lapide, expreſſam.* Philip. Corn. in cõſ. 171. nu. 11. verſ. *& inter cætera*, & in conſ. 333. num. 11. verſ. *facit*, quia litteris in aliqua petra antiqua repertis, creditur aliquid antiqui referentibus in 1. vol. con. & Laur. Calcan. in conſ. 90. num. 7. in fine; quos citant, & ſequuntur Laurent. Kirchouius, & ſocij, tomo 2. communium opinionum, cent. 5. concl. 66.

5 Quibus adde ſpecul. in tit. de probatio. §. *videndum, verſ. reſtat. 9. per libros*; Bald. in conſil. 310. Imola in conſ. 60. Decius in conſ. 135. col. 1. Lambert. in tract. de iure Patronatus lib. 2. par. 2. in 9. art. 10. quęſt. principalis. Purpur. in l. 1. nu. 155. ff. *ſi certum petat.* Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 199. Alba. in conſ. 64. num. 27. Craue. in tract. de antiquit. temporum in prima par. principali, in partic. 9. quæ incipit *octauo datur, &c.* num. 12. & 14. qui dixit, ſcripturam hanc publicé omnibus patere, & ob id inducere notorium, ſicut affirmarunt Bartol. & Bald. in l. monumentorum C. de Religioſis, & ſump. fune. quos omnes refert, & ſequitur Menoc. de præſumpt. part. 1. lib. 2. præſump. 59. num. 1.

6 Et hanc opinionem, vt commu-

munem, & veriorem ſequta fuit Rota in vna deciſ. Cæſarauguſt. Cathedrat. in fauorem Eccleſiæ Beatæ Mariæ vulgo dictæ del Pilar, ex inſcriptione vnius antiqui marmoris, imò, & ſola inſcriptio vnius marmoris, inuenta Romæ in lapideo laterculo, in ſepulchro S. Fœlicis II. Papę cum tit. Sancti, Martyris in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani, fuit ſufficiens ad reponendum illum in nouo Martyrologio, cum antea de hoc ambigeretur, cum Baronius, & alij, iudicaſſent excludendum, vt ipſemet fatetur tom. 3. fol. 674. num. 18. anno Domini 357. Liberij Papæ VI. Conſtantij Imperatoris XII. Cur non idem in noſtro caſu dicendum erit?

7 Quæ autem contra inuentionem, & inſcriptionē huius marmoris opponunt Turritani, cumulatiſſimè diluuntur lib. 2. in defenſione Sanctitatis B. Luciferi par. 4.

Primatum Calaritani probant antiquæ enunciatiuæ, & modernæ Antiſtitum Calaritanorum.

Cap. VIII.

1 SExto probatur Primatus Calaritani ex enunciatiuis Antiſtitum Calaritanorum à 230. annis, vſque in præſentem diem. Prima reperitur in quodam inſtrumento cenſus 300. florinorum Capituli Calaritani, anno 1409. facto Barchinone, quod incipit *die 12. Iunij anno à Natiuitate Domini 1409. Nouerint vniuerſi, quod nos Antonius Dei gratia Archiepiſcopus Calaritanus, Primas Regni Sardiniæ,* & *Corſicæ, Michael Llorens, &c.*

2 Secunda continetur in alio Inſtrumento facto Barchinone eodem anno, in quo cōtinetur Collatio Decanatus Calaritani, facta in fauorem Domini Michaelis Llorens, ibi, *Nos Antonius, Miſeratione Diuina, Archiepiſcopus Calaritanus, Primas Regni Sardiniæ, & Corſicæ, Venerabili,* & *nobis in Chriſto dilecto, &c.*

3 Tertia continetur in alio inſtrumento cōceſſionis cuiuſdam ſepulturæ in fauorem Marci de Monboy, in Eccleſia Primatiali Calaritana, ibi, *Nouerint vniuerſi, quod nos Antonius, Miſeratione Diuina, Archiepiſcopus Calaritanus, Primas Regni Sardiniæ, & Corſicæ, attendentes, &c.*

4 Quarta continetur in alio Inſtrumento conceſſionis alterius ſepulturæ in Eccleſia Primatiali Calaritana, in fauorem Ioannis de Torrellon anno 1411. vbi habet ſimilia verba pręcedentis Inſtrumenti.

5 Quinta cōtinetur in Inſtrumēto recognitionis quorumdam vaſorum argenti receptorum à Gerardo Canonico, & Archidiacono Calaritano, quæ tradidit pro anniuerſarijs celebratis in Eccleſia

cleſia Primatiali Calaritana pro anima Regis Siciliæ, ibi, *Nos Antonius, Miſeratione Diuina, Archiepiſcopus Calaritanus, & Primas Sardiniæ, & Corſicæ, tenore præſentis publici Inſtrumenti confitemur, &c.* 6. Decembris anno 1410.

6 Sexta continetur in quodam Inſtrumẽto facto Calari, pro luitione cuiuſdam cenſus, facta à Petro Coloro, & Margarita coniugibus, ibi, *Nos Antonius, Dei gratia, Archiepiſcopus Calaritanus Primas Sardiniæ, & Corſicæ, &c.*

7 Septima cõtinetur in quodam Inſtrumento facto Calari die 17. Maij anno 1410. per Petrum Venrrell Canonicum Calaritanum Cõmiſſarium deputatum ſpecialiter ad ponendum in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, Gabrielem de Serra, de quodam atrio terræ, illi vendito, ibi, *Petrus Venrrell Canonicus Calaritanus, per Reuerẽdum in Chriſto Patrem, & DD. Antonium, Miſeratione Diuina, Archiepiſcopum Calaritanum, & Primatem Regni Sardiniæ, & Corſicæ, Commiſſarium, &c.*

8 Octaua continetur in quibuſdam litteris eiuſdem Antonij Archiepiſcopi, datis in fauorem Patris Iafridi de Blanes Dominicani, diſcipuli S. Vincentij Ferrer, eiuſdẽ ordinis, datis annis 1411. & 1412. ibi, *Nos Antonius, Miſeratione Diuina, Archiepiſcopus Calaritanus Primas Regni Sardiniæ, & Corſicæ, &c.* harum litterarum meminit Pater Pręſentatus Franciſcus Diago, in ſua hiſtoria Prouinciæ Aragoniæ, Ordinis Prædicatorum, excuſa Barchinone, anno 1599. in lib. 2. dictæ hiſtor. cap. 30. fol. 138.

9 Nona continetur in alijs litteris Ludouici Archiepiſcopi Calaritani Dat. anno 1468. vbi appellatur *Primas Sardiniæ, & Corſicæ.*

10 Decima cõtinetur in quadam petitione oblata Don Petro Pilares Archiepiſcopo Calaritano, per Don Ioannem Sanna electum Epiſcopum Vſellen. ſuffraganeũ Archiepiſcopi Arborenſis, anno 1507. in qua poſtulauit ab ipſo, vt iuberet confici inuentarium ſuorum bonorum patrimonialium, antequam ſe immiſceret redditibus, & emolumentis ſui Epiſcopatus, quæ non ſolum eſt enunciatiua; ſed etiam argumentum exercitij iuriſdictionis Primatus, vt eſt manifeſtum, ibi, *Pateat cunctis euidenter, quod anno à Natiuitate Domini 1507. cum eſſet perſonaliter conſtitutus, &c cum Reuerendiſſima dominatio veſtra ſit Primas totius Regni, &c.*

11 Vndecima continetur in quodam Inſtrumento continente præſentationem cuiuſdam Serræ producto coram Archiepiſcopo Calaritano Don Petro Pilares, die 21. Aprilis anno 1507. ibi, *Don Petrus Pilares, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archiepiſcopus Cala-*

Calaritanus, & per conſequens Primas huius Regni, &c.

12 Item fuerunt nuncupati Primates Sardiniæ, & Corſicæ, Archiepiſcopi Calaritani Don Balthaſſar de Heredia, anno 1554. D. Antonius Parragues de Caſtillexo, anno 1567. Don Fräciſcus Peres, Don Gaſpar Nouela, Don Franciſcus del Vall, Don Ildefonſus Laſſo, Don Franciſcus Eſquiuel, & alij.

13 Idem conſtat ex varijs ſcripturis, & inſtrumentis aliorum, in quibus datus fuit Titulus Primatis Sardiniæ, & Corſicæ, Archiepiſcopo Calaritano, ſic cõſtat ex quodam inſtrumento Iuliani de Fraſſa, Theſaurarij Cameræ Apoſtol. die 20. Aprilis anni 1409. & in alio facto die 17. Maij, & in alijs pluribus, quæ longum eſſet recenſere, vſq; in præſentẽ diem.

14 Quod ſi antiquiores prædictis enunciatiuis Archiepiſcoporum Calaritanorum, ante annũ 1400. non reperiuntur in Archiuo, & Curia Calaritana, ortum eſt, ex combuſtione illius, anterioribus annis, vt manifeſtè cõſtat ex priuilegio quodam Imperatoris Caroli V. conceſſo in fauorem Eſtamenti Eccleſiaſtici, Vrbis Calaritanæ, in quo iuſſit, & lege ſtatuit, ne Eccleſiaſtici Vrbis Calaritanæ tenerentur oſtendere titulum rerũ, quæ poſſidebant, propter combuſtionem (inquit) Archiuorum Ciuitatis Calaris; hoc autem priuilegium, quando fuit oſtenſum D. Ildefonſo, de Lorca, qui primus, inuehit in titulũ Primatis Calaritani, ex Præſulibus Saſſaritanis dicunt ceſſiſſe, & dediſſe manus.

15 In his autem omnibus ſcripturis, verba, licet ſolum enunciatiua, probant propter antiquitatem, *Iaſ. conſ. 56. num. 1. lib. 3. Butri. & Abb. in cap. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſtato, Maſcard. concl. 106. antiq. num. 5. & concluſ. 622. enunciatiua verba num. 15.* præcipuè cum ſint geminatæ in tot inſtrumentis, ſiquidem geminatio iuncta cum antiquitate operatur, & probat, etiam ſi verba ſint enunciatiua, & omiſſa propter aliud, *Crauet. de antiq. temp. par. 1. §. ampliatur nunc num. 14. Maſcar. concl. 106. nu. 10. & cõcl. 622. n. 37.* præcipuè cũ prædictæ enũciatiuæ geminatæ, & continuatæ reperiãtur in diuerſis inſtrumẽtis, *Gratus conſ. 104. nu. 6. & ſeqq. lib. 1. Decian. conſ. 32. nu. 1. in fine, & 92. verſ. non obſtat lib. 2.* Imò quãuis prædictę enunciatiuę ſint eorumdemmet Archiepiſc. Calaritanorum, probant, quia ſunt adminiculatæ, *Put. deciſ. 149. lib. 3. Achil. deciſ. 1. de confeſſ. & deciſ. 8. nu. 4. de iur. patron. deciſ. 130. nu. 2. par. 2.* & fuit deciſum in vna Maceratẽ. hæred. 13. Febr. 1609. coram Mançanedo, & maximè, quia fuerũt prolatæ per modum cauſæ ex citatis authoribus.

Teſti-

Teſtimonijs Sereniſſimorum Regū Hiſpaniæ euincitur Primatus Calaritani. Cap. XIV.

1 SEptimo probatur Primatus Calaritani, teſtimonijs Catholicorū Regum Hiſpaniæ, qui hanc dignitatem Primatialem in Sardinia (quæ, immenſo, & fœliciſſimo illorū imperio, eſt copulata) nō in Turritano, nec in Arboren. ſed in ſolo Calaritano recognouerunt, vt conſtat ex eorū epiſtolis productis in actis; licet autem hæc teſtimonia non cōferāt ius Primatus Calaritano, quia cum Eccleſiaſticum, etiam ſpirituale ſit, ad Reges non pertinet, eſt tamen maximum argumentum melioris iuſtitiæ Calaritani, quod à Sereniſſimis Hiſpaniæ Regibus, ſolus admittatur in ſuo Regno, tamquam Primas, excluſo Turritano, & Arboren. Huc ſpectāt epiſtola, quā Rex Philippus III. videns anno 1609. Archiepiſcopum Turritanum, nouiter titulum Primatis huius Regni, ſibi vſurpaſſe, & ſimul cum Suffraganeis conſtituiſſe Romæ ſuum procuratorem Archipresbyterū Turritanum Figo, vt ſe imiſceret liti antiquæ ſuper Primatu, inter Calaritanum, & Piſanum, ſcripſit dicto Archiepiſcopo Turritano, & alijs, qua iubebat, vt datas procuras reuocarent, ſicut de facto reuocarūt, & deſtiterunt coram Sua Catholica Maieſtate; quā reuocationem miſit Rex Pōtifici Summo, cum vna epiſtola, quæ vocatur de crehentia, vt annueret proponendis ſuper hoc, à ſuo Oratore, tunc Duce Taurizani, qui, nomine ſui Regis, inſtaret & peteret à Pōtifice, vt à Romana Curia egredi cogeret prædictum Archipresbyterū Figo, attēto, quod Turritanus, & eius Suffraganei deſtiterant à vana eorū prætenſione, quam contra Calaritanum ſuper Primatu prius intentarant, in cuius comprobationē, ſuas procuras reuocauerant. Conſtat hoc ex Regia Epiſtola Dat. Matriti die 23. Nouemb. anno 1609. Rebus autem, hac diligentia, pacatis, quia poſt aliquorū annorum curricula, D. Gauinus Manca Archiepiſcopus Turritanus ſucceſſor prioris, voluit iterū renouare hanc litē, & de hoc certior facta ſua Catholica Maieſtas à ſuo Oratore, tunc Eminentiſſimo Cardinali Borja, ann. 1619. ſcripſit aliam epiſtolā ſuper hoc, Summo Pontifici, idem poſtulās, quod in priori, vt ſcilicet repelleret vanum prætenſum dicti Turritani.

2 Anno 1618. quia Turritanus ſinebat imprimi concluſiones ſibi dicatas, in quibus ei deferebatur titulus Primatis, iuſſerūt Miniſtri Regij huius Regni, vt omnes illæ concluſiones vndiq; colligerentur, & ſequeſtrarentur in executionem Regalium ordina-

tionum, Regemque de hoc fecerunt certiorē, per epiſtolas ſcriptas die 2. 14. & 25. Octobris, & die 3. Decembris 1618. & ſua Catholica Maieſtas id ratum habuit, vt conſtat ex eius epiſtola ſcripta die 9. Februarij 1619.

3 Anno 1621. certior factus Rex, Archiepiſcopū Turritanū, non obſtantibus ſuis Regijs decretis, iterum reaſſumpſiſſe titulum ambiti Primatis, ſcripſit aliā epiſtolam die 10. Decēbris eiuſdem anni directam Proregi, & Regiæ Audientiæ Sardiniæ, præcipiens eis, vt admonerent, & ordinarent Archiepiſcopo Turritano, Regio nomine, vt deleret à ſuis litteris, & ſcripturis titulum Primatis nouiter vſurpatum, & de deletis fidem faceret, nec in poſterum admitteretur aliqua eius ſcriptura, cum prædicto titulo.

4 Anno 1624. cum adhuc Turritanus perſeueraret in vſurpatione prædicti tituli, & ſcripſiſſet ad Regiam Maieſtatem, proponendo rationes aliquas ſuæ vanæ prætenſionis, præcepit miniſtris Regijs executionem ſuorum Regalium ordinum, per ſuam epiſtolam ſcriptam die 20. Februarij illius anni, & aliam epiſtolam ſcripſit Archiepiſcopo Turritano, monens eum, vt obſeruaret, quod per Proregem ſuo nomine, fuiſſet ei ordinatum (ſcilicet, vt deleret à ſuis reſcriptis titulum Primatis) reſeruans ei ius in petitorio, vt illud allegaret Romæ coram iudice competente.

5 Ex quibus, & alijs epiſt. (quas eſſet oneroſum referre) conſtat, Sereniſſimos Reges noſtros Hiſpaniæ, ſemper recognouiſſe meliorem iuſtitiam Archiepiſcopi Calaritani, in quo eſt fundatum ius ſui Regij patronatus. Nec poteſt ex aduersò objici fuiſſe illas epiſtolas clam obtentas, atque adeò obrepeticias, & ſubrepeticias inaudita parte, nam contrarium conſtat, ex vltimis epiſtolis relatis, quarum plures fuerunt ſcriptæ cum conſilio, conſultatione, & ſubſcriptionibus Sacri Regij Concilij Aragonū; & quia longum, & oneroſum eſſet omnes illas ad longum hic exprimere, libuit ſolas duas vltimas exarare. Qui voluerit alias legere, videat Dionyſium Bonfant in ſuo tractatu de Primatu Calaritano, Calari excuſo, anno 1637. Tenor autem illarum duarum epiſtolarum talis eſt.

(✠)

Al Muy Reuerendo en Chriſto Padre Arçobiſpo de Saſſer de mi Conſejo.

EL REY.

MVy Reuerendo en Chriſto Padre Arçobiſpo de mi Conſejo; por lo que de mi parte os dixo el Conde de Eril, ſiendo mi Lugartiniente, y Capitan General en eſſe Reyno entenderiades mi voluntad, à cerca de lo que conuenia, no os llamaſſedes, ni intitulaſſedes Primado del dicho Reyno, y por hauer entendido por vna Carta de 12. de Octubre del año paſſado de 1622. las razones que os mouian à perſeuerar en ello, hà parecido eſcriuir à mi Lugartiniente, y Capitan General de eſſe Reyno, lo que del entendereys, encargoos, que cumplays en eſto, lo que de mi parte os dixere, como lo confio de vueſtro zelo de mi ſeruicio, en que le recibirè de vos muy particular. Dat. en el Prado à 20. de Henero 1624.

YO EL REY.

Femat Secret.

Tenor alterius Regiæ Epiſtolæ talis eſt:

A Don Iuan Viues mi Virrey, y Capitan General en el Reyno de Cerdeña.

EL REY.

SPectable Don Iuan Viues, mi Lugartiniente, y Capitan General, Nobles, Magnificos, y amados Conſejeros. La nouedad, y inconuenientes, que cauſaua el llamarſe Primados deſte Reyno, algunos Prelados del, obligò à eſcriuir al Conde de Eril vueſtro anteceſſor en eſſe cargo, y à la Audiencia, la carta que ſe ſigue. EL REY. Egregio Conde pariente, mi Lugartiniente, y Capitan General, Nobles, Magnificos, y amados Conſejeros, tengo entendido, que algunos Prelados deſſe Reyno han intentado, y intentan de poco tiempo à eſta parte, ponerſe titulos nueuos que ſus anteceſſores no tuuieron, ni à ellos ſe les han concedido, ni tocan por ſu dignidad, ni Igleſias, ni en otra manera, y que tambien el Arçobiſpo de Piſa, no ſiendo, como es, de eſſe dicho Reyno, ſe llama, y intitula Primado del, y de

de Corſega, y à titulo de Canciller de la Vniuerſidad del eſtudio de Piſa, ò en otro nombre, deſpacha Priuilegios de Doctores, llamandoſe Primado de Cerdeña, contra lo que por mi parte ſe pretende, como à Patron, que ſoy de la Ygleſia, y Arçobiſpado de Caller, deſeando eſcuſar nouedades, y las competencias, que de eſto pueden reſultar, y preuenir inconuenientes, y que el dicho Arçobiſpo no pueda alegar en tiempo alguno poſſeſſion, de que en eſſe Reyno, quando admitis los Priuilegios de Dotores, y otros grados, y deſpachos, que concede, ſe le admiten, y paſſan con eſſe titulo, ni otro, que no le toque, hè querido encargaros, y mandaros (como lo hago) que ſiempre, que ſe os preſentaren qualeſquier Priuilegios, deſpachos, memoriales, ò peticiones de los dichos Prelados, ò en qualquier dellos, anſi en juizio, como extra iudicialmente, y en eſpecial del de Piſa con ſemejantes titulos, eſteis aduertidos de no admitirlos en eſſa mi Real Audiencia, ni en otro Tribunal alguno de eſſe Reyno, ni permitir, que ſe executen, ſino fuere hauiendo hecho teſtar primero los dichos titulos, ò eſpecificando, que ſean auidos por lineados, y no pueſtos; que à mas de conuenir aſſi, es eſſa mi volontad. Dad. en Madrid à 10. de Dezjembre 1621. YO EL REY. Nicolas Menſa Secret.

Y hauiendo entendido, que no hà tenido deuido cumplimiento, lo que entonces mande, y que el Arçobiſpo de Saſſer continua intitularſe Primado deſſe Reyno, deſpues de hauerle dicho el Conde de Eril de mi parte, q̃ lo eſcuſaſſe, no hauiendo vſado deſte titulo el, ni ſus predeceſſores, ſinò de poco tiẽpo aca, obliga eſto à encargaros, que executeis puntualmẽte lo diſpueſto en la dicha carta, y vos el mi Lugartiniente embiareis al dicho Arçobiſpo la que va con eſta, para el en vueſtra crehencia ſobre eſta materia, y le direis quan ſeruido ſere, de que eſcuſe intitularſe Primado, ni conſienta, que ſe lo llamen, ni intitulen, por la nouedad, y inconuenientes, que deſto reſultan, pues ſi pretenſion tiene en contrario, quanto à la propriedad, lo podra intentar, donde, y quando mejor le eſtuuiere, y auiſareiſme de lo que en eſto hizieredes, y reſpondiere el dicho Arçobiſpo. Dat. en el Prado à 20. de Henero 1624.

YO EL REY.

Femat Secret.

Hc autem Epiſtolæ in latinum verſæ ab interprete Romæ, ſic ſe habent.

Epi-

Epiſtola Sereniſsimi Regis Philippi I I I I. Directa Archiepiſcopo Turritano.

REX.

ADmodum Reuerende in Chriſto Pater Archiepiſcope Conſiliari mi. Per ea, quæ ex parte mea tibi dixit Comes de Eril, tempore quo erat meus locumtenẽs, & Capitaneus Generalis in ipſo Regno, intellexiſti voluntatem meam circa illud, quod expediebat, ne te vocares, neque inſcriberes Primatem dicti Regni. Sed cum per quandam Epiſtolam ſub Dat. 12. Octobris anni 1622. audiuerimus rationes quibus mouebaris ad perſeuerandum in præmiſſis, nobis viſum fuit, ſcribere ad noſtrum Locumtenentem, & Capitaneum Generalem ipſius Regni, illud, quod ab eius ore intelliges. Tibi commendamus, quod circa iſtud facias quidquid tibi ex parte noſtra dicet, prout ſpero, te facturum ex zelo tuo erga ſeruitium noſtrum, in hoc enim nobis ſingulare ſeruicium facies. Datum in Villa del Pardo die 20. Ianuarij 1624.

EGO REX.

Femat Secret.

Epiſtola Sereniſs. Domini Regis Don Philippi Quarti, directa Don Ioanni Viues, Proregi Sardiniæ, cum inſertione alterius Sereniſs. Regis D. Philippi iiij. directæ Comiti de Eril, tunc Proregi.

REX.

SPectabilis Don Ioannes Viues mi Locumtenens, & Capitaneæ Generalis, Nobiles, Magnifici, & dilecti Conſiliarij. Nouitas, & incommoda cauſata, ex eo quod aliqui Prælati ipſius Regni vocarẽt ſe Primates eiuſdem Regni, dederunt occaſionem ad ſcribendum Comiti de Eril veſtro prædeceſſori in ipſo munere, necnon Audientiæ, epiſtolam ſequentem. REX. Egregius Cõmes conſanguineæ mi Locumtenens, & Capitaneæ Generalis, Nobiles, Magnifici, & dilecti Conſiliarij. Audiui, quod nonnulli Prælati ipſius Regni intentarunt, & intentant à modico tempore ſibi tribuere nouos Titulos, quos eorum prædeceſſores non habuerunt, ne que ipſis fuerunt conceſſi, nec ad ipſos pertinent, ratione eorum dignitatis, nec earum Eccleſiarum, nec aliàs. Et quod pariter Archiepiſco-

piſcopus Piſanus, licet non ſit, prout non eſt, ipſius Regni, inſcribit, & intitulat ſe Primatem Sardiniæ, & Corſicæ, & ſub titulo Cancellarij Vniuerſitatis, Studij Ciuitatis Piſæ, aut alio nomine, dat, & expedit priuilegia Doctoratus, inſcribendo ſe Primatem Sardiniæ, contrà prætenſionem meam, in quantum ſum Patronus Eccleſiæ, & Archiepiſcopatus Calaritani. Deſiderans igitur euitare nouitates, & competentias, quæ inde oriri poſſunt, & incommoda obuiare, & ne dictus Archiepiſcopus aliquo vnquam tempore poſſit allegare poſſeſſionem, & quod in ipſo Regno, quando admittitis priuilegia Doctorum, & alios Gradus, & expeditiones per ipſum factas, & conceſſas, admittantur ſub dicto Titulo, nec alio illi non competente, volui vobis commendare, ac etiam mandare (prout facio) quod quotieſcunque vobis præſentabuntur quæcumque priuilegia, expeditiones, memorialia, aut ſupplicationes dictorum Prælatorũ, aut cuiuſlibet eorum, tàm iudicialiter, quàm extraiudicialiter, & in ſpecie, Piſani, cum ſimilibus Titulis, illa nullatenus admittatis in ipſa mea Regia Audientia, neque in aliquo alio Tribunali ipſius Regni, nec permittatis, quod exequantur, niſi prius deletis dictis Titulis, aut ſpecificato prius, quod habeantur pro deletis, & non poſitis. Nam ultrà quod ita expedit, hæc eſt voluntas mea. Datum Matriti die 10. Decembris 1621. EGO REX. Nicolaus Menſa Secretarius. Et cum audiuerim, quod illud, quod tunc mandaui non habuit effectum, & quod Archiepiſcopus Turritan. perſeuerat in inſcribendo ſe Primatem ipſius Regni, poſtquam Comes de Eril ex parte mea illi dixit, quod non vteretur tali Titulo, cum neq; ipſe, neque illius prædeceſſores, illo vſi fuiſſent, niſi à modico tempore. Hoc cogit nos commendare vobis, quod ad pedem litteræ exequamini diſpoſita in dicta epiſtola. Et tu mi Locumtenens, mittas ad dictum Archiepiſcopum epiſtolam, quam cum præſenti mitto, illi directam ſub tua fide, circa hanc materiam, illiq́ dices, quod mihi magnum faciet ſeruitium, in excuſando inſcribere ſe Primatem, nec permittat, quod ipſum vocent, nec nominent talem, propter nouitatem, & incommoda inde reſultantia. Nam ſi habet prætenſionem contrariã, quantum ad proprietatem poterit cauſam mouere, vbi, & quando melius ei oportebit; Quidquid autem in præmiſſis facies, & reſponſum, quod dabit dictus Archiepiſcopus mihi ſignificabis. Datum in villa del Pardo die 20. Ianuar. 1624.

EGO REX.

Femat Secretarius.

Tandem anno præterito 1637. die 16. Maij ſcripſit alias epiſtolas directas Archiepiſc. Turritano, & coadiutori Archiepiſc. Arboren. ſimulq́; Proregi, & Regios Cõſiliarios, hoc ipsũ iubens, tenor autem epiſt. ſcriptæ ad Proregem, & Regijs Conſiliarijs, talis eſt.

A los

A los Illuſtre Marques de Almonaſir Primo, mi Lugartiniente, y Cap.general, Nobles, Magnificos, y amados Conſejeros, Regente la Cancilleria, y Doctores de la Real Audiencia de mi Reyno de Cerdeña.

Illuſtre Marques de Almonaſir primo, mi Lugartiniente, y Capitan General, Nobles, Magnificos, y amados Conſejeros. Porque he entendido que los Officiales del Arçobiſpo de Saſſer, y el Coadiutor del de Oriſtan, en todos los deſpachos, que llegan à ſus manos del Arçobiſpo de Caller, borran el titulo de Primado de eſſe Reyno, y Corſega, y que en ſus deſpachos ſe intitulan con el dicho titulo de Primado, de lo qual ſe originan inconuenientes de mucha conſideracion, contra lo que ſobre eſto eſtà diſpueſto en cartas, y ordenes Reales, y es juſto repararlos, hà parecido encargar à los dichos Arçobiſpos en las cartas, que van con eſta, que de ninguna manera ſe intitulen Primados, y que juntamente ordenen à ſus Officiales, que no tilden, ni borren en los deſpachos del dicho Arçobiſpo de Caller eſte titulo, y he querido encargar, y mandaros, eſteis aduertidos de que ſe executen, y cumplan dichos ordenes, con que me ſeruireis. Dat. en Madrid à 16. de Mayo 1637.

YO EL REY.

I. Laurentius de Villanueua.

V. Dux.
V. D. Franc. de Caſtelui ℞.
V. Baietola ℞.
V. Siſternes ℞.
V. Magarola ℞.
V. Morlanes ℞.

In Latinũ verò verſæ huiuſmodi epiſtolæ ab interprete Romæ, ſic habent.

Ill. Marquioni de Almonaſir conſanguineo meo, Locumtenenti, & Cap. generali, Nobilibus, Mag. & dilectis Conſiliarijs, Reg. Cancell. & Doct. Regiæ Aud. mei Regni Sardiniæ.

loco ✠ Sigilli Armorum Regis.

REX.

Illuſtris Marchio de Almonacir conſanguineæ mi Locumtenens, & Cap. Generalis, Nobiles, Magnifici, & dilecti Conſiliarij. Cum ad meam peruenerit

notitiam, quod Officiales Archiepiſcopi Turritani, & coadiutor Epiſcopi Arboren. in omnibus expeditionibus, ſiuè litteris Archiepiſcopi Calaritani peruenientibus ad ipſorum manus, delent titulum Primatis ipſius Regni, & Corſicæ, et quod in eorum expeditionibus, ſiuè litteris, vtūtur dicto titulo Primatus, & inde cauſantur, & oriuntur incommoda magnæ conſiderationis, & momenti contra illud, quod in hac materia fuit diſpoſitum per medium litterarum, & ordinum Regiorum, & eſt iuſtum ea obuiare, ideò nobis viſum fuit commendare, ſeu ordinare dictis Archiepiſcopis per medium epiſtolarum, quæ, cum præſenti tranſmittuntur, quod nullo modo inſcribāt, ſeu intitulent ſe Primates, & ſimul ordinent eorum officialibus, quod non deleant, nec auferāt in expeditionibus, ſeu litteris dicti Archiepiſcopi Calaritani hunc titulum, & volui commendare, ac mandare, vt animaduertatis, quod exequantur, & adimpleantur dicti ordines. In hoc enim mihi ſeruitium facietis. Datum Matriti die 16. Maij 1637.

EGO REX.

Vidit Dux.
V. D. Franc. de Caſtelui ℞.
V. Bayetola ℞.
V. Siſternes ℞.
V. Magarola ℞.
V. Morlanes ℞.

Io. Laurentius de Villanueua Secret.

Ita interpretatus fui, ego Iacobus Morer Elnen. Diœceſ. ex Hiſpano in Latinum ſermonem, facti ſubſtātia in aliquo non mutata. Ideò in fidem, &c. Romæ die 2. Ianuarij 1638.

Iacobus Morer.

Hæ autem Epiſtolæ Regiæ ſcriptæ matura deliberatione habita, & ſuffragijs Supremi Senatus Regij, licét nō conferant vim, vt dictum eſt, tamen præbent vrgens adminiculum, vt in ſimili dixit Rota in cauſa Cæſarauguſtana Cathedralitatis, coram R. P. D. Decano Coccino, ad fauorem B. M. V. de Pilari, referens quādam ſenten-

ſententiam latam anno 1605. per Concilium Regni Aragonum, inter eandem Eccleſiam de Pilari, & omnes alias eiuſdẽ Regni Cathedrales, ſuper præcedentia in Comitijs generalibus, in qua fuit declaratum Eccleſiam de Pilari fuiſſe antiquitus Cathedralem; ex hac enim ſententia licet in Curia ſæculari emanata dicit Rota ſe deſumere adminiculum, vt apud *Seraphin in deciſ. 1047. nu. 3. & 4* in Mediolan. decimarũ de Variſio 30. Maij 1615. coram R.P.D. Pirouan.

Confeſſione, & atteſtatione totius Regni Sardiniæ in comitijs generalibus probatur Primatus Calaritanus. Cap. XV.

1 PRobatur etiã Primatus Calaritanus, ex cõfeſſione, & atteſtatione totius Regni, in comitijs celebratis anno 1603. in quibus præfuit Comes Eldenſis Prorex, & Capitaneus generalis, nomine, & authoritate Regia; in quibus totum Regnum, & eius nomine tria Eſtaměta, Eccleſiaſticũ, Militare, & Regale, ſupplicarũt Catholicam Maieſtatẽ, vt à ſua Sanctitate, enixe poſtularet declarationem litis Primatuſ, inter Calaritanum, & Piſanum; in fauorem Calaritani, recognoſcẽtes, ſolum Calaritanum in Sardinia eſſe verum Primatem, nulla facta mentione Turritani, nec Arborenſis.

2 Imò hinc euidenter infertur, quam moderna ſit violenta vſurpatio huius tituli Primatis ab Archiepiſcopis Turritano, & Arboren. qui eo tempore, nec ſomniabant de arrogando ſibi hoc iure, & titulo, quia procuratores Archiepiſcoporum, & Capitulorũ Turritan. & Arboren. & Sindici illarum Ciuitatum, non ſolum non reclamarunt, nec contradixerunt (quod feciſſent ſi horum Archiepiſc. & Eccleſiæ, aliquod ius habuiſſent, ſaltim apparens) imò vnanimiter conſenſerunt, vt apparet ex actis illius Parlamẽti, quod eſt ſignũ euidens ex immemoriali traditione, & poſſeſſione huius Regni, ſolum Archiepiſcopum Calaritanum fuiſſe exiſtimatum, nũcupatum, & habitum pro Primate. Exemplar autem illius confeſſionis, & petitionis prouiſç, eſt tenoris ſequentis.

Oblata per Michaelem Catala, Sindicum Reuerendiſſimi Eſtamenti Eccleſiaſtici, Antonium Forteſa, Sindicum Eſtamenti Militaris, & Melchiorem Torella Sindicum Eſtamenti Regalis, die 9. Maij 1603. Calari.

Illuſtriſsimo Señor Lugarteniente, Capitan General, y Præſidente en el preſente Real General Parlamento, &c.

DEſeando los Eſtamentos del preſente Reyno, Eccleſiaſtico, Militar, y Real dar aſſiento en las coſas del bien publico, y comun del dicho Reyno, en eſpecial en que las cauſas Eccleſiaſticas, como es razon, tengan vn ſupremo juez, y cabeça, por la qual ſe hayan de concluir, y determinar, y deſagrauiar à los que en las Curias inferiores, por ventura recibieren algun agrauio, y ſabiendo la preheminencia del Arçobiſpo de Caller deſde la primitiua Igleſia, por la qual deuidamente es tenido, y reputado por Primado, aunque por la indeuida pretenſion del Arçobiſpo de Piſa no puede por aora vſar de la juriſdiciō Primacial, que le compite. Por todo lo qual, y por lo que conuiene al ſeruicio de Dios, y de ſu Mageſtad de que vn Arçobiſpo, que no es vaſallo ſuyo, ſino de vn Duque particular, no pretenda tener, juriſdicion en Reynos de ſu Mageſtad, ſupplican los dichos Eſtamentos à V. S. Illuſtriſſima, ſupplique à ſu Mageſtad, que mande eſcriuir encarecidamente al Embaxador de Roma, paraque de parte de ſu Mageſtad con todas veras ſupplique à ſu Santidad, ſea ſeruido hazer determinar la cauſa, que vierte muchos años hà, entre el Arçobiſpo de Caller, y el de Piſa, ſobre el dicho titulo, y juriſdicion de Primado, obrando de manera, que pueda con effecto el dicho Arçobiſpo de Callar exercer ſu juriſdicion Primacial perteneciente à ſu dignidad, lo qual dizen, y ſupplican omni meliori modo, &c. & licet, &c. Altiſſimus.

Franciſ. Atzeni, Aduoc. Eſtamenti Militaris.	*Soler Eſtamenti Ecc. Aduoc.*	*Maſons Eſtamenti Regalis Aduoc.*

Su Señoria Illuſtriſ. lo repreſentarà, y ſupplicarà con cartas à ſu Mageſtad, como ſe le ſupplica, por las razones dichas, como coſa tan juſta, razonable, y conueniente.

Prouiſa per Illuſtriſſimum Dominum Locumtenentem, & Capitaneum Generalem, & Præſidem iſtius Regij Generalis Parlamenti, in dicto Parlamento die 9. menſis Maij anno Domini 1603. Calari.

Ferdinandus Sabater Not. & Secr. pro hærede Serra.

Hæc autem petitio, ſeu ſupplicatio totius Regni in Latinum verſa ab interprete Romæ ſic habet.

Illu-

Illuſtriſsime Domine Locuntenens, & Capitanee Generalis, & Praſes in hoc Regio Generali Parlamento, &c.

DEſiderando tria Eſtamenta huius Regni, Eccleſiaſticum, Militare, & Regium, componere res boni publici, & cōmunis, dicti Regni, & in ſpecie, & cauſæ Eccleſiaſticæ, prout æquitas poſtulat, habeant Supremum Iudicem, & caput à quo debeāt determinari, & ſubleuari illi, qui in Curijs inferioribus, fortaſſis fuerint aliquo modo grauati, & ſciendo præheminentiam, & antiquitatem Archiepiſcopatus Calaritani, ab exordio primitiuæ Eccleſiæ, qui propterea, meritò tenetur, & reputatur pro Primate, licet propter indebitam prætenſionem Archiepiſcopi Piſani, non poſſit pro nunc vti iuriſdictione Primatiali, illi competente; Idcoque, & pro eo, quod conuenit ſeruitio Dei, & ſuæ Maieſtatis, quod Archiepiſcopus, qui non ſit illius vaſſallus, ſed Ducis particularis, non prætendat habere iuriſdictionem in Regnis ſuæ Maieſtatis, ſupplicant dicta Eſtamenta, quatenus Dominatio veſtra Illuſtriſſima, dignetur ſupplicare ſuæ Maieſtati, quod mandet ſcribi enixè Oratori Catholico in Vrbe, quod ex parte ſuæ Maieſtatis, ex omni cordis affectu ſupplicet Sanctiſſimo, quatenus dignetur mandare determinari cauſam, quæ inter Archiepiſcopum Calaritanum, & dicto Archiepiſcopum Piſanum, ſupra dicto titulo, & iuriſdictione Primatis, multis ab hinc annis, refertur introducta, taliter, quod poſſit cum effectu dictus Archiepiſcopus Calaritanus exercere prædictam Primatialem iuriſdictionem, dictū Archiepiſcopatui competentem, quod dicunt, & ſupplicant omni meliori modo, &c. Altiſſimus, &c.

Franciſcus Atzeni Aduocatus Eſtamenti Militaris, &c.
Soler Eſtamenti Eccleſiaſtici Aduocatus, &c.
Maſons Eſtamenti Regalis Aduocatus, &c.

Dominatio ſua Illuſtriſſima illud repræſentabit, & ſupplicabit litteris ſuis, ſuæ Maieſtati, ſicuti ſupplicatur ex cauſis, & rationibus præſentis ſupplicationis, tamquam quid adeò iuſtum, æquum, & conueniens.

A proceſſu Regij Generalis Parlamenti, quod celebratum fuit nomine ſuæ Regiæ Maieſtatis in præſenti Ciuitate, & Caſtro Calaris, per Illuſtriſſimum Don Antonium Coloma Comitem de Elda, tunc Locuntenentem, & Capitaneum Generalē iſtius Regni, cum interuentione trium Eſtamentorum, recondito in Scribania Locumtenentiæ Generalis, Calari conſtructo. Copia huiuſmodi in præſenti folio, licet alieno calamo ſcripta, extrahitur, prout facit fidem Ferdinandus Sabater Notarius, & Secretarius Regiæ Audientiæ, pro hærede Serra, inſtante Venerab. Fiſco Menſæ Archiepiſcopalis Calarit. præcedente mandato, hæc ſubſcribens die 7. Menſis Aprilis, anno à Natiuitate Domini 1607. Calari.

Prædicta autem omnia adminicula ſimul iuncta, ponderari debere, aduertit *Rota, eadem deciſ. per gloſ. in l. 2. in verb. legitime ff. de excuſat. tut. Dec. conſ. 146. num. 14. verſic. ſexto, & vlt. Socin. conſ. 89. num. 9. verſic. quo ſupoſito lib. 1. Parıſ. conſ. 104. num. 16. vol. 2.* & fuit conſideratum in cauſa Bonon. fideicommiſſi de deſiderijs 26. Iunij 1626. coram R.P.D. Mellino, & in cauſa Viterbien. Caſtrorum 21. Iunij 1638. coram Domino Coccino, cum certi iuris ſit probationes, ſeſe adinuicem coadiuuare, *vt per ſcriben. in cap. cum cauſa, iuncta Gloſ. in verbo adminicula de probat. Butr. in cap. vniones il 1. de teſtibus, Ancharan. conſ. 376. nu. 4. Alex. conſ. 53. num. 4. lib. 1. cum alijs, per Rotam deciſ. 361. num. 2.* poſt ſecũdum volumen *conſ. Farinacij*, maxime cum verſemur, non ſolum in antiquiſſimis, inquibus leuiores probationes, per inditia, coniecturas, ac præſumptiones ſufficiunt, *Bald. in l. indicia num. 5. C. de rei vendic. & in Authen. quas actiones num. 18. verſic. idem ratione C. de Sacroſanc. Eccleſijs, Soccin. conſ. 205. num. 13. lib. 2. Couarr. pratic. cap. 21. nu. 7. Caſſad. deciſ. 3. num. 2. de procurat. Seraprh. deciſ. 462. num. 9.* ſed etiam his in Regionibus, in quibus propter ſtatus mutationem, Regnorumque reuolutiones, antiquitatum veſtigia perierunt.

Ex conſeſſu, & Subſcriptione Calaritani, inter veros Primates, in antiquis Concilijs generalibus, probatur illius Primatus. C. XVI.

1 NONO probatur Primatus Calaritani ex ſubſcriptionibus, & conſeſſu illius inter proprios, & veros Primates, & cum immediata præcedentia ad plures ex illis in antiquis Cõcilijs generalibus.

2 Et licet hic argumentandi locus ab ordine ſubſcriptionum petitus, non videatur magnam vim facere Alberto Picolo, de antiquo iure Eccleſiæ, ſiculæ p. 2. c. 7. quippe ordo ille non ad prærogatiuam ſedium pertinuit (vt ait ipſe) ſed ætatem demonſtrabat. Idque probat in primis exemplo Mediolanenſis, & Rauennatis, ex quibus interdum, prior dixit ſententiã Mediolanenſis Epiſcopus, vt in duobus concilijs Rom. ſub Symacho, interdum verò Rauẽnas, vt in Concilio Romano relato ab Azor. inſtitut. moral. par. 2. cap. 36. *nam hæc diſcriminis ratio, tempus ordinationis, nõ Eccleſiarum dignitatem indicabat*, inquit Gracianus diſtin. 17. Secundo probat exemplo Concilij Aquileyenſis, in quo interfuit D. Ambroſius, Mediolanenſis Epiſcopus, & inco ante Diogenem Genuenſem, Philaſtrius, ſeu Philaſter, ponitur Brixianus Epiſcopus; In Concilio

verò

verò Mediolanenſi, priorem locum obtinet Paſchalis Genuenſis Antiſtes, & poſt alios ſubſcriptus legitur Octauius Brixiẽſis. Quod etiam probat authoritate Auguſt. epiſt. 15. & alijs.

3 Sed hæc exempla ſolum probãt, in Epiſcopis eiuſdem gradus fuiſſe ſeruatũ ordinem antiquioris Conſecrationis, vt conſtat inter Rauennatem, & Mediolalanenſem, qui ambo erãt Primates, & in ſecundo exẽplo Genuẽſis, & Brixiani, qui ambo erãt ſolùm Epiſcopi. Nã vt notauit Baron. tom. 6. anno 451. num. 16. ex ſubſcribentium Antiſtitũ, ſerie, colligitur prærogatiua tẽporis, quo quiſque primum in Epiſcopatu ſedere cœpit, qui ordo fuit ſeruatus inter Epiſcopos Numidias, vt colligitur ex illa epiſtola Augu. inter quos nullus erat Archiepiſc. quod idem in Anglicana Synodo ſãcitum fuit, teſte Beda, lib. 4. c. 5. Hiſt. Anglicanæ.

4 Tertio probat Piccolus ſuam ſententiam, ex eo, quod neq; vlla Metropoliticæ dignitatis rõ fuit, habita in conſeſſu, & in rogandis ſententijs, ſed antiquior in Epiſcopatu ætas. Hoc indicat Vigilij PP. conſtitutum, apud Baron. to. 7. anno 553. num. 213. cui Ioãnes Epiſcopus Marçorum, & Zachæus Scillitanus, ante Paſtorem Iconij, & Vincentium Claudiopolis, Metropolitanos, ſubſcripſere. Indicat Cõc. Romanũ ſub Hilario, in quo Maximus Taurinẽſis, primo loco poſt Rom. Pontificem, ſentẽtiam dixit, multò ante Ebrenudenſem, Mediolanenſem, alioſq; Archiepiſcopos. Suffragantur prædictis, Synodi Romanæ, ſub Agatone acta, in quibus Eboracenſis, Arelatẽſis, Mediolanenſis, & plerique alij Metropolitani, neque inter ipſos collati, legitimum Eccleſiarum ordinem ſeruãt, & promiſcuè poſt multos ſecundarum Sedium, locum ſortiuntur. Idem in Epheſino 1. In Tarraconẽſi 1. In Epaunenſi, Aurelianenſi 1. 2. & 3. & in alijs Concilijs ex eorũ actibus, & ſubſcriptionibus probari põt.

5 Denique probat exemplo Diui Euſebij, & Dionyſij, allato à S. Ambroſio ſerm. 69. in Cõc. Mediolanenſi ſub Liberio PP. & Cõſtãtio Imperatore, anno 355. celebrato, in quo Dionyſius Mediolanenſis, qui damnationi Athanaſij, Arianorum fraude impulſus, ſubſcripſerat, facti mox pœnitens, Euſebij Vercellenſis, ſui nimirũ ſuffraganei conſilio, ſubſcriptionẽ reuocauit, monitus enim Euſebius, vt Dionyſij exemplo, & ipſe ſubſcriberet, viſus eſt illis annuere, ea tamen lege, vt in ſerie chirographorũ, Euſebij ſubſcriptio, Dionyſianæ præponeretur, affirmans, *indignum eſſe, Dionyſium iuniorem Epiſcopum, ſibi ſeniori, & veluti parenti, filiũ præferri.* Quo dicto Ariani permoti, quibus

bus nihil eſſet optatius, quam, vt Euſebiū toti occidentis orbi, ſanctitate conſpicuum, ad ferendam ſentētiam in Athanaſium atraherent; ſtatim Dionyſij nomine, è tabella expuncto, ſubſcribendi prærogatiuam Euſebio detulere. Sed ille, detecta cauſa fictionis, Arianos irridēs, negauit ſe illorum ſceleribus immiſcere, & Dionyſium alterius iam eſſe ſententiæ dixit.

6 Sed eſto verum ſit, aliquando, iuſtis de cauſis (vt præſumēdum eſt) in aliquibus Concilijs nō fuiſſe ſeruatum ordinem præcedentiæ in ſubſcriptionibus, vt in exēplis allatis, & in alijs manifeſtè conſtat. Tamen negari non poteſt, in alijs Concilijs fuiſſe ſeruatam prærogatiuam ſedium, licèt inter æquales, antiquior Prælatus fuerit, quod non ſolùm in Concilijs poſt annum milleſimum, vſque ad vltimum Tridentinum celebratis, ſed etiam in alijs antiquioribus referendis in fauorem Calaritani, perſpicuū fiet, & confirmatur manifeſtis inſtantijs.

7 Prima eſt, quia in Cōc. Niceno 1. ſtatutum fuit, vt ordo præcedētiæ ſeruaretur cum Primate Seleuciæ, eique 6. locus inter Primates Græciæ fuit præfixus, vt conſtat Canon. 34. ex collectis per Piſanum 1. tomo Conciliorum impreſſ. Coloniæ pag. 336. ibi, *& ſedes eius in Cōcilio debet eſſe ſexta poſt Epiſcopum Hieroſolymitanū, & quicumque hanc conſtitutionem violauerit, Synodus eum excommunicat.*

8 Secundo probatur ex lite, quæ ſuper hac præcedentia fuit inter Patriarchas maiores, vt referunt *Leo. 1. epiſt. 51. & ſequentibus, Gelaſius epiſt. ad Fauſtum, & Gregor. Papa epiſt. 82. lib. 4.* quæ lis fuit poſteà deciſa, vt conſtat *ex cap. Conſtantinopolitani diſtinc. 21. & cap. antiqua de priuilegijs.*

9 Tertio probatur ex lite, quam refert Azor. inſtitu. moral. par. 2. c. 36. ſecutus Hierony. Rubeum, & alios, fuiſſe in vno Concil. Romano, tempore Clementis Secūdi, inter Primates Aquileien. Rauēnat. & Mediolanen. ſuper præcedentia locorum, & conſeſſuū. Porrò ſi in antiquis Concilijs nō fuiſſet ſeruatus ordo præcedētiæ in conſeſſu, & ſubſcriptionibus, nō fuiſſet occaſio litigandi ſuper præcedentia inter illos tres Archiepiſcopos.

10 Addo quotieſcunque contrarium non conſtat manifeſtè, vt cū promiſcuè inter ſe mixtæ, inueniuntur ſubſcriptiones Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & priores aliquę Epiſcoporū, ante ſubſcriptiones aliquorum Archiepiſcoporum, quo clarè euincitur non fuiſſe ſeruatū ordinem præcedentiæ, in reliquis omnibus, eſt firma præſumptio obſeruatū fuiſſe, quia & iuri conſentaneū, & naturali inclinationi pro-

proprium eſt, primos acubitus, præcipuè ſibi debitos, omnes velle, & procurare.

10 Ex quibus infertur ſeſſionem, & ſubſcriptionem ſuperiorē reliquis Archiepiſcopis, inter veros Primates, eſſe actum, & notā veri Primatis. *ex cap. Epiſcopis diſt. 17.* ibi, *attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare*; ex Gloſa, ibi, *generale eſt, quod qui prius dignitatem receperunt, præferendi ſunt alijs, &c. Niſi ſint loco Metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, qui licèt ſint poſterius ordinati, tamen præponuntur, & in cap. placuit diſtinct. 18.* ibi, *Placuit, vt cōſeruato Metropolitani Primatu, cæteri Epiſcopi, ſecundum ſuæ ordinationis tempus, alius alio deferat locum, Burch. lib. lib. 1. cap. 55. Iuo par. 5. cap. 165. Pann. lib. 4. cap. 20. Card. Zabarell. conſil. 30. nu. 6. ſequent. Card. Tuſch. to. 2. concl. 430. num. 20. Antonius de Pratis in ſuo clypeo Paſtorali, fol. 25. pag. 1. in fi.*

Primum Concilium generale, in quo Archiepiſcopo Calaritano fuit datus locus inter Patriarchas, & Primates. Cap. 17.

1 PRimum generale Conciliū, in quo Archiepiſcopus Calaritanus locum habuit inter Patriarchas, & Primates, fuit Nicenum primum, celebratum ſub Syluestro anno 325. in quo licet ex ſubſcriptionibus Prælatorum illius Concilij, hoc nō poſſit euinci, ſubſcripſerunt enim ibi PP. ſecundum ordinē Prouintiarū, vt ibi conſtat, tamen in Cathalogo Antiſtitum, quibus Conc. amandauit curam promulgationis eorum, quæ in illo Concilio decreta fuerūt in omnibus mundi Prouintijs, verſo ex Arabico, vt refert Franciſcus Turrianus *tom. 1. Conciliorum impreſſ. Coloniæ pag. 347. et 357.* inuenitur Protogenes Archiepiſcopus Calaritanus dictus, ibi, *admirabilis*, inter duodecim illos Patres, Patriarchas, & Primates, qui fuerūt Primi in ſubſcriptionibus Prouinciarum illius cōcilij, & cum immediata præcedētia ad Carthaginenſem, qui ſine dubio erat Primas Africæ. Porrò verè conueniens fuit, vt hoc negotiū demandaretur Patriarchis, Primatibus, & maioribus Prælatis Prouinciarum, quia ſi ad Primates pertinet cura maiorū rerū fidei, & Eccleſiæ, vt inferius dicemus; poſt celebrationem Concilij Niceni, nulla maior potuit occurrere, quā promulgatio fidei, in illo decretæ, ſeu ſtabilitæ, per omnes mundi Prouincias, ideò enim in fine illius Cathalogi, nūcupantur duodecim illi viri Apoſtolici, nam inſtar Apoſtolorum, & numero, & officio, fidem Catholicā, quā Apoſtoli per totum orbem diſſeminarunt, & Concilium Nicenum ſtabiliuit, & corroborauit, illi etiam promulgarunt

runt, vt verè de illis etiā dici potuerit, ſicut, & de Apoſtolis. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Pſalm. 18.

2 Neque cõtra hoc obſtat, quod in illo Concilio Protogenes nuncupetur Epiſcopus Sardicenſis in Prouincia Dacia, nam hoc fuit per errorem amanuentium, ſcribentium loco *Sardinienſis* in Sardinia, Sardicẽſis, in Dacia, vt optimé notarunt Illeſcas in ſua Hiſtoria Pontificali, in vita Iulij I. & Fara lib. 1. de rebus Sardois pagina mihi 79. ad annum 325. Idq; probatur triplici ratione. Prima, quia in Prouincia Daciæ, nũc dicta Trãſiluania, nõ datur Epiſcopus Sardicenſis, vt conſtat ex Rebuff. in praxi benefi. & in indice Prouinciali Eccleſiarum totius orbis, & ex Mirreo in lib. notiæ Epiſcopatuũ orbis Chriſtiani lib. 2. ex Abbate Ioachim ſuper Iſaiam, & ex Thoma Porcacchio in deſcriptione Mapæmundi, & alijs, imò ex his neque *Vrbs Sardica in Tranſiluania*. Secũdo, quia Eccleſia Sardicenſis eſt in Lydia, cuius Epiſcopus nuncupatus Artemidorus interfuit illi Concilio Niceno, ſimul cum Protogene, ex quo claré euincitur error, & Protogenem fuiſſe Epiſcopũ Sardiniæ, non Sardicenſem, quia eiuſdẽ Eccleſiæ duo Epiſcopi ſimul eſſe non poterant.

3 Tertio, quia in Concilio Sardicenſi celebrato anno 337. adfuit idem Protogenes, vt inter alios habet Baron. ad illum annũ, & Concil. Sardicenſe prędictum, ſub Iulio I. celebratũ, & habetur t. 1. Cõcil. impreſ. Pariſ. 1636. p. 540. & 150. & ibi cõmiſſus fuit error ſcribẽtium incuria, vt pro Sardinienſi poneretur Sardicenſis, at Protogenem fuiſſe Epiſcopum Sardiniæ, & non Sardicenſem in Lydia, vel in alia Prouintia, probatur rurſus ex Epiſto. Synodali illius Concilij Sardicenſis ſcripta ad Eccleſiam Alexandrinam, vt habetur 1. tom. Concil. pag. 437 in qua numerantur aliquæ Prouintiæ Prælatorum, qui in ea Synodo interfuerunt, & inter eas Sardinia; igitur Protogenes ibi ſubſcriptus, fuit Epiſcopus Sardiniæ, ſiquidem in nullum alium cadere potuit æquiuocatio Sardicenſis pro Sardinienſi: nam quãuis in Tracia nunc dicta Romania inueniatur Vrbs Sardica, vbi fuiſſe celebratum Concilium Sardicenſe, anno 347. tempore Iulij PP. I. ſcribit Ciaconius in geſtis Summ. Pontifi. to. 1. fol. 100. littera F. Baro. & alij, tamen Protogenem non fuiſſe Epiſcopum illius Sardicæ, probant, tum epiſtola Synodalis relata illius Concilij, tum etiam authoritas Baronij ad illum annum, qui ait Protogenem fuiſſe Epiſcopum occidentalem, & Sardica Traciæ, ſicut Sardis Lydiæ ſunt Orientales,

Sar-

Sardinia verò ſola, occidentalis, ſecundum diuiſionem Romani Imperij factam à Conſtantino.

4 Tum denique, quia in Sardica Traciæ, nullus reperitur Epiſcopatus, neque in Rebuffo ex praxi, & libro Cancellariæ Apoſtolicæ, ex antiquiſſimis monumẽtis extractæ. Neque Abbas Ioachim ſuper Iſaiam, neque Mirræus in noticia Epiſcopatuum orbis, neque Thomas Porcaci, in deſcriptione Mapæmundi, neque vllus alius eius meminerint, præſertim cum non inueniatur inter Epiſcopos Thraciæ, ſub Archiepiſcopo Philipolitano, cum Sardica à Philipoli, ſolo montis interſtitio, ſit ſeparata, vt notauit Baronius tom. 3. ad annum 346. & 347.

5 Addo, quod antiquitus Sardica Thraciæ, quam Tryadizã, ex Turcis, Sophianus vocauit, & ante illũ Glycas, Io. Lidus, Cedrenus & Cunopalates, non Sardica, ſed Sardice vocabatur, vt meminit Goltzius ex veteri inſcriptione, & in numo æreo Caracallę, apud illum eſſe affirmat Hortellius, & in antiquo lapide Thracię Serdicæ, memoriam eſſe, teſtatur idem & Baronius tom. 3. Annal. anno Chriſti 317. Sylueſtri pag. 4. fol. 161. lit. D. adducit reſcriptum Imperatoris Conſtãtini, cõſignatum illius anni Conſulibus, ad Octauianum Hiſpaniarũ Comitem, quod incipit, *Quicunque clariſſimæ dignitatis virginem rapuerit; &c.* Datum pridie nonas Decembris. Sardicæ Acc. 5. nonas Mart. ex quo non Sardicam, ſed Serdicã fuiſſe vocatam, & vocari debere, colligitur, licèt Sardicam vſitatius dici, aduertat idem Baronius cum Caliſto, Niceta, Socrate, & alijs relatis ab Hortelio. Sed addere Baronius debuiſſet, corrupto vocabulo Sardicæ, pro Serdica, quãdoquidem ex ſupradictis conſtat, antiquitus Serdicam fuiſſe appellatam non Sardicam, & inde Cõcilium Serdicenſe, non Sardicenſe nuncupari, licet corrupto vocabulo, & impreſſorum incuria, contrarium acciderit.

6 Cũ igitur in antiquiſſimis codicibus Cõciliorũ reperiatur Protogenes Sardicenſis, & nõ Serdicenſis, conſtat etiã ex hoc capite, Protogenẽ nõ fuiſſe Epiſcopum Serdicæ Thraciæ. Vnde cum neque potuerit eſſe Epiſcopus Sardicæ Daciæ, vel quia nulla datur in ea vrbs Sardica, diſtincta à Sardica Thraciæ, vt dubitauit Hortellius in ſuo Theſauro Geographico, vel quia, licet fuerit in Dacia vrbs Sardica, vt referunt Eutropius, Antoninus, & Suidas, relati ab Hortellio, tamen cũ nullus in ea fuerit vnquã Epiſcopatus, vt ex prouinciali, & alijs authoribus relatis conſtat, ſequitur Protogenem ſolum fuiſſe Epiſcopũ Sardiniæ, vt Illeſcas, & Fara notarũt.

7 Quod ſi obijcias Baroniũ to.3. Annal.ad annum 317.fol. mihi 161.litt.B. vbi ait, in hac Sardica Thraciæ præfuiſſe Cõſtantini tẽporibus Protogenem. Et confir. primo,quia videtur incredibile vrbem clari nominis,qualis erat Sardica Thraciæ, in qua Conſtãtinus Imperator aliquandiu habitauit,vt notauit Baron.ad annũ 346. & 347. Et in qua celebratũ fuit Conciliũ generale Sardicenſe (non in Sardis Lydiæ, vt notauit idem Baronius ad prædictum annum) nõ habuiſſe ſedem Epiſcopalem, vel Archiepiſcopalem. Confirmatur ſecundo, ex epiſto. 10.lib.4.D.Greg.ſcripta ad Fœlicem Sardicæ Epiſcopum, quem ait ab Epiſcopo primæ Iuſtinianæ,ſiuè Acridæ, quę eſt in Bulgaria,fuiſſe ordinatum, & illi debere eſſe ſubiectum. At ordinatio, & iuriſdictio antiquitus pertinebat ad Metropolitanum, ſeu Primatem, ergo dabatur Epiſcopatus in Sardica, quæ eſt confinis Bulgariæ. Confirmatur tertiò, quia Dorotheus in cathalogo 70. Diſcipulorum Chriſti dixit,Beatum Clementem fuiſſe Epiſcopũ Sardicæ,quę nunc Thriadiza vocatur,in Thracia.

8 Reſpondetur in primis Baroniũ nullo niti authore ad hoc aſſerendum, quia nullum affert. Deinde cõtrà eius authoritatem præponderant nuper dicta, quia neque in Prouinciali Cancellarię Apoſtolicæ, neque in Abbate Ioachimo, neque in Mirreo, & alijs reperitur talis Epiſcopatus, neq; in Dacia,neque in Thracia, neq; in alia Prouincia. Et quãuis Mirreus in Typographia ponat Sardicam Thraciæ, in qua celebratũ fuit Concil.Sardicenſe, tamẽ ponit illam ſine litteris A. & E. quæ sũt notę Archiepiſcopatus,vel Epiſcopatus. Tertiò per hoc nõ euacuatur difficultas mendoſę ſcripturę Concilij Niceni,in qua Protogenes ponitur ĩ Prouincia Dacię,non in prouincia Thracię,ad quam pertinet Sardica,cuius vult Baronius fuiſſe Epiſcopum Protogenem. Denique hoc afirmãs non ſibi conſtat Baronius,qui to. 3.ad annum 347. ait Protogenẽ fuiſſe Epiſcopum occidentalem, at SardicaThracię,ſicut ipſa prouinciaThracię pertinebat ad Imperium orientale, ſicut tota Græcia, ſecũdum diuiſionẽ Romani Imperij factam à Conſtantino, ergo Protogenes non potuit eſſe Epiſcopus Sardicæ Thraciæ.

9 Ad primam confirmationem reſpondetur,plures Vrbes etiam clari nominis amiſiſſe, & carere ſede Epiſcopali,& ad alias reduci. Sic in Hiſpania Bilbilis clara vrbs Aragoniæ, nõ habet Epiſcopum ſuæ nomenclaturæ,ſed eſt ſub Epiſcopo Tyraſſonen. Murcia Metropolis illius Regni, ſub Epiſcopo Cartaginen. vrbs Xerenſis dicta de la Frontera,ſub Hiſpalẽſi;

Anti-

Antequera,ſub Malacitano. Matritũſedes Regũ Hiſpaniç,ſubToletano, & alia plura exẽpla afferri poſſunt. Quod in Sardica veriſimilius eſt, cum à Philipoli Metropolitano Thraciæ, ſolo montis interſtitio (cui nomen Titurís) ſeparata ſit, vt notauit Baronius ad annum 346. & 347. Et ideó ad Philipolim potuit reduci.

10 Ad ſecũdam cõfirmationem, reſpondet Franciſcus Fara lib. 1. de rebus Sardois pag. mihi 137. ex Michaele Tomaſio Epiſcopo Illerden. in antiquo manuſcripto codice, ab illo citato, hunc Fœlicẽ fuiſſe Epiſcopum Sardis Lydiæ, & ab Epiſcopo primę Iuſtinianę fuiſſe ordinatum, & illi ſubiectũ. Sed hæc reſpõſio nullo modo placet, quomodo enim fieri potuit, vt Metropolitanus Lydiæ ĩ Aſia, qualis erat Epiſcopus Sardis, vt conſtat ex Mirreo, & alijs, fuerit ſubditus, & ordinatus ab Epiſcopo primæ Iuſtinianæ, quæ erat Acrida, ſiuè Ocrida, Dardaniæ; ſiuè Bulgariæ, vrbs ſita in Europa? Et cõfirmatur, quia Iuſtinianus Imperator, qui vt patriã ſuã Acridam, prædictam vrbem Iuſtinianam primam à ſe nũcupatam, nobilitaret, *Nouell. 119. lege 508.* ſic ſtatuit, *Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ habeat ſibi ſubiectos Epiſcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, item Præualenos* (ſeu Prçualitanos) *& Dardaniæ, et Myſiæ* (ſeu Mæſię) *Superioris, & Pannoniæ, ſed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem iura ſuper eos habeat, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſubpoſitos.* Ecce inter Prouincias adiudicatas Epiſcopo primæ Iuſtinianæ, ſiuè Primati Bulgariæ, nõ ponitur Prouincia Lydię ex Aſia, ſed ſolę prouincię Europæ, illi confines.

11 Reſpondetur ergo veriſimilius eſſe, illum Fœlicem Epiſcopũ Sardicę, ad quem ſcripſit D. Gregorius, fuiſſe Epiſcopum Sardenſem, ſuffraganeum Antibarenſis, qui eſt Epiſcopatus in Serda, ſeu Sarda Sclauonię, vt cõſtat ex prouinciali Romano, Ioachimo, & alijs citatis locis, & notauit Gerardus Mercator in ſuis tabulis Geographicis Italię, Sclauoniæ, Græcię, & Macedonię, ad quod aſſerendum duplici ducor ratione. Prima, quia neq; in Sardica Dacię, neque in Sardica Thracię, vllus reperitur Epiſcopatus, vt dictum eſt. Secunda, quia Epiſcopatus Sardenſis ſuffraganeus Archiepiſcopi Antibarẽſis, qui poſteà per Alexãdrum II. an. 1602. Regni Seruiæ Primas, fuit cõſtitus (vt refert Mirreus in noticia Epiſcopatuum lib. 4. pag. 181.) cum ſuo Metropolitano; & tota illa prouincia, tempore D. Greg. erat ſub iuriſdictione Epiſco. primæ Iuſtinianæ, vtpoté pertinens ad Mæſiam ſuperiorẽ, vt tradunt Gerardus Mercator, & Petrus Montanus in Ptolomæi Geographiam

phiã, tabula 5.lib.2.Geographiæ Illiridis, Dalmatiæ, aut Liburniæ ſitus cap. 17. quæ pertinebat ad Primatem Acridæ, vt ex citata Nouella, & lege oſtenſum eſt; at Sardica Thraciȩ, ſicut ipſa Thracia pertinet ad Mæſiam inferiorem, quæ non pertinebat ad iuriſdictionem Epiſcopi primȩ Iuſtinianȩ, vt ex citata lege conſtat, & inter alios tradit Mirreus libro 1.notitiæ Epiſcopatuum cap. 8. & 9. Igitur non potuit Epiſcopus Sardicȩ Thraciȩ ordinari, & eſſe ſub iuriſdictione Epiſcopi primȩ Iuſtinianæ, ſed ſolùm Sardenſis, qui pertinebat ad Mæſiam ſuperiorem, vnam ex prouincijs ſubditis Epiſcopo primæ Iuſtinianȩ.

12 Ad tertiam confirmationem reſpondetur, Dorotheum, nomine Sardicȩ, vel ĩtellexiſſe Sardim Lydiȩ, vt Menologium, & Meneæ Græcorũ intellexerunt, vel Sardiniam, vt Subertus, & alij; cuius ſignum eſt, quia nullus catalogiſtarum, qui in recenſendis 70. diſcipulis Chriſti, ſequuti ſunt Dorotheum, dixit B. Clementem fuiſſe Epiſcopum Sardicæ Thraciæ, ſed, vel Sardis Lydiæ, vt Cabilonenſis (ſecundum aliquos) vel Sardiniæ, vt Subertus, Samerinus, & alij à nobis relati. Illud autẽ quod additur in Dorotheo, illã Sardicã, cuius ibi meminit, fuiſſe Tryadizam Thraciæ, fuit ĩpoſtura alicuius copilatoris moderni, qui hoc addidit marte proprio, ſiquidem hoc nomen modernum eſt à Turcis impoſitum, & tẽpore Dorothei (qui floruit circa annum 300.) nec inuentũ, nec cognitum.

13 Quod ſi adhuc inſtetur, deſiderari rationem ob quam Protogenes potius dicatur, fuiſſe Epiſcopus Sardiniæ, quam Sardenſis in Mȩſia ſuperiori, ſiuè Sclauonia, quæ erat vna ex quinq; prouincijs Daciæ, vt notauit Mirreus cit. loco pag. 17. Reſpondeo triplicem eſſe ratioẽn. Prima, quia ſi Protogenes fuiſſet Epiſcop. Sardenſis, ſuffraganeus Antibarẽſis, eius ſubſcriptio in Concilio Niceno, non eſſet prior ſubſcriptione Marci Metropolitani, ſicuti reuera eſt. Secunda, quia prouincia Mæſiæ eſt ibi ſpecialiter nominata in ſubſcriptionibus diſtincta à prouincia Daciæ. Igitur ſi Protogenes fuiſſet Epiſcopus Sardenſis in Mȩſia, ſub illa prouincia fuiſſet conſtitutus, & ſubſcriptus. Tertia, quia neque Baronius, neque alius author aſſeruit, Protogenem fuiſſe Epiſcopũ Sardenſem in Sclauonia.

14 Ex quibus conſtat, Protogenẽ fuiſſe Epiſcopum Sardiniæ, atq; adeò Calaritanum, quia nomine Epiſcopi Sardiniæ antonomaſticẽ ſẽper intelligitur Calaritanus, vt cap. 8. & 9. huius lib. ex multis Concilijs generalibus Sanctis Patribus, & authoritatibus, latè à nobis probatum eſt.

Præ-

15 Præter quam quod, neq; Turritanus, neque Arborenſis, illum ſibi cum fundamẽto poſſunt arrogare, tum quia à nullo Concilio, Sancto Patre, aut antiquo authore, fuerunt antonomaſtice vnquam nuncupati *Epiſcopi Sardiniæ*, tũ etiam quia prius debent probare ſuppoſitum, ex hiſtorijs Conciliorum, vel ex aliqua antiqua, & veridica hiſtoria, in Eccleſijs Turritana, & Arboren. ſcilicet ante annum 325. iam fuiſſe in eis erectas ſedes Epiſcopales, quod nullatenus probare poſsũt, ſicut probat Calaritanus in Concilio Arelatenſi primo, celebrato ſub Syluestro, anno 314. interfuiſſe Quintianum Epiſcopum Calaritanum, vti præcipuũ Metropolitanum, ex prouincia Sardiniç, vt videre eſt in ſubſcriptionibus illius Concilij, quod habetur citato tom. 1. Concilior. cum annotationibus Annaliũ Baro. & Binij ad illũ annum, & ad acta illius Concilij. Ex quo conſtat deceptum fuiſſe Diman Serpi, qui in Apodixi S. Luciferi dixit Beatũ Luciferum fuiſſe creatum Archiepiſcopum Calaritanũ ann. 343. nam cum conſtet, Protogenem interueniſſe Concilio Sardicenſi anno 347. non potuit B. Lucifer creari Archiepiſcopus anno 343. nam duo ſimul Epiſcopi, ſcilicet Protogenes, & Lucifer nõ potuerunt eſſe in eadem Eccleſia. Quare neceſſariò fatendũ eſt, Beatum Luciferum nõ fuiſſe promotum ad Archiepiſcopatum Calaritanum, niſi poſt annũ 347. defuncto Protogene.

16 Nec mirum eſt deceptũ fuiſſe Serpi, qui hoc, nullo authore pręuio, aut codice Calaritanæ Eccleſiæ, ex proprio digito ſuxit, & ideò in multis de Sãctis Sardiniæ allucinatus eſt, qua propter Pater Pintu, in ſuo libro de Chriſto crucifixo, in digreſſione de Sãctis Turritanis, ait: *Serpi, haud de ſua patria benemeritus, qui pauca, et obſcura ſcripſit.*

Impugnatur Cathalogus Antiſtitũ Turritanorum, editus anno 1625. cum Conſtitutionib. Synodal. in quo ponũtur Protogenes, & Thomas Archiepiſcopi Sardiniæ, qui fuerunt Præſules Calaritani. Cap. XVIII.

1 Contra dicta capite præcedenti, iam video ex parte Turritani, opponi Cathalogum Antiſtitum Turritanorũ, quem dicunt Redeoliues, Notar. Curiæ Turritanæ, Romę trãſcripſiſſe, & hauſiſſe ex Vaticano, hoc ordine, vt anno 100. ponant *S. Gabinum* martyrem, vt primum Antiſtitem illius Eccleſię, deinde *S. Protum* ann. 290. & poſt hunc *Gaudentium, Protogenem, Sampſuſium, Ioannem, Marianum, Pentuſium, Valentinum, & Thomam*, quos decem primos, numerat vſque ad annũ 659. poſt quos continuat

tinuat ſeriem ab anno poſt milleſimum, vſque ad præſens.

2 Reuera falſitatem huius Cathalogi, quantum ad numeratos 10. antiquos Antiſtites, detegere, nunquam ſubijſſet animum, niſi in eo, Protogenem, & Thomam Archiepiſcopos Calaritanos, Turritanus ſibi arrogaſſet; cogor igitur, licèt inuitus, ob defenſionem iurium, & antiquitatis meæ ſpõſę Calaritanæ Eccleſię, cuius monilibus ſemper ſurreptis, Turritanus, paucis ab hinc annis, ornauit ſuam, falſitatem illius Cathalogi hic propalare, qui ideò nec fidem facit, nec veriſimilitudinem vllã continet. Primo, quia Redeoliues eſt, patria Saſſaritanus, & Notar. Curiæ Turritanæ, atq; adeò pars, & ſic eius ſolum dictum nõ probat. Secũdò, quia his Cathalogus, non eſt ſubſcriptus, neque authẽticatus à Cuſtode Vaticani, neq; ait, ex quo tomo, authore, vel ſcãno, illum hauſerit, atque adeò cũ non ſit in forma probanti, habetur tanquam fictè ſuppoſitus.

3 Tertio, quia diſcurrendo per ſingulos ex dictis 10. Epiſcopis cõuincitur falſitatis in omnibus illis; nam de Sãcto Gauino Martyre, ſocio S. Criſpoli (qui eſt primus illius Cathalogi) nullũ Martyrologium, nullaque Hiſtoria antiqua, ait fuiſſe Sacerdotem, ne dum Epiſcopum, ſed ſolum ſimplicem Martyrem, neque ante illum Cathalogum, ſaltem ex traditione, Turritani hoc affirmarunt; imò Fara Archipresbyter Turritanus, patria Saſſarẽſis, eorum diſertiſſimus, qui ſcripſit librum de Rebus Sardois, in quodam Codice illius manuſcripto contra Primatum Calaritani cap. 38. num. 6. S. Protum, dixit, fuiſſe primum Turritanũ Antiſtitem, nec meminit S. Gauini Martyris, quem modernus Archiepiſcopus Turritanus fecit Antiſtitem primum Turritanũ, ſicut, & S. Protum Archiepiſcopum, & Primatem maiori poteſtate (ſi vera eſſet) quam Summus Pontifex, qui viuos ſolum ordinat Epiſcopos, & Primates, Turritanus, etiã mortuos, his titulis exornat.

4 De Sancto Proto idem euincitur, quia ſolũ fuit ſimplex Sacerdos, vt conſtat ex Martyrologio Romano ad diem 25. Octobris, & ex Hiſtorijs Ioannis Arca de Sanctis Sardiniæ, & prædicti Ioannis Fara lib. de Rebus Sardois pag. mihi 71. & 74. qui pag. 76. ait, id conſtare ex antiquo Codice manuſcripto Curiæ Turritanæ, & ex Hiſtorijs ſcriptis Archiepiſcoporum Turritanorum, Cano, & Alepus. Conſtat ex antiquis, & modernis picturis, & imaginibus Sancti Proti, per totum Regnum, etiam in eadem Vrbe Saſſaritana, quibus fundamentis, Eminentiſſimi S. C. S. Inquiſitionis Cardinales Romę die 22. Iulij anni 1637. cauſa cognita, & diſcuſſa in-

ſa inter me, & Archiepiſcopum Turritanum opponentem, eius prætenſionem, vt vanam repulerunt, iuſſerũtque, ne impoſterum S. Protus Turritanus, niſi vt ſimplex Sacerdos, iuxta Martyrologium depingatur, nã ex eo tempore, quo Diuus Petrus decreuit, vt in qualibet Vrbe fuiſſet vnus Presbiter, ad ſuperiorem, inter alios, gradum, ordinatus, & euectus, qui ſolus Epiſcopus diceretur; nomen Præsbiteri, pro ſimplici Sacerdote, ſemper ſumptũ eſt in Eccleſia Dei, *ex cap. olim diſtin. 95. & cap. Cleros, & cap. legimus diſt. 93. & Gloſa in dicto cap. Ioan. Selua de beneficijs par. 1. quæſt. 4. num. 29. & ſeq. tomo 15. tract. DD & Anton. de Pratis in ſuo clypeo paſtorali, fol. 26. pag. 1.*

5 De Gaudentio etiam probatur idem, tum quia hoc ſine authoritate aſſeritur, vt de duobus prioribus dictum eſt, tum etiam quia variant, & ſibi in hoc contradicunt Authores Saſſaritani, inter illos eruditiſſimi, Fara, & Pater Pintu, nam Fara in citato Codice manuſcripto cap. 38. ait, Gaudẽtium Epiſcopum Turritanũ immediatum ſuceſſorem Sãcti Proti adfuiſſe Concilio Carthaginẽſi 1. anno 313. in quo fallitur euidenter, quia Concilium Cartha. 1. fuit celebratum ſub Cornelio Papa anno 254. vt habetur tom. 1. Conciliorum pag. 126. in quo anno non potuit Gaudentius eſſe Epiſcopus Turritanus, quem aiunt ſuceſſiſſe S. Proto, qui obijt circa annum 300. poſt quem annum ſolum reperiũtur duo Concilia Carthaginentia ſub Marcello Papa annis 306. & 308. vt cõſtat in pag. 202. eiuſdem 1. tom. Conciliorum, quę fuerunt Donatiſtarum ſciſmaticorum, in quibus, nolunt Turritani interfuiſſe Gaudentium, ne faciant illum ſciſmaticum donatiſtam. Igitur anno 313. citato à Fara, ſolũ fuit celebratum Conciliũ Romanum ſub Melchiade, & in hoc, neque cõſtat ex ſubſcriptionibus Concilij, quia nõ ſunt, neque ex aſſertione Faræ, qui non Romano, ſed Carthaginenſi, aſſerit Gaudentiũ interfuiſſe.

6 Pater autem Pintu in ſuo lib. de Chriſto Crucifixo, ait Gaudẽtium interfuiſſe in quodam Concilio Romano ſub Silueſtro incepto. Quod falſum eſſe euincitur ex Hiſtorijs Conciliorũ, quia Concilia Romana celebrata ſub Silueſtro fuerunt tria, vt videre eſt in 1. tom. Conciliorum, & ex his, non aſſignat, in quo interfuerit, neq; aſſignare poteſt; etenim in nullo illorum reperiuntur ſubſcriptiones Epiſcoporum, qui illis interfuerunt. Deinde quia illud Cõcilium Romanum inceptum ſub Silueſtro, & nõ completum, vt ſupponit, vel fuit Tertium ex tribus Romanis, celebratum poſt Cõcilium Nicenum, & hoc non,

quia

quia hoc Concilium fuit inceptum,& abſolutum à B. Siluæſtro, qui ſuperuixit poſt illud Concilium 10. annis; obijt enim anno 335. in quibus potuit conſumare illud Concilium; vel fuit aliud Quartum celebratum vltimo anno vitæ illius, quod non potuit conſumare, quia morte præuentus fuit illo anno; & hoc eſt falſum, & contra omnes Hiſtorias; quodcunque autem ex illis aſſeratur, conuincitur neque Protogenem fuiſſe Epiſcopum Turritanum, quia ſi Gaudentius poſt annos 300. immediate ſucceſſit S. Proto, & ſuperuixit, vſque ad annum 325. in quo poſt Nicenum, fuit celebratum tertiũ Concilium Romanum ſub Silueſtro, vel vſque ad 35. in quo obijt S. Silueſter, Protogenes, qui interfuit Concilio Niceno, non potuit eſſe Epiſcopus Turritanus, quia viuebat Gaudentius, vt illi aſſerunt, neque eiuſdem Eccleſiæ ſimul, & eodem tempore, poterant eſſe duo Epiſcopi, vt eſt manifeſtum.

7 De Sampſuſio item non conſtat fuiſſe EpiſcopumTurritanũ, de quo aſſerit Fara lib. de Rebus Sardois pag. mihi 90. à D. Aug. Epiſt. 118. cit. in Cathalogo authorum, vocari virum fidelem, & in illa epiſt. nulla fit mentio Samſutij, fit autem illius mentio in fine Epiſtolæ 167. ſed ibi vocatur Epiſcopus Turrẽſis Eccleſiæ, quę eſt in Africa in Prouincia Byzancena, vt conſtat ex Mireo in notitia Epiſcopatuũ lib. 4. p. mihi 100. col. 92. in fine, & ex notitia, & indice Prouinciarũ, & Ciuitatũ Africę Iacobi Sirmondi pag. 217. in opuſculis dogmaticis, & ex lib. 5. Mariæ Laudenſis (extat Romæ in Bibliotheca Eminẽtiſſimi Cardinalis Frãciſci Barberini) in quo reperiuntur nomina Epiſcoporũ Catholicorum, diuerſarum Prouinciarum, qui Carthaginem ex pręcepto Hunnerici Regis, venerunt pro reddenda ratione fidei, vbi dicitur Metium fuiſſe Epiſcopum Turrenſem, Samſutij ſucceſſorem, quem clare conſtat non fuiſſe Turritanum Sardinię, quia ex Epiſcopis Sardinię, qui iuſſu illius Regis, Carthagine tũc cõuenerũt, primo loco nominatur Lucifer Calarit. tãquã Metropolitanus, & Primas, & ſexto loco Felix de Turribus, ex quo manifeſte deducitur, & Primaria dignitas Calaritani, ante Turritanũ; & Epiſcopum Turrẽſem Africæ diuerſum eſſe à Turritano Sardiniæ, atque adeò Samſutius Epiſcopus Turrẽſis Eccleſiæ, non fuit Turritanus Sardiniæ.

8 Quod amplius cõfirmatur ex contextu illius epiſtolæ Auguſtini, in qua ſupponitur Sampſutiũ tunc adfuiſſe Hipone, cum Diuo Auguſtino, in illis verbis, *poſtremo*

mo quia eſt hic frater, & collega meus, Sāſutus Epiſcopus Turrenſis Eccleſiæ, &c. quē ad diſputationem de Sāct̄is ſcripturis, & documentis Eccleſiaſticis, cū Proculiano, doctrinam liberalium litterarum D. Auguſtini formidante, opponit illarum ignarum, & ſermone impolitum, licet vera fide eruditum; ex quo deducitur fuiſſe Epiſcopum vicinū Hiponi, ex Prouincia Bizancena Africę, non verò ex Turritana Sardiniæ, quæ tot centenis millibus, & maris intermedio, ab Africa diſtat.

9 De Ioanne item (quem, aiunt; Fara citatus lib. de Reb. Sard. pag. mihi 108. & P. Pintu lib. de Chriſto Crucifixo interfuiſſe Concilio Romano 1. ſub Symacho anno 502.) idem eſto iuditiū, quia ille Ioannes non fuit Epiſcopus Turritanus, ſed Thuritanus, vt conſtat ex ſubſcriptionibus illius Concilij, Thuris enim, vt cōſtat ex Hortelio in theſau. verb. *Thuris* ſequto Ptolomeum, vrbs eſt in Arabia: ſicut igitur à Turribus dicitur Turritanus, ita à Thuris Thuritanus, diuerſicas enim hæc nominum, diuerſitatē locorum inducit Tuſch. concl. 517. tom. 4. & concl. 58. tom. 5.

10 Marianus etiam, qui ponitur in illo Cathalogo anno 595. ſuppoſititius eſt, quia illo anno conſtat ex ep. 59. lib. 1. S. Greg. fuiſſe Epiſcopū Turritanū Marinianū ſecūdū editionē Rom. an. 1613. magis correctam, & conformem originali Epiſtolarum Sācti Gregorij, quæ extant in Vaticano, quod ſi hic Cathalogus fuiſſet inuentus in Vaticano, ne vtiquam eſſet contrarius originali, quod extat in Vaticano.

11 De Pentuſio item nō conſtat fuiſſe Epiſcopum Turritanum, nam licet Fara lib. 1. de Rebus Sard. pag. 131. ad annum 645. dicat hūc Pentuſium interfuiſſe Conc. Bizanceno, quod fuit celebratum tempore Theodori Papę anno 645. in quo fuit condemnata Hæreſis Monothelytarum, hoc, nec probat, nec conſtat; quia in illo Concilio non ſolum non reperiūtur nomina, nec ſubſcriptiones Prælatorum, ſed neque decretum vllum, aut nota aliqua, præter titulum, vt videri poteſt. 2. tom. concil. parte 2. Impreſſionis Col. pag. 391.

12 De Thoma etiam, cuius Legatus Epiphanius adfuit in 7. Synodo generali, & dicitur in ea Archiepiſcopus Sardiniæ, falſum eſt fuiſſe Antiſtitem Turritanum. Primo quia hunc Tho. Cathalogus Turritanus ponit anno 659. ſeptima autem Synodus generalis fuit celebrata anno 787. vt conſtat ex notis illius concilij, to. 3. par. 1. ſeſſ. 1. pag. 130. Secundo quia vt cap. præcedenti dictum eſt, Archiepiſcopus Sardiniæ per Antonomaſiam ſemper ſupponit pro Calaritano. Præterquam,

quod, illo anno, non poſſunt probare, Eccleſiam Turritanam, & Arborenſem fuiſſe Sedes Archiepiſcopales, ſicut probat Calaritanus ex locis D. Athanaſij, Tripartitæ, & Diui Gregorij relatis cap. 9. huius tractatus, in quibus Sanctus Lucifer Epiſcopus Calaritanus, appellatur Metropolitanus Inſularum Sardiniæ, ſicut Ianuarius, & ipſe Archiepiſcupus Calaritanus, & in 6. Synodo generali prope annum 700. Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus ſubſcripſit, vt Primas, & Metropolita, pro ſe, & pro Synodo, quæ ſub illo erat, & ordinauit Eccleſiam Turritanam, teſte Baronio, titulo Archiepiſcopi inſignitus, cū ſolo nomine nouelli Epiſcopi, Turritanus ibi ſolum fulciatur.

13 Nam quod ait Ioannes Arca lib. 2. de Sanctis Sardiniæ fol. 27. ſcilicet Archiepiſcopum Turritanum incepiſſe denominari Archiepiſcopum à die Conſecrationis Templi Sancti Gauini (quam ex ſolo Codice antiquo Turritano ab ipſo relato, fuiſſe anno 517. autumat) falſum eſt, ſi quidem deceptus eſt à prædicto Codice manifeſte falſo, & mendatijs pleno, qui dicitur lingua Sardoa *Eūdague*, ideſt fundatio Templi Sācti Gauini, vt late probat Bōfant lib. 13. Triumphi Martyrū cap. 31. à §. 1. vſque ad 16. pluribus, & efficaciſſimis rationibus, quarū aliquas attingimus §. 1. c. 7. & attingemus c. vlt. huius lib. videātur ibi, ne eadē toties repetantur.

14 Itaq; ex x. illius antiquis Epiſcopis allatis in Cathalogo Turritano, ſolus Valentinus habet probabile aliquod fundamētum, quia inuenitur in ſubſcriptionibus Conil. 1. Lateranenſis; dixi probabile, nam certo non conſtat fuiſſe Turritanum Sardiniæ; potuit enim eſſe Turritanus Italiæ in Calabria prope Magnā Græciam, de qua meminit Hortelius in ſuo theſauro.

Deniq; cōſtat illū Cathalogū eſſe falsū, modernū, & ſuppoſitū, quia in eo numerātur omnes Epiſcopi moderni vſq; ad præsētē Dō Didacū de Paſſamar, ſine diſtīctione eorū, quos ait Redeolíues inueniſſe in Vaticano, in quo vltimi nō potuerūt inueniri, & ita ruūt omnes, & eſt euidens argumentum, eſſe pro libito inuentum, & ſuppoſitum, & ideò nullum pondus authoritatis habet, vt ex eo euincatur, Protogenem nō fuiſſe Archiepiſcopum Calaritanum, ſed Turritanū; Quod adhuc amplius confirmatur, nam modernus Archiepiſcopus, cū eſſemus ambo Romæ, huius litis cauſa, elapſo anno 1637. & fuiſſet in Sacra Congregatione Sanctę Inquiſitionis diſcuſſum, an S. Protus Martyr Turritanus eſſet depingendus, vt ſimplex Sacerdos, vel vt Epiſcopus (quod vltimum nitebatur Turritanus deffendere)

ſi vere

ſi vere hic Cathalogus fuiſſet extractus ex Vaticano, illum iuridice extrahi curaſſet, & ad confirmandum ſuum ius prætenſum, protuliſſet, tamquã teſtimonium magni ponderis adhoc probandum: at nec verbum, nec mentionem, Turritanus huius Cathalogi fecit; eſt igitur euidens, hunc Cathalogum in Vaticano non reperiri, & ideò non fuiſſe ab eo in meritis cauſæ allegatum, vt à verò alienum.

Secundum Concilium generale, in quo Archiepiſcopus Calaritanus ſedit, & ſubſcripſit inter Primates. Cap. XIX.

1 SEcundum Concilium generale, in quo Archiepiſcopus Calaritanus habuit locũ, & ſubſcripſit inter Primates, fuit Sardicenſe celebratum anno 347. licet enim ex ſubſcriptionibus illius Concilij, hoc non euincatur, quia in eis non fuit ſeruatus ordo præcedentiæ, vt videre eſt in illo concilio, id tamen diſertè affirmat Card. Baronius, qui ſcribens de actis huius Concilij to. 3. ad annum 347. ait. *Ozius, & Protogenes, principem locum inter Epiſcopos Occidentis, qui Sardicæ conuenerant, obtinebant*, quod ſumpſit ex Sozomeno lib. 3. cap. 11. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

2 Hunc autem locum, Protogenem habuiſſe in illo Concilio vti Archiepiſcopum Calaritanũ Primatem Sardiniæ, & Corſicæ, non verò vti legatum Sedis Apoſtolicæ (qualis erat Ozius Epiſcopus Cordubenſis) affirmat Baronius citat. loco fol. mihi 528. ibi: *quod ſi quis ex Epiſcopis qui interfuerunt Concilio, Apoſtolicæ Sedis legatus putandus eſt, Ozius potius dicendus, cui inter Antiſtites, idem Athanaſius Primas defert, dum inter illos, quos receſſet, primo loco ponit Oziũ Epiſcopum Corduhenſem, & Protogenem Epiſcopum Sardicenſem, &c. hos enim principem locum in Synodo tenuiſſe poſt legatos, Sozomenus tradit, agebat autem Ozius Patronum Synodi, cuius muneris erat diffinienda proponere, atq; ſingulorum rogare ſententias*; ex quibus conſtat Ozium, & non Protogenem fuiſſe lagatum Sedis Apoſtolicæ, atque adeò hunc habuiſſe Principem locum, ratione ſuæ Primatialis dignitatis.

3 Quamuis autem tam Cõciliũ quam Baronius dicant, Protogenem fuiſſe Epiſcopum Sardicenſem, fuit tamen Sardinienſis, & Calaritanus, æquiuocato nomine, Sardicenſis, pro Sardiniẽſis, tum propter rationes dictas præcedẽti c. 17. præcipue propter illã sũptã ex epiſt. Synodali illius Concilij ſcripta ad Eccleſiam Alexandrinam, in qua nominãtur Prouintiæ Antiſtitum, qui in eo interfuerunt, & inter illas numèratur Sardinia tom. 1. Conciliorum Impræſſionis Colon. pag. 437.

in ſolo autem Protogene potuit cadere æquiuocatio, Sardicenſis, pro Sardinienſi, propter ſimilitudinem terminorum, tũ etiam, quia idem Baron. citato loco dixit Ozium, & Protogenem habuiſſe principem locũ inter Epiſcopos Occidentis, igitur ſicut Ozius Cordubæ, ita Protogenes Sardiniæ, erãt Epiſcopi Occidentales, at Epiſcopus Sardicæ in Lydia, erat Epiſcopus Oriẽtalis, quia Lydia eſt Prouincia in Aſia ad Orientem ſpectans, ſicut Sardica Traciæ, ſiuè Romaniæ nunc dicta Triadizę in qua nũquam fuit ſedes Epiſcopalis, vt ex Rebufo, & Mirræo dicto cap. probatum eſt, Sardinia verò ad Occidẽtem.

Tertium generale Concilium in quo Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit inter Primates.

Cap. XX.

1 TErtiũ generale Concilium, in quo Archiepiſcopus Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit imediatè inter Primates, fuit Lateranẽſe 1. celebratum ſub Martino I. anno 650. tom. 2. conc. part. 2. Impreſſ. Colon. anno 1618. inquo Archiepiſcopus Calaritanus, *Deuſdedit*, ſubſcripſit tertio loco; nam primus fuit Summus Pontifex, ſecundus Patriarcha Aquileiẽſis, tertius Deuſdedit, quartus, Legatus Rauennatis, poſt quos ſequntur alij.

2 Quod verò hunc locũ, & præcedentiam no habuerit, ratione antiquioris æui Conſecrationis, ſed ratione ſuæ Primatialis dignitatis, probatur multis. Primo quia præceſſit Rauennatem, qui erat vnus ex Primatibus Italiæ, ex Azor inſt. moral. part. 2. lib. 3. cap. 36. & sũpſit ex Sigonio, & Hieronymo Rubeo, per eum relati, qui dicunt Rauennatem, vti Primatem habuiſſe primum locum poſt Aquileien. in Concilio Romano celebrato ſub Clemẽte II. relato à prædictis authoribus, inquo Aquileiẽſis ſedit à dextris Põtificis, Rauennas verò à ſiniſtris, cumque Archiepiſcopus Mediolanen. qui etiam erat Primas in Italia, ſero perueniſſet ad Concilium, & petijſſet locum ad dexteram Pontificis, contradicentibus Aquileien. & Rauenat. cum omnes per ſuos Aduocatos de ſuis iuribus deduxiſſent, decretum fuit à Summo Põtifice, adhibitis Suffragijs PP. illius Concilij, in fauorem Rauennatis, quia æuo Cõſecrationis forte tunc erat antiquior Mediolanenſi, ſiquidem in Synodo Romana tertia ſub Simaco Papa anno 501. & in Synodo Romana quarta ſub eodem Simaco anno 502. tom. 2. Concilior. part. 1. dictę Impreſſ. pag. 522. & 548. inuenitur Archiepiſcopũ Mediolanen. præceſſiſſe Rauenatem, iuxta regulam, *quod data paritate dignitatis, & ordinis, ſenior*

ſenior in Conſecratione praecederet. Aret.conſ.23.num.10.

3 Legati autem Rauennatis prę-ceſſerũt reliquos omnes prælatos illius Concilij inuariabiliter in omnibus ſeſſionibus, & ſemper ſeruato eodem ordine in quatuor primis, quod eſt manifeſtum ſignum maioris præheminentiæ, & dignitatis ſuperioris illorum quatuor, cum in alijs Epiſcopis gradus inferioris, aliqua variatio in diuerſis ſubſcriptionibus, reperiatur.

4 Secundo quia Legatus Rauennatis, qui erat Epiſcopus Ceſenatis, ibi nõ ſedit tamquam Epiſcopus antiquior æuo Conſecrationis, ſed tamquam Legatus ſedis Primatialis, quia ſi illum locum habuiſſet, vti Epiſcopus antiquior non verò tamquam Legatus Primatialis ſedis Rauennatis, ille quartus locus non fuiſſet conceſſus Deuſdedit Presbitero, qui interfuit illi Concilio, ſimul cum Ceſenate, vti etiam Legato Rauennatis, ſed ſubſcripſiſſet poſt ſubſcriptiones omnium PP. cum quibus, ſimplex Saccerdos nullatenus erat conferẽdus. Subſcripſit igitur, quarto loco, ſimul cum Ceſenate, vti Legatus illius Primatialis Sedis, atque adeò parilis authoritatis, & prærogatiuæ in conſedendo, & ſubſcribendo, nã vt notauit Anto. Auguſt. epitom. veter. iur. Pontifi. part. 1. lib. 2. tit. 2. cap. 12. iure antiquo in Concilijs, Legati obtinebãt locum ſuorum principalium, vt videre eſt, in ſexta Synodo generali Cõſtantinopolitan. in actione 1. & in alijs, & in ſeptima Synodo generali, quæ fuit Nicena ſecunda in actione prima, & in alijs, in quibus, Legatis, ſeu Procuratoribus fuit datus locus ſuorum principalium, idemque obſeruatum fuit in prædicto Concilio Martini I. cum Legatis Archiepiſcopi Rauennatis, igitur præcedentia Calaritani in illo Concilio arguit Primatialẽ dignitatem nõ æuum antiquius.

5 Tertio cõſtat Primatialẽ dignitatẽ Calaritani agnitã fuiſſe, & approbatã ab illo Cõcilio, quia quotieſcunque referuntur in illo eius dicta, ſemper antonomaſticẽ nuncupãtur Epiſcopus Sardiniæ ibi, *Deuſdedit Epiſcopus Sardiniæ dixit*, qui titulus cum ſolum conferatur Calaritano, & nõ Valentino Turritano (qui ſemper reperitur in infimis ſubſcriptionibus) neceſſario ſumẽdum eſt poſſeſſiue, non verò localiter nam hoc ſecundo modo, etiam Valentino fuiſſet tributum, quia erat vnus ex Sardiniæ Epiſcopis.

6 Neque poteſt dici in illo Concilio ſubſcripſiſſe Calaritanum principaliori loco, ratione alicuius offitij v. g. aſſiſtentis Pontificis, ſicut nomina aſſiſtentium in aliquot modernis Concilijs, repe-riuntur inter oratores, & Prima-

tes,

tes, quia antiquitus neque erant aſſiſtentes, nec alia officia poſtea introducta, vt conſtat ex hiſtorijs Eccleſiaſticis.

7 Item non obſtat, quod in vltimis ſubſcriptionibus illius Concilij Lateranenſis reperiatur Iuſtinus Archiepiſcopus Calaritanus poſt Mediolanen. imò, & poſt ſubſcriptiones omniū Epiſcoporū illius Cōcilij; nám adhoc reſpōdetur in omnibus ſubſcriptionibus illius Concilij, Epiſcopū Calaritanum *Deuſdedit* tertio loco poſt Pontificem Romanum, inuariabiliter ſubſcripſiſſe, quia tamen poſt finitum Concilium cum omnibus ſubſcriptionibus eorum qui interfuerunt, de nouo aduenerunt Archiepiſcopus Mediolanen. & Archiepiſcopus Calaritanus Iuſtinus, ſuffectus in locum Deuſdedit vita functi, & cū his Epiſcopus Tortonēſis, vti Catholici antiſtites idem, quod Cōcilium ſentientes, ſubſcripſerūt, vti appendix reliquorum omniū, & vbi etiam quatuor Patriarchæ maiores ſubſcripſiſſent, ſi poſt finitum Concilium aduenîſſent. Probatur hoc ex notis illius Concilij, vbi dicitur tamquam appendix, & poſt omnino completum, Concilium, cum ſpeciali titulo, & *poſt Synodum conſentientes, ſubſcripſerunt.* Primus Mediolanenſis, qui prior aduenit, deinde Calaritanus nouiter Conſecratus; & quamuis ambo pariter aduenîſſent, potuit primū ſubſcribere Mediolanenſis (qui erat Primas in Italia) vel quia inter æquales, in dignitate Primatiali, non fuit ſeruatus ordo præcedentiæ; vel quia Mediolanenſis erat antiquior æuo Conſecrationis, vt in ſimili ſuperius dictum eſt, inter Mediolanenſem, & Rauennatem.

Quartum generale Concilium, in quo Archiepiſcopus Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit inter Primates. Cap. 21.

1 QVartum Concilium generale, in quo Archiepiſcopus Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit inter Primates, fuit ſexta Synodus Cōſtantinopolitana, nam in epiſtola Concilij ſcripta ad Summū Pontificē, ſubſcripta à Patribus illius Cōcilij, & habetur in prima part. tom. 3. Conciliorum Impreſſionis Coloniæ anno 1618. par. 205. Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus ſubſcripſit inter Primates, his verbis, *Citonatus igitur Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Calaritanæ Inſulæ Sardiniæ pro me, & Synodo, quæ ſub me eſt, ſimiliter ſubſcripſi*, eodem porſus modo, quo ſubſcripſerunt alij Primates, & ocupat octauū locum in ordine, poſt quatuor Patriarchas maiores, & tres minores, Macedoniæ, Ponti, & Cypri, poſt hos, octauū locum obtinet Citonatus, cum immediata præceden-

cedentia ad Rauennatem, & ad quinque Legatos Cōcilij Romani, & ad Primates Epheſi, & Tratiæ, & alios.

2 Neque obſtat, quod in eadem actione 18. pag. 191. ſubſcripſit inter vltimos Epiſcopos nam huius ratio eſt, quia in illis, ſubſcriptionibus nō fuit obſeruatus ordo præcedentiæ dignitatum, idque probatur euidenter, nam Ioannes Archiepiſcopus Athenarum, vnus ex Legatis Concilij Romani ſubſcripſit poſt. 36. cum alij Legati eius ſocij ſubſcripſerint multo ſuperius inter Primates, & Theodoſius Archiepiſcopus Sebaſtæ, & Metropolitanus Cariæ ſubſcripſerunt inter vltimos, ſicut Citonatus, ex quibus manifeſtè euincitur, in illis ſubſcriptionibus non fuiſſe ſeruatum ordinem præcedentiæ dignitatum, cuius ratio veriſimilis ſumitur ex humiliate, & modeſtia Imperatoris, qui vltimus Patrum in illa ſeſſione ſubſcripſit à nullo Imperatorum immitatus, imò neq; à proprio filio Iuſtiniano, qui in Concilio Trullanò ſequenti, Primus inter omnes Patres Cōcilij, ſubſcripſit, etiam ante locū ſubſcriptionis Summi Pōtificis Romani, ea enim erat tunc Imperatorum arrogantia, vt nulli cederent, & ſuper omnes ſe eminere arbitrarentur, quid mirū ſi à tam mira illius Imperatoris humilitate, in ſubſcribendo ſe vltimum, alij Metropolitani, & Primates eius modeſtiam imitando, idem fecerint.

3 Hæc autem ratio non militauit in ſubſcriptionibus epiſtolæ illius Concilij citatæ, in qua non ſubſcripſit Imperator, & ita ibi fuit ſeruatus ordo præcedentiæ dignitatū, quod probatur primo, quia Archiepiſcopus Sebaſtē. qui in prioribus ſubſcriptionibus ſub ſcripſerat inter vltimos poſt 160. in ſubſcriptionibus Epiſtolę, occupat locum 24. & Archiepiſcopus Cariæ, qui in prioribus ſubſcriptionibus poſt 163. in vltimis ſubſcriptionibus Epiſtolæ ocupat locum 32. inter Metropolitas ſicut Citonatus inter Patriarchas, & Primates 8. Secundo probatur ex ordine ſubſcriptionū impermixto illius Epiſtolæ: nam prius ſubſcripſerunt Patriarchæ maiores, poſt illos, imediatè Primates, poſt Primates Metropolitani, poſt Metropolitanos, Epiſcopi, ſine vlla permixtione horū graduum, quod eſt ſignum euidens ſeruati ordinis iuris, & pręcedentiæ dignitatum *Caſſane in Cathal. glor. mun. part. 4. conſider. 19. Boer. de ordi. grad. part. 1. num. 13. Iacobat. de concil. lib. 1. arti. 12. Roduan. de Simon. par. 1. cap. 16.* cum alijs ſuperius relatis.

Quin-

Quintum Concilium generale in quo Archiepiſcopo Calaritano fuit datus locus inter Primates

Cap. XXII.

1 QVintum generale Concilium, in quo Archiepiſcopo Calaritano fuit datus locus inter Primates, fuit Trullanum, quod celebratũ fuit aliquibus annis poſt ſextam Synodum, ſub Iuſtiniano filio Conſtantini IIII. in quo fuerunt decreti 102. Canones ſextæ Synodi, nuncupati, quia ſub titulo, & nomine illius prodierunt, quorum aliqui reperiuntur inſerti in Iure Canonico, *vt in cap. præsbyterum 16. 28. diſtinct. & 27. quæſt. 1. cap. 6.* & vt vult Theodorus Balſamon. hoc Concilium nuncupatum fuit, *Quiniſexta Synodus*, ſiquidem illis canonibus ſuppleuit, quod in ſexta Synodo generali, ommiſſum fuerat; in hoc Concilio interfuerunt 227. Antiſtites, & in ſubſcriptionibus eorum reperitur deſtinatus locus ſubſcriptionis Citonati, vel eius ſucceſſoris, qui in illo Cõcilio interfuit, cum alijs Primatibus, quibus cum ſolo nomine paronimo ſuarũ Eccleſiarũ; proprijs nominibus ſilẽtio obuolutis, deſignatus fuit ꝓprius locus eorũ ſubſcriptionib. qui sũt.

Locus Heracleſis.

Locus Sardinienſis.

Locus Rauennatis.

Locus Chorinti.

2 Sardinienſem autem fuiſſe Citonatum, qui interfuit in 6. Synodo, vel ſi obierat, alius eius ſucceſſor, probatur ex nomine *Sardinienſis*; quod, neque à Sardis Lidiæ, neque à Sardica Traciæ poteſt deriuari, ſic enim diceret *Sardicenſis*, non *Sardinienſis*, quod non niſi à Sardinia deriuari poteſt, ſicut ab Hiſpania Hiſpaniẽſis, à Numidia Numidienſis, à Bononia Bononienſis; & confirmatur ex immediata præcedẽtia ad Rauẽnatem, ſicut eam habuit in ſexta Synodo generali, quãdo fuit ſeruatus ordo pręcedentię dignitatum, & in Conc. Martini I.

3 Quod autem in hoc Concilio Trullano, fuerit ſeruatus ordo præcedentiæ dignitatum. Probatur primo ex ordine ſubſcriptionũ, etenim primo loco ſubſcripſit Imperator, minus modeſte, quam eius Pater, qui in ſextra Synodo vltimus ſubſcripſit, poſt ſubſcriptionem Imperatoris deſignatur locus ſubſcriptionis Sũmi Pontificis Romani, poſt hunc ſubſcripſerunt quatuor Patriarchæ maiores, poſt hos Epiſcopus nouæ Iuſtinianopolis, qui erat Primas Cypri, vt conſtat ex Canon. 39. huius Conc. poſt hunc aſſignatur locus, ſubſcriptionis Theſalonicenſis, qui erat Primas Macedoniæ, illico immediate ſequuntur ſubſcriptiones duorum Primatuũ Ceſareæ Ponti, & Ceſareæ Paleſtinæ; poſt quos fuit imme-

immediate aſſignatus locus ſubſcriptionis illorum quatuor iam relatorum, videlicet Heracleẽſis, qui erat Primas Thraciæ, vt conſtat ex Concilio Florent. ſub Eugenio IIII. Sardinienſis, qui erat Primas Sardiniȩ, Rauennatis, qui erat Primas in Italia, poſt quos ſequebãtur, ſuo ordine, alij Antiſtites; in quo cernitur fuiſſe in ſubſcriptionibus ſeruatum ordinem præcedentiæ dignitatum.

4 Secundo quia hoc expreſſe innuit illa particula, locus, quæ vel ſignificat locũ actu occupatum, vel ius ad illum locum, cum auté hic non potuerit ſignificare primum, quia cum interfuiſſent illi Concilio, non verò tempore ſubſcriptionis, per obitum, vel alia de cauſa, deſignauit Concilium locum, quẽ de iure illis pertinebat, alias non fuiſſet verum, affirmare, illum locum eſſe debitum eorum ſubſcriptionibus, ſicut in choro, ſedes, & locus Prælati, non eſt locus Decani, & ſedes Decani, non eſt locus Canonici.

5 Tertio, quia ſi ille locus aſſignatus ſubſcriptionibus illorum quatuor Prælatorum, non fuiſſet de iure, qui ad eos pertinebat, nõ tuliſſent, nec cõſẽſiſſent alij Antiſtites, vt talis locus illis aſſignaretur; ſi eorum ius fuiſſet læſum, in materia tam graui, ſicut erat præcedentia dignitatum, præcipuè cum maior pars eorum fuerint Græci arrogãtiȩ, & ſuperbiȩ, flatu, notati.

6 Nec obſtat, ꝙ author notationũ ait in admonitione ad lectorẽ ſuper hanc Synodũ citato to. pag. 224. dictæ Impreſ. Colon. dictũ Concil. nõ fuiſſe legitimum, nec Sedis Apoſtolicæ authoritate cõfirmatum. Quia adhoc reſpondetur, eſto verum ſit, non fuiſſe approbatum, tamen non negat, nec negari poteſt, fuiſſe celebratum, & quamuis in alijs impugnationibus, verò nitatur, tamen in ea impugnatione, quam affert ex locis deſignatis illorũ Antiſtitũ, qui abfuerunt tempore ſubſcriptionis, non videtur aliquid conuincere, quia, & ſi notæ locorum deſignatorum, eorum ſubſcriptionibus, ſe ſola non habeat authoritatem, vt bene probat ille author, attamen, in medio ſubſcriptionis aliorum Antiſtitum collocatæ, ſumunt ex ipſis robur, & authoritatem, etenim non eſt veriſſimile, quod ſi illi Antiſtites deſignati, paronimi ſuarum Eccleſiarũ, non interfuiſſent illi Conc. deſignatum fore locũ inter ſubſcriptiones aliorum; fuiſſet enim impudentiſſimum mendacium conteſtatum ab Imperatore, & à 222. Prælatis, quod totius orbis notitiam nullatenus ſubterfugere potuiſſet, & contra ius præcedentiæ, eorum, vt dictum eſt; eo vel maxime, quia illud fingendi, nulla aderat neceſſitas, cum ſine illis quinque deſignatis, ſatisfuiſſet ad

N illius

illius Concilij authoritatem, prædictus numerus Antiſtitum, qui in illo interfuerunt.

7 Circa notam verò ſubſcriptionis Summi Pontificis, ſuppoſito, quod neque ipſe, neque eius Legati in illo interfuerunt, neceſſario dicendum eſt, fuiſſe appoſitā, magna cautela; etenim, quia Cōcilium celebratum ſine authoritate Summi Pontif. non eſt legitimum, appoſita fuit illa nota, ad dandum illi robur, quia ſpopōdit Imperator Pontificem Romanū ſubſcripturum, & ita locum eius ſubſcriptioni deſignarunt, quod probatur ex his, quæ author admonitionis refert, ſcilicet, Sergiū Papam, ſub quo fuit celebratum Concil. noluiſſe illi ſubſcribere; ideoque Imperatoris iuſſu fuiſſe Conſtātinopolim, Roma vinctū adductum, vbi cum conſtanter voluntati Imperatoris reſtitiſſet, nec illi Conc. ſubſcripſiſſet, dimiſſus eſt, cum tamen illa nota loci ſubſcriptionis in illo Concil. manſerit, vt ſaltim ab illa haberet authoritatem.

8 Hunc locum Concilij Trullani nullatenus ſibi poſsūt vſurpare Turritanus, & Arboren. tum quia *Sardiniēſis*, ſēper per antonomaſiam eſt Calaritanus, vt ex his, quæ de Prothogene diximus, manifeſtum eſt, tum etiā, quia tempore illius Concilij nō erant Archiepiſcopi, ſed ſolum Epiſcopi, & ita non potuit eis aſſignari locus inter Primates, ſicut Calaritano, qui habet probatam intentionem ſuam, ex his quæ de S. Lucifero teſtantur Athanaſius, & Tripartita, à quibus vocatur Metropolitanus Inſularū Sardiniæ, adiūctis alijs, quæ in ſuperioribus dicta ſunt.

9 Neque obſtat, quod in 7. Synodo generali, Epiphanius Legatus Thomæ Archiepiſcopi Calaritani, nō ſubſcripſerit inter Primates, ſed inter Metropolitanos, nā adhoc reſpondetur non fuiſſe in illo Concilio ſeruatum ordinē præcedētiæ, & dignitatū, vt conſtat ex ſubſcriptionibus ſeſſionū, in quibus eadem nomina aliquādo anteponūtur, aliquando poſtponuntur, & in pluribus ſeſſionibus inuenitur Epiſcopus Seleuciēſis, qui ſine dubio eſt Primas, cum alijs, in loco inferiori, Legato Archiepiſcopi Calaritani; & quando fuiſſet ſeruatus ordo præcedentiæ, ſufficit Calaritano præceſſiſſe alios Primates.

10 Nec obſtat ſecundo, quod in prædictis cōcilijs generalibus nūquā fuit datus Calaritano titulus Primatis, neque S. Gregor. in ſuis epiſto. Ianuarium Calaritanum; hoc titulo exornauit. Nā ad hoc reſpondetur in illis Concilijs generalibus antiquis, vel propter humilitatem, vel quia res erat notoria, nunquam titulo Primatis, vſi ſunt, ſed titulo Epiſcopi, & aliquando Metropolitani, ſolum in

ſexta

ſexta Synodo generali, illo vſi ſũt Epheſinus, & Cęlarienſis, quin neque in illo, neque in alijs Concilijs relatis, illo vſui fuerit, cum de pluribus, in eis intereſſétibus, liquido conſtet fuiſſe Primates, vt de Theſſalonicẽſi, Heracleenſi, Iuſtinopolitano, & alijs, & ita nil mirum, ſi nõ inuenitur etiam tributus Calaritano. Propter eandem rationem D. Greg. non curauit de cõferendo hunc titulum Ianuario, in ſuis epiſtolis, ſicut nec contulit Aquileienſi, Mediolanenſi, Rauenati, Primatibus Galliæ, & Hiſpaniæ, & alijs, quos ſolo titulo Epiſcopi, & aliquando Archiepiſcopi exornauit, vt conſtat ex epiſt. 35. lib. 1. vbi dicitur *Ioanni Epiſcopo Rauennati*, & epiſt. 16. eiuſdem lib. Seuero Epiſcopo Aquileienſi, imó, & quatuor Patriarchis maioribus, vt in epiſt. 24. lib. 1. Ioanni Epiſcopo Conſtantinopolitano, & in alijs, Alexandrino, Antiocheno, & ita ex hoc nullum contra nos ſumitur argumentum.

10 Neque obſtat tertio Archiepiſcopum Calaritanũ, non inueniri in alijs Concilijs generalibus celebratis poſt ſeptimã Synodũ vſque ad Trident. in quo non habuit locum inter Primates, ſed inter Archiepiſcopos. Nam adhoc reſpondetur, poſt ſeptimã Synodum generalem nõ inueniri ſubſcriptiones Prælatorum, vſque ad Florentinum celebratum ſub Eugenio IIII. & ita ex illis nihil poteſt euinci contra Calaritanũ.

11 In Concilio Viẽnenſi celebrato ſub Clemẽte V. inuenitur Cathalogus Prælatorũ, ad quos fuerunt miſſæ tractorię, & in eo Calaritanus poſt Piſanum, Turrit. & Arboren. ſed ex ordine ibi ſeruato, nõ poteſt colligi præcedentia dignitatum, quia Patriarchæ maiores nouiſſimum locum obtinent.

12 In Concilijs, Florentino ſub Eugenio IIII. & Lateranenſi ſub Leone X. non interfuit Calaritanus, ſicut neque in primo Turritanus, neque in vtroque Arborenſis: in Tridentino autem, in quo interfuit, quamuis non repeiatur ſubſcriptus inter Patriarchas, ſed ſolum inter Archiepiſcopos, hoc ideò euenit, quia in illo Concilio propter differentias Primatum, ſtatutum fuit in fine ſeſſ. 2. vt inter eos, & Archiepiſcopos non ſeruaretur ordo, ibi, *Inſuper ipſa Sacra Synodus ſtatuit, ac decernit, quod ſi forte contigerit, aliquos debito in loco non ſedere, &c. & alios quoſcunque actus facere, Concilio durante, nulli propterea præiuditium generetur; nullique nouum ius acquiratur*, & latè ſeſ. 16. eiuſdem Concilij, & ita Ioannes Brunus Archiepiſcopus Antibaren. Primatus Seruiæ, ponitur inter Archiepiſcopos, tempore Iulij III. poſt Turritanũ; & inter Archiepiſcopos, qui adfuerunt tempore

Pauli IIII. ponitur Bracarenſis, qui Primatum Hiſpaniæ ſibi vẽdicat: & inter Archiepiſcopos, qui adfuerũt tempore Pij IIII. ponitur Archiepiſcopus Nicoſiæ Primas Cypri, & Archiepiſcopus Senonen. vnus ex Primatibus Galliæ, vt tradit Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 36.

Probatur Primatus Calaritani ex actibus exercitus, pertinentibus ad Primatialem dignitatem, & in primis ex ordinatione Eccleſiarum. C. 23.

1 NVlla maior probatio alicuius iuriſdictionis poteſt dari, quam pacificum exercitium illius à Sũmis Põtificibus approbatum; hoc autem in Primatiali dignitate Archiepiſcopi Calaritani reſidiſſe, in hoc, & ſequentibus capitibus oſtendetur, teſtificatione, & authoritate D. Grego. Magni, cuius ſola authoritas ad hoc fulciendum, abundè ſufficit. Nam in primis Archiepiſcopus Calaritanus antiquitus ordinabat omnes Eccleſias Sardiniæ, & in illis, Epiſcopos creabat, & ordinabat. Probatur hoc authoritate D. Greg. Epiſt. 29. lib. 3. regiſtri ad Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, ibi, *peruenit ad nos, in loco, qui intra Prouintiã Sardiniæ, ſitus eſt, & dicitur Pauſanias, conſuetudinẽ fuiſſe Epiſcopum ordinandi, &c. hortamur fraternitatem tuã, vt ille, ſecundum priſtinum modum, ordinare feſtines Antiſtitem, talẽ, videlicet, qui adhoc opus, moribus, ac verbo, exiſtat idoneus*; vbi notandum eſt Pauſaniam, quæ hodie dicitur Terranoua, eſſe in extrema ora Sardiniæ ſitã, ſex dierum itinere à Calari diſtãtem, & Corſicę vicinam, ad Epiſcopatũ Ampurienſem modo pertinentem, qui eſt ſufraganeus Turritani, atque adeò iuriſdictio Calaritana, totam Inſulã, ab extremo ad extremum continebat, & per conſequens Turritanam, & Arborẽſem Prouincias, quæ ſunt intermediæ.

2 Quod autem hęc poteſtas fuerit ordinaria in Archiepiſcopo Calaritano, non verò ſpecialiter delegata, manifeſtè declarat illa particula *hortamur*, nam ſi fuiſſet delegata poteſtas, neceſſario debuiſſet dicere *committimus*, vel *delegamus*, vt eſt per ſe notum, nam per ſolum terminũ hortationis, nunquam confertur alicui iuriſdictio delegata, & non ſolum in claris, vt hic, ſed, & in dubio eſt præſumẽdum fuiſſe iuriſdictionẽ ordinariam. Maſcard. de probat. concl. 948. & concl. 1697. Nec obſtat, quod Turritanus aſſerat non fuiſſe ordinationem Epiſcopi Pauſanias à Calaritano executioni mandatã; nã ex Fara de Rebus Sardois anno 650. fol. 133. colligitur illo tempore Pauſaniã habuiſſe Epiſcopum, qui nuncupabatur Victor; & Calaritano ſufficit,

ficit, quod ex Epiſtola Pontificis conſtet habuiſſe iuriſdictionem ordinandi Epiſcopum Eccleſiæ Pauſaniæ, & Victorem fuiſſe ſuffraganeum Calaritani.

3 Nec ſecundo obſtant verba illa Epiſtolæ; *Superflua popoſciſſe*, quibus Turritanus autumat apparere, quod ad petitionem Calaritani, fuit illi à Summo Pontifice Gregorio cõceſſa poteſtas ordinandi Epiſcopum Pauſaniæ, & ſic quod fuit illa delegata, & non ordinaria.

4 Nam reſpondetur, quod verba illa nõ referuntur ad petitionem Ianuarij; quia, vt apparet ex tenore Epiſtolæ, non eſt reſponſiua alicuius Epiſtolæ: vel petitionis Ianuarij; ſed potius ſupponit ſuggeſtionem alterius, vel quærelam negligentię illius ab aliquo tactã, vt apparet ex verbis illis Epiſtolę; peruenit ad nos, & in dubio ea ſumenda eſt interpretatio, quæ importet iuriſdictionem ordinariam, & non delegatã, maxime hic, vt ſupra probatum fuit; ac etiam, quod pluries fuit quærellatum de negligentia Ianuarij, & patet, ex D. Gregorio Epiſt. 59. lib. 10.

5 Denique hanc iuriſditionem Calaritani, de ordinandis Eccleſijs Sardinię, non fuiſſe delegatã, ſed ordinariam manifeſte probat alia Epiſt. D. Greg. ſcripta Vitali defenſori Sardiniæ, quæ eſt 59. lib. 11. indic. 6. in qua loquens de Ianuario Archiepiſcopo Calaritano ſic ait. *Experientia tua indicante comperimus Xenodochia in Sardinia conſtituta, grauem habere neglectum, vnde Reuerendiſſimus Frater, & Coepiſcopus noſter Ianuarius, vehementiſſimè fuerat obiurgandus, niſi nos eius ſenectus, ac ſimplicitas, & ſuperueniens ægritudo, quam ipſe retuliſti, ſuſpenderet, &c.* & paulo inferius; *de Eccleſijs autem, quas vacare Sacerdotibus indicaſti, prædicto Reuerendiſſimo Fratri, & Coepiſcopo noſtro Ianuario ſcripſimus, vt eas debeat ordinare, ſic tamen, vt non omnes ad Epiſcopatũ de Eccleſia ipſius eligantur; nam ſic eum conuenit alias ordinare, vt Eccleſiæ ſuæ de perſonis, quæ in ea poſſunt proficere, neceſſitatem non faciat.* Ex qua epiſt. D. Grego. tria liquido conſtat. Primum ordinationem Epiſcoporũ Sardiniæ pertinuiſſe ad iuriſdictionem Archiepiſcopi Calaritani. Secũdum hanc fuiſſe generalem in tota Sardinia, in qua illam exercebat, tum quia aliàs nõ fuiſſet obiurgãdus propter grauem neglectum Xenodochiorum conſtitutorum in tota Sardinia, non enim dixit Greg. conſtituta in Prouintia Calaritana, ſed *Xenodochia in Sardinia conſtituta*, & probatur latè infra cap. ſequenti; tùm etiam quia, ordinatio Eccleſiarum, & Epiſcoporum priuatiuè pertinebat ad Primates, vt mox probabimus. Tertium hanc iuriſdictionem Ianuarij,

nuarij, non fuiſſe ſpecialiter delegatā, ſed ordinariā, nā ſi fuiſſet ſpecialiter delegata, nequaquam fuiſſet deleganda Ianuario, propter eius ſenectutem, ſimplicitatē, & ægritudinem, quam ait Gregorius tunc Ianuarium habuiſſe, ſed alteri Epiſcopo Prouintię, ętate, valetudine, & prudentia polléti, alias obiurgandus fuiſſet ipſe Greg ſi neglecto miniſtro idoneo delegaſſet ſeni, ſimplici, & ægro; quod de tanto Eccleſiæ Summo Paſtore, & Doctore nefas eſt dicere, & ita intellexit hunc locū, Antonius Carrafa Cardinalis S. Sedis Apoſtolicę Bibliothecarius in indice ſuper Epiſtolas Diui Gregorij verb. *electio* pag. mihi 943. vbi citans hanc epiſtolam 59. per errorem 57. *lib. 1. epiſtolarum D. Greg.* ſic ait *Tortaus eſt Metropolitanum, vt Eccleſias Sacerdotibus vacantes ordinaret, ita tamen, vt non omnes de eius Eccleſia ad Epiſcopum eligerentur, ne propria Eccleſia neceſſario cultu careret*, vbi, & Ianuarium Calaritanū, Métropolitanum eſſe, & ordinationes ab eo fieri debere, & adhoc hortaſſe D. Greg. non delegaſſe, manifeſte affirmat.

6 Quod autem ordinatio Eccleſiarum, & Epiſcoporum, antiquitus pertineret ad Primates, vt proprius actus iuriſdictionis illorum, probatur ex diſt. 64. cap. 5. & 65. cap. 5. Cyric. epiſt. 4. cap. 1. & Innocent. epiſt. 2. cap. 1. relatis ab Anton. Auguſt. epit. veter. iur. Pontif. tom. 1. lib. 2. tit. 12. de Priuilegijs Primatum cap. 1. & 2.

7 Item, quod hic actus fuerit priuatiué pertinens ad ſolos Primates, probatur expreſſe authoritate Concilij Tauritanen. cap. 1. in deciſ. litis inter Archiepiſcopos Arelaten. & Viennen. in qua poſt quam definiuit illud Concilium illum ex duobus eſſe Primatem, qui probaſſet ſuam Ciuitatē eſſe Metropolim Prouintiæ, ſubdit, *Iſ totius Prouintiæ honorem Primatus obtineat, & ipſe, iuxta præceptum Canonum, ordinationum habeat poteſtatem*, ex quibus verbis duo manifeſtè conſtant, primum excluſio ab hac iuriſdictione ordinationis alterius Archiepiſcopi cōpetitoris non Primatis, ſiquidem hæc ad ſolum Archiepiſcopum ibi defertur. Secundo hoc fuiſſe à Sacris Canonibus inſtitutum. Quod etiam vlterius confirmatur nam nullus Metropolitanus, non Primas, aut Epiſcopus ſine ſpeciali delegatione Sedis Apoſtolicæ poteſt alios ordinare, neq; Eccleſijs illos præficere.

8 Nec dictis obſtat primo, quod ordinatio Epiſcopi Turritani fuerit à Citonato Calaritano, Archiepiſcopo facta, ratione cōceſſionis Pontificiæ ad tempus poſtquam expirauit conceſſionis delegationis Citonati ad tēpus ægrè enim ferebat Calaritanus, Turritani exéptioné à iuriſdictione ipſius, vt

vt denotant verba illa Baronij to. 8.an.686.nu.1. *proteruia faciente*, vnde cum ordinatio Turritani, cōpeteret Calaritano, virtute delegationis ad tempus infert aduerſarius, quod eodē modo competebat ordinatio aliorum Epiſcoporum, & ſic non iure ordinario.

9 Nam reſpōdetur primo, quod & ſi de delegatione reſpectu ordinationis Turritani factæ à Citonato hoc conſtaret, non inde benè infertur fuiſſe quoque delegatam ordinationem aliorū Epiſcoporum: nam de alijs nō apparet fuiſſe iuriſdictionē delegatā, ſed potius ordinariam, quod in caſu dubio eſt tenendum, vt probatum eſt.

10 Secundo reſpondetur, quod, vt teſtantur Fara de Rebus Sardois, anno 650. fol. 132. & Deuſdedit in ſuo libro, qui in Bibliotheca Vaticana, teſte Fara, ſeruatur, Epiſcoporum Turritanorum ordinationes, iuxta determinationē Martini I. à Pontifice fiebant, & nulli alij ſuberant: & hoc etiam innuunt verba Baronij d. tom. 8. anno 686. ibi, *ab eadem Turritani ſcilicet ordinatione ſuſpenſi ſunt Calaritani, iuxta determinationem Sanctæ memoriæ Martini Papæ*, quare cum ille fuerit exemptus, clare patet, quod antea erat Calaritano ſubiectus, iure ordinario, & ordinabatur ab illo, prout de alijs Epiſcopis Sardiniæ fuit probatum; quare verba Baronij ſunt fauorabilia Calaritano, & contra Turritanum retorquentur.

Calaritanum eſſe Primatem, probatur; ex eo, quod Epiſcopi Sardiniæ non poterant ſine eius litteris formatis ab Inſula exire, & vltramarina tranſmeare. Cap. XXIIII.

1 Secundus actus iuriſdictionis exercitæ ab Archiepiſcopo Calaritano, fuit, nō potuiſſe egredi ab Inſula Sardiniæ, & ad vltra marina tranſmeare, ſine formatis, & licentia Archiepiſcopi Calaritani, quod probatur expreſſa authoritate D. Greg. lib. 7. regiſtri, epiſt. 8. ad Innocentiū. Marinianum, Libertinū, Agatonem, & Victorem Epiſcopos Sardiniæ, vbi ait; *additur etiam, quod ex vobis aliqui pro Eccleſiæ ſuæ, emergentibus cauſis, tranſmarina petentes, ſine Metropolitani ſui cognitione, vel epiſtolis, &c. ſi quendam veſtrum pro cauſis veſtris vbicunque compulerit ambulare neceſſitas, ab eodem Metropolitano veſtro petere licētiam debeatis, nec eum poſtponere in aliquo præſumatis, excepto ſi quod non optamus, contra eūdem Metropolitanum habere vos aliquid cauſæ contingat, vt ab hoc Sedis Apoſtolicæ iuditium requiratis.*

2 Hos autem Epiſcopos relatos in hac epiſt. à D. Greg. fuiſſe ſuffraganeos Ianuarij Archiepiſcopi Calaritani duo ſuadent, Primū autho-

authoritas Ioãnis Franciſci Farę, qui hoc expreſſe tenet lib. 1. de Rebus Sardois pag mihi 133. Ianuarium autem fuiſſe Metropolitanum tempore Diui Gregorij, conſtat ex eiuſdem epiſt. 5. lib. 3. & ep. 47. lib 1. ſcripta ad Honoratum Diaconum de oppoſitionibus Theodori ducis Sardiniæ, in illis verbis, *Ianuarius ergo Metropoleos Calaris, frater, & Coepiſcopus noſter, veniẽs huc in Romanam Ciuitatem, edocuit nos, Theodorũ glorioſum magiſtrum militum, qui ducatum Sardiniæ Inſulæ ſuſcepiſſe dignoſcitur; multa illa contra pijſſimorũ dominorum iuſſa peragere, &c.* Quo titulo Metropolitani nõ exornat Epiſcopum Turritanũ epiſt. 59. eiuſdem lib. ſcripta ad Genadium Exarchum Africæ de violentijs eiuſdem Theodori. Secundum ſuadet ratio ipſa, nam cum inter illos Epiſcopos nominentur Victor, qui erat Epiſcopus Pauſanię, nunc Ampurienſis, & Marinianus Epiſcopus Turritanus, vt cõſtat ex epiſt. 59. Diui Greg. in lib. 1. regiſtri & epiſt. 2. lib. 7. indic. 2. nullus alius poterat eſſe Metropolitanus, niſi Calaritanus, qui in tota Inſula iuriſdictionẽ exercebat ab extremo capite Calaritano vſq; ad aliud extremum, nempe Ampuriẽſẽ, & Turritanum; nam Arborenſis, hoc nullo modo ſibi arrogat, neque arrogare poteſt, vt Turritanum, & Ampuriẽſem, habuerit Epiſcopos ſufraganeos, imò euidenti cõſequentia oſtenditur, ipſum etiam fuiſſe ſufraganeũ Calaritani, & fortaſſe vnum ex illis quinque nominatis in epiſtola; tùm quia ſi Turritanus, & Ampuriẽſis, qui ſunt in alia omnino extrema parte Sardiniæ, erant ſufraganei Calaritani, multo magis Arborenſis cuius Dioceſis in medio Inſulæ ſita eſt, inter Calaritanam, & Turritanã, Prouincias, tùm etiam quia Calaritanus in tota Sardinia iuriſdictionem exercebat, vt conſtat ex epiſt. cit. D. Greg. ad Vitalem defenſorẽ Sardiniæ, relata cap. præcedenti, vbi ait Ianuariũ Archiepiſcopum Calaritanum fuiſſe vehementer obiurgãdum de graui illius neglectu circa Xenodochia in Sardinia conſtituta, quod eſt minifeſtum argumentum iuriſdictionis Ianuarij, in tota Inſula, nam ſi illam non habuiſſet, neq; ad illius curam pertinuiſſet, neq; propter illius neglectum fuiſſet obiurgandus, vt eſt per ſe notum.

3 Nec refert, quod ſolo titulo Metropolitani, & non Primatis D. Gregorius in illa epiſt. Ianuarium, exornet, nam hoc in Summis Pontificibus erat cõſuetum, vt Primates ſolo Metropolitani nomine inſignirent, cuius rei exempla ſunt manifeſta, duo inter alia. Primum in Epiſt. Papæ Zozimi, ſcripta ad EpiſcoposGalliæ relata ab Azor part. 2. inſtit. moral. lib. 3. cap. 36. in qua præcipit

cipit neminem è Prouintia exire, vel alio terrarum ire ſine licentia Archiepiſcopi Arelaten. in illis verbis. *Placuit Apoſtolicæ Sedi, vt ſi quis ex qualibet Galliarum parte, ſub quolibet Eccleſiaſtico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire diſponit, non aliter proficiſcatur, niſi Metropolitani Arelatenſis Epiſcopi, formatas acceperit, quibus Sacerdotium ſuū, vel locum Eccleſiaſticum, quē habet, ſcriptorum eius adſtipulatione pradoceat.* Idemque dixit Zozimus epiſt. 9. ad Patroclum Archiepiſcopum Arelaten. & habetur tom. 1. Conciliorum Impreſſionis Coloniæ pag. 716. & 717. fuiſſe autē Archiepiſcopum Arelaten. Primatem in Gallia, conſtat ex Epiſt. Papæ Pelagij, ſcripta ad Childebertum Regem Galliæ, relata ab Azor 2. part. inſtitut. mor. lib. 5. cap. 36. in illis verbis. *Arelatenſis Eccleſia in regionibus Gallicanis Primatus Priuilegio eſt decorata*, & tamen Zozimus in citatis locis, & alijs, ſolo Metropolitani titulo, Arelatenſem exornat. Secundum exemplum eſt in Epiſt. 2. Papæ Agapiti ad Reparatum Carthaginenſem, de quo nulli dubium eſt fuiſſe verè Primatem, imò, & primum ex vniuerſis Primatibus Africæ, vt inter alios notauit Frāciſcus Turrianus in to. aduerſus Magdeburd. pro Canon. Apoſt. decret. Pontif. ad Epiſt. Aniceti Papæ fol. 588. verba Agapiti ſunt. *Vniuerſa præterea, quæ inimicorum peruerſitas inuaſerat, iura Metropolitana charitati tuæ reparantes, hortamur, vt ea quæ tuo, vel aliorū nomine reſcripſimus, vniuerſis debeas innoteſcere. Metropolitani quippe authoritate ſuffultum, ne quis ſe excuſabiliter aſſerat ignorare, quod Sedis Apoſtolicæ principalitas, Canonum cōſideratione præſcripſit*; vbi Primatem Carthaginenſem, Pōtifex ſolo Metropolitani nomine, inſigniuit, ſicut, & Calaritanum Gregorius.

4 Fuiſſe autem hanc veram iuriſdictionē Primatis, vt ſine eius formatis, nullus Epiſcopus exiret; Probatur tum ex epiſt. citata Zozomi, qui hoc, ſolo Archiepiſcopo Arelaten. in Gallia Primati, defert; tùm etiam ex Concilio Carthag. 3. cap. 28. vbi ſic fuit ſtatutum. *Epiſcopi mare nō exeant, niſi cùm decreto primæ ſedis eius Prouintiæ Epiſcopi, hoc eſt à Primate formatam acceperint, quæ dicitur abſoluta.* Ita tenet, & refert Anton. Auguſt. dicto epitom. lib. 2. tit. 12. cap. 4.

Probatur Primatus Calaritani ex eo, quod conuocabat Concilia Nationalia Sardiniæ. Cap. 25.

1 Tertius actus iuriſdictionis Primatialis Calaritani, fuit congregaſſe Concilia Nationalia in Sardinia. Probatur authoritate D. Greg. lib. 3. epiſt. 9. ad Ianua-

nuarium Archiepiſcopum Calaritanum, vbi ait. *Epiſcoporũ etiam Cõcilia, ſicuti tam tuæ mos dicitur eſſe Prouintiæ; quam quod Sacrorum Canonum authoritate præcipitur, bis in anno te volumus celebrare*, in quo loco, duò ſunt notanda. Primum hunc fuiſſe antiquum morẽ Prouĩtiæ Ianuarij Archiepiſcopi Calaritani. Secundum hoc fuiſſe conforme Sacrorũ Canonum authoritati, quibus excluditur vulgaris inepta reſponſio, qua affirmatur, fuiſſe ſpetialem delegationem S. Greg. & nouam eius ordinationem, ſed ſolum nouam excitationem eius, quod tamquam Primas in ſua Prouincia facere tenebatur.

2 Vbi nomine *Prouintiæ*, nõ poteſt intelligi ſola Calaritana prout diſtinguitur contra Arborenſem, & Turritanam, ſed prout totam Sardiniã includit, cuius Primas, & Princeps erat Ianuarius, quod probatur primo, & manifeſtè ex eadem epiſt. D. Greg. in qua, verba vnius partis, quæ poſſunt ancipitem ſenſum habere debent explicari per aliam partem, in qua ſenſus eſt clarus, & manifeſtus. At iuriſdictionem, & gubernium Ianuarij, extendere ſe ad totam Sardiniam, non verò ſolum ad Prouintiam Calaritanam, probatur manifeſtè ex verbis antecedentibus illius Epiſt. D. Greg. in quibus ad eius curam, & ſuorum prædeceſſorum, ait pertinuiſſe, & pertinere, Monaſterijs monialium totius Sardiniæ prouidere, ibi, *peruenit ſiquidem ad nos, minus te Monaſterijs ancillarũ Dei in Sardinia ſitis, tuitionis impendere, & cum diſpoſitum à tuis prudenter fuiſſet deceſſoribus, vt quidã de Clero probati viri curam gerentes, earũ ſe neceſſitatibus adhiberent, nunc ita funditus eſſe neglectum, vt per publicas perſonas, pro tributis, alijſque munijs, ipſæ per ſe principaliter Deo dedicatæ fœminæ compellantur ſubire, neceſſitatemque habeant, pro ſupplendis Fiſcalibus, per villas, prædiaque diſcurrere, atque virilibus incompetenter ſe miſcere negotijs. Quod maliũ, fraternitas tua facili correctione remoueat.* Hanc autẽ correctionem fuiſſe à vera iuriſdictione manatã cum poteſtate puniendi, & coercendi, paulo inferius ſubdit. *Siqua autem earum* (ſcilicet monialium) *vel per anteriorem licentiam, vel per impunitatis prauam conſuetudinẽ ad lapſum adulterij deducta fuerit, aut in ſtupri fuerit perducta voraginem, hanc poſt competentis ſeueritatem vindictæ, in aliud diſtrictius Virginum Monaſterium, in pænitentiam volumus redigi, &c.* poſt quæ, immediatè ſubdit, *Epiſcoporum etiam Cocilia. ſicut tàm tua mos dicitur eſſe Prouintiæ, &c.* Ecce quomodo ex verbis D Greg. manet declaratum, Prouintiam Ianuarij eſſe totam Sardiniam, de qua in verbis præcedentibus cum tota illa amplitudine loquutus

fuerat

fuerat, nullo modo ſe reſtringendo ad Calaritanam, prout diſtinctam à Turritana, & Arborenſi, quæ in Sardinia includuntur.

3 Secundo probatur ex deductis cap. præcedenti, quia ſi Turritanus, & Ampurienſis, qui pertinẽt ad aliud diſtinctum extremum Inſulæ, à Calaritano, erant ſuffraganei Ianuarij, abſque dubio, prouintia Ianuarij, ſiué Archiepiſcopi Calaritani claudebat totã Inſulã Sardiniæ. Confirmatur nam Romanorum tempore Sardinia erat vnica Prouintia l. 2. §. 32. ff. de orig. iur. & teſtatur Fara de Rebus Sardois, anno à creatione mundi 3730. fol. 34. poſt Rufinum, Sigonium, Onuphrium; & ab Apoſtolis fuerũt iuxta Romanorum diuiſionẽ, diuiſæ Prouinciæ cap. 1. 99. diſt. & ibi DD. & in Concilijs generalibus, vbi ponũtur Epiſcopi per Prouincias, fuit obſeruatũ, & ſignanter reſpectu Sardiniæ. Patet ex Concil. Arelat. 1. anno 314. & alijs Concilijs generalibus, & apparet etiam hoc expreſſe ex eodem Pontifice Gregorio epiſt. 29. lib. 3. indic. 12. ibi *Prouintiam Sardiniam*; at vnius Prouinciç vnus erat Metropolita, vt cap. 7. §. huius lib. probatum eſt, & clarũ eſt Primatis Prouintiam eſſe territorium, ad quod ſe extendit Primatialis dignitas. Faciunt DD. in l. 1. cap. de Metrop. Berit. & ibi Bart. & eius additio.

4 Quod autem hæc iuriſdictio conuocandi Conc. Epiſcoporum Regni bis in anno pertineat ad Primatem, habetur diſt. 65. cap. 6. & in 8. Synodo C. P. cap. 17. ſub Hadr. 2. Nicæ, c. 6. Anſel. lib. 4. cap. 44. Cęſar. lib. 2. cap. 65. relatis ab Ant. Auguſt. dicto epit. lib. 2. tit. 20. cap. 1. 2. 3. 4. & alijs.

Probatur Primatus Calaritani ex eo, quod in comitijs generalibus totius Regni Præſidet, & ius dicit, tamquam Primas. Cap. XXVI.

1 AD vberiorẽ probationem, prædictę iuriſdictionis Primatialis, quam in Concilijs Nationalibus habet, & ſemper habuit Archiepiſcopus Calaritanus, addi poteſt præcedentia, & prẽſidentia Archiepiſcopi Calaritani in omnibus comitijs generalibus totius Regni, quæ à decennio, in decennium celebrãtur cum tractorijs Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis, vti illius ſupremi Regis, & Domini intemporalibus, quæ reſpectu Eſtamenti Eccleſiaſtici, vim obtinẽt Concilij Nationalis, quia in eo adſunt omnes Regni Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſiuè illorũ Procuratores, ſicut, & omnium Capitulorum Eccleſiarum Cathredalium, & in eo ſemper præſidet Archiepiſcopus Calaritanus, ſicut Procurator Capituli Calaritani, pręcedit Procuratores Turritani, & Arborenſis, propter maiorem dignitatẽ Primatialem

Eccleſiæ, & Capituli Calaritani.

2 Neque obſtat primo, dicere Archiepiſcopum Calaritanum præſidere, & habere primam vocem, & locum in Eſtamento Eccleſiaſtico, quando celebrantur comitia generalia, quia Calari sẽper celebrantur, atq; adeò in eius territorio. Nam contra hoc eſt, quia in comitijs generalibus Regni, & in actibus illius, nõ attenditur ratio territorij, ſed præeminentia dignitatum, & Eccleſiarum, aliàs ſequeretur, quod ſi celebrarẽtur in territorio infimi Suffraganei, ille ſuffraganeus omnibus alijs præſideret, quod eſſe contra ſtylum omnium Prouinciarum, experientia docet, ſicut etiam in alijs Eſtamentis Regali, & Militari, in quibus attenditur præeminentia Ciuitatum, & Titulorum, non autem ratio territorij, vt eſt per ſe notum.

3 Neque obſtat ſecundo, Archiepiſcopum Calaritanum præſidere, & habere primam vocem, & locum in Eſtamento Eccleſiaſtico, non vti Primatem, ſed vti Archiepiſcopum Eccleſiæ antiquioris, & dignioris, ſicut in comitijs Regni Valentiæ, præſidet Archiepiſcopus Valentinus, & in comitijs Regni Aragoniæ, præſidet Archiepiſcopus Cæſaraugustanus, qui tamen non ſunt Primates. Nam contra hoc eſt: etenim licet non ſit de eſſentia illius præcedentiæ eſſe Primatem, vt benè probat obiectio, tamen in præcedentia Calaritani hoc manifeſtè euincitur, non ſolum quia in omnibus actibus comitiorum ſemper vtitur titulo Primatis, ꝙ nullus aliorum Archiepiſcoporum præſtat, ſed etiam quia vt Primas ius dicit, & exercet actũ iüriſdictionis, pertinẽtem ad Primatem, vtpoté cõcernentem totam Prouinciam, & Regnũ Sardiniæ, prout includit, etiam Turritanam, & Arboren. etenim in die celeberrimo Solij, quando in eius Trono ſedet Prorex, & Præſes generalis Parlamẽti, vice, Catholicæ ſuæ Maieſtatis, & in gradibus Solij Regens Regiam Cancellariã cum omnibus Miniſtris, duorũ Conciliorũ, Iuſtitiæ; & Patrimonij, & Regibus Officialibus; & infra ſolium tria Stamẽta Regni in forma repreſentantia adæquatè totum Regnũ, Secretarius Curię Archiepiſcopalis aſcẽdens ſuper ſoliũ, legit alta voce, & intimat cenſurã tenoris ſequẽtis.

FORMA CENSVRÆ.

NOS Don N. Por la gracia de Dios, y por la Santa Sede Apoſtolica Arçobiſpo de Caller, Obiſpo de las vniones, Primado de Cerdeña, y Corſega, Confalonerio de la Santa Romana Yglesia, Prior de Sã Saturnino, Señor de las Baro-

Baronias de Suelli, y San Pantaleon, y Iſla de San Antiogo, del Conſejo de ſu Mageſtad del Rey nueſto Señor, à Vueſtra Excellencia Señor Don N. por ſu Mageſtad Virrey, Lugartiniente, y Capitan General en el preſente Reyno de Cerdeña, y Preſidente en el preſente Real general Parlamento, y à los Nobles, y Magnificos, Regente de la Real Cancellaria, Officiales Reales en el dicho preſente Reyno, y à otras qualeſquier perſonas, à la qual, ò alaſquales las preſentes toquen, y perteneſcan en qualquier tiempo, y porqualquier cauſa, ò razon en particular, ò en general, exhortamos, y amoneſtamos por primera ſigunda, y tercera peremptoria, y Canonica monicion, y en virtud de Santa obediencia, y de eſcomunion maior, ipſo facto, incurrenda, trina Canonica monitione præmiſſa, que hayan de mantener, guardar, y obſeruar, todo lo que Vueſta Excellencia hà prometido decretado, firmado, y iurado, en los actos de Corte, Capitulos, y proceſſo del preſente Real, y general Parlamento celebrado por Vueſtra Excellēcia, en nombre de ſu Mageſtad el Rey Nueſtro Señor à los Renerendiſſimos expectables, y Magnificos Eſtamentos, Eccleſiaſtico, Militar, y Real del dicho preſente Reyno de Cerdeña, y ſi por caſo en algun tiempo (lo que no ſe creè, ni ſe eſperà) Vueſtra Excellencia ò los dichos Officiales Reales, ò otras de las perſonas ſobredichas, à las quales juntas, ò en particular toque la obſeruancia de las dichas coſas, no las obſeruaren agora para entonces, & e contra, con las preſentes promulgamos, y declaramos à Veſtra Excellencia, y à todos los ſobredichos, que lo contrario hyzieren, hauer incidido, ſegun que incidiran en la dicha pena de excomunion maior, en la qual eſtaran haſta que mereſcan obtener el beneficio de la abſolucion, la qual à ſu Santidad, ò à nos reſeruamos, ſigun la ſerie, y tenor de la reſpueſta, y offrecimiento en eſta Congregacion Solio, y Concluſion del preſente Real general Parlamento, en la preſente hora; hecha, y preſentada à Vueſtra Excellencia en nombre de ſu Real Mageſtad por los dichos tres Eſtamentos, à los Secretarios de los quales mandamos cōtinuen el auto de la publicacion, y preſentacion de las preſentes. Dat. en Caller, y en nueſtro Palacio Archiepiſcopal à del mes de año de la Natiuidad de Nueſtro Señor de M.DC.

El Arçobiſpo de Caller.

Gaſpar Sirigo Not. & Curiæ, ac Menſæ Archiepiſcopalis, & Primatialis Calaritanæ Secret. &c.

Loco Sigilli.

Hæ autem litteræ in latinum verſæ, ſic habent.

Nos

NOS Don N. Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiæ, Archiepiſcopus Calaritanus, Epiſcopus Vnionum, Primas Sardiniæ, & Corſicæ, Confalonarius S. R. E. Prior S. Saturnini, Dominus Baroniarum Suelli, S. Pantaleonis, & Inſulæ S. Antiochi, Conſiliarius Regiæ Catholicæ Maieſtatis. Excellentiam veſtram Dominum Don N. pro ſua Regia Maieſtate Regis noſtri, Proregem Locumtenentem, & Capitaneum Generalem in præſenti Regno Sardiniæ, & Præſidem in præſenti Regio generali Parlamento, & Nobiles, & Magnificos Regentem Regiam Cancellariam, Officiales Regios, in præſenti Regno, aliaſque perſonas, ad quas præſentes ſpectant, quocunque tempore, & quacunque cauſa, via, & ratione, in particulari, aut in generali, hortamur, monemuſque primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè pro trina Canonica, & repetita monitione in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna excomunicationis maioris latæ ſententiæ, ipſo facto, incurrẽda, trina Canonica monitione præmiſſa, quod faciant, & debeant manuteneri, & cuſtodiri totum illud, quod Excellencia veſtra promiſit, decreuit, firmauit, & iurauit in actibus Curiæ, Capitulis, & proceſſibus huius Regij generalis Parlamenti celebrati, per Excellentiam veſtram, nomine præfatæ C. R. Maieſtatis Domini noſtri Regis ſpectabili, & Magnifico Eſtamẽtis Eccleſiaſtico, Militari, & Regio huius Regni, Sardiniæ; & in euentum, in quem vllo vnquam tempore (quod nec creditur nec ſperatur) Excellentia veſtra, dicti Officiales Regij, vel alij, quos ſimul, vel in particulari harum rerum obſeruantia reſpicit, non obſeruauerint, vel cõtrauenerint, ex nunc protunc, & è contra, per præſentes declaramus, & ſententiamus Excellentiam veſtram; & omnes alios ſupradictos contra facientes incidiſſe, ſicut incident, in dictam pœnam excommunicationis maioris latæ ſententiæ, in qua manebunt quamdiu perfecta, & integra ſatisfactio data fuerit, quo vſque mereantur abſolutionis benefitium obtinere, quam quidem abſolutionem nobis, & ſuæ Sanctitati reſeruamus, iuxta ſeriem, & tenorem reſponſionis, & oblationis in præſenti Congregatione, Solio, & Concluſione præſentis Regij generalis Parlamẽti ad præſens factæ, & præſentatæ Exc. veſtræ, nomine ſuæ Maieſt. per dicta tria Eſtamenta, quorum ſcribis mandamus, quod continuẽt præſentem actum publicationis, & præſentationis præſentium. Dat. Calari in noſtro Palatio Archiepiſcopali, &c.

Archiepiſcopus Calaritanus.

4 Circa quam cenſuram, primo eſt notandum, illam promulgari ab Archiepiſcopo Calaritano cũ titulo Primatis Sardiniæ, & Corſicæ, in præſentia Regiæ Mageſtatis, ſiue locum eius tenentis, & omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum totius Regni, vel ſuo-

ſuorum procuratorum cum immemoriali obſeruãtia huius promulgationis in omnibus Parlamentis celebratis in Regno Sardiniæ, nemine reclamante, nec contradicẽte, nec titulo Primatis, neque exercitio actus huius iuriſdictionis, in præſentia totius Regni facti, præſentia autem, & paciẽcia inducit conſenſum, Signorol. conſ. 104. n. 6. Tuſch. concl. 603. num. 8. tom. 6.

5 Secundo circa hanc cenſuram eſt notandum, eſſe actum iuriſdictionis vniuerſalis, & Primatialis quia extenditur ad omnes Prouincias Metropoliticas ipſius Regni. Primo ab eius effectu, qui eſt ligare vniuerſos iudices Prouinciæ, ergo, & ipſe ſe extendit ad vniuerſam Prouinciam, ex communi axiomate, qualis eſt effectus, talis cẽſetur quoq; eius cauſa, *ex l. rem nõ nouã §. fin. Cod. de iudicijs*, & prohibito effectu, vel cõceſſo, prohibetur, vel conceditur, cauſa *l. oratio ff. de ſponſal. l. iure ff. de regulis iuris, Euerardus in loco ab effectu fol. 131. Vigel. in ſua legali dialect. fol 241. & l. ſi ſeruũ § vſufruct. ff. de vſu & habitatione, Gabr. lib. de præſumpt. concl. 7. Menoch. lib. 6. Cacheranus deciſ. 101. nu. 9. Guido Papæ deciſ. 271. nu. 2. lit. A. Couar. de teſt cap. ad hæc 8. num. 1.* accedunt Canones, *cap. cum quid de reg. iur. in 6.* & è cõtra, prohibita cauſa, prohibetur effectus, *cap. cum quid 39. de reg. iur. in 6. & cap. nam concupiſcentiam, quarto de conſtitut. concordat l. 1. §. vſufruct. ff. ſi vſufruct. petatur, & l. 2. ff. de iuriſdictione, & l. vlt. in fine ff. de off. eius cui mandata eſt iuriſdictio Ex Nicolao Vigel. loc. cit.*

6 Secũdo probatur, hunc actum eſſe iuriſdictionis vniuerſalis in toto Regno, à materia circa quã, quia factum reſpicit vniuerſum Regnum, ergo, & ipſe reſpiciet etiam vniuerſum Regnum; quia materia circa quam, & obiectum idem ſunt; at actus ſequitur naturam obiecti, quia actus per obiecta, ſpecificantur, vt eſt commune axioma tritũ in Philoſophia, & Theologia, cum Ariſtotele, & S. Tho.

7 Tertio ex fine, nam certum eſt finem huius actionis eſſe cõpeſcere vniuerſos Officiales, vbicunque in Regno exiſtẽtes, ergo hic actus qui ordinatur ad hunc finẽ, debet etiam ſe extendere ad vniuerſum Regnum, quia qualis eſt finis, tale quoque cenſetur id cuius eſt finis *l. 1. §. huius ſtudij ff de iuſtitia, & iure, & l. 4. §. itemque ff. de alienatione iudicij, idem Vigel. fol. 223.*

8 Quarto ex natura partis, & totius, certũ eſt enim hunc actũ, de quo agimus eſſe quodãmodo partem totius functionis Parlamenti, ſed in iure, quidquid dicitur de tota functione, ſeu de toto, dicitur etiam de eius parte *l in toto ff. de regul iur. l. quoties §. ſed ſi ff. de hæred.*

hæred. inſtit. l. non debet ff. de regul. iur. ergo ſicut totum ſcilicet Parlamentum, reſpicit vniuerſum Regnum, hic actus etiam reſpiciet, quia eſt pars illius.

9 Quod ſi obijciatur, hanc cenſuram promulgari à Calaritano, & non ab alio Antiſtite Regni, ratione ſolius territorij, quia Parlamentum celebratur in ſua Ciuitate, & Diœceſi, & non in alia.

10 Contra hoc eſt, quia ſolum territorium non dat iuriſdictionem ad condendas leges cõmunes toti Regno, & ad ligandos non ſubditos extra territorium, ſed ad ſummum, leges à ſe ſancitas pertinẽtes ad vtilitatem ſuæ Dioceſis, poteſt ordinarius compellere, non ſibi ſubditis, quando ſunt in ſuo territorio, vt eſt vulgatum in iure, & ipſa experientia notum, ſed iſta lex, & cenſura, quã promulgat Calaritanus in die Solij, ſe extendit ad totum Regnum, etiam ad non ſibi ſubditos extra ſuum territorium, igitur non promulgat illam ratione ſolius territorij, ſed ratione iuriſdictionis amplioris Primatialis, quæ extenditur ad totum Regnum. Et confirmatur, quia leges, & Canones reſpiciunt tempus futurum, & non ſolum præſens in quo promulgantur *ex cap. cognoſcentes de conſtit. & cap. fin. tit. eodem, & ibi Decius, & omnes DD.* Quod adeó verũ eſt, vt ſi verbum legis ſit dubium, puta quia ſit ſubiunctiui modi, ꝙ pro præterito, & futuro intelligi poteſt, in lege, vel ſtatuto, in futurum interprætatur, *Abbas in cap. quoniam 13. de conſtitut. poſt Bartol. in l. omnes populi in 6. quæſt. principal & in 3. quæſt. verſic. iuxta præmiſſa ff. de iuſtitia, & iur. & notat Bald. in leg. leges colum. 3. Cod. de leg. facit gloſ. in cap. vnico §. fin. in verſic. receperit de Clericis non reſidentibus in 6.* & latè recentiores in dicto *cap. quoniam*; ergo, & verba huius cenſuræ dirigunt in futurum tempus, at in tempore futuro, miniſtri omnes, & officiales Regij exiſtentes in Parlamento (quod ſubito diſſoluitur) non exiſtẽt in Dioceſi Calaritana; atque adeò ſi ſolum ratione territorij haberet robur, extra illam, non ligaret cenſura, ergo verba latæ cenſuræ euaneſcerent, & eſſent ſine effectu. Verba autem debere accipi cum effectu, docet, *tex. in l. 1. §. autẽ ff. quo quiſque iuris, & l. ſi quis §. teſtamentum ff. de pœnis, l. 2. §. 1. ff. quemadmodũ teſtamenta aperiantur l. cum precibus 18. C. de probation. l. 4. §. condẽnatum ff. de re iudic. concordat tex. l. penult. §. docere ff. ne quis eum, qui in ius vocabitur, &c. Concordat deniq; l. nomen §. fin. ff. de verborum ſignificatione, de quo plura Nicolaus Vigel. cit fol. 357.*

11 Et confirmatur, quia verba ſtatuti, non debent eſſe otioſa, ſed accipi debent, vt id quod ſignificant operentur circa finem ad

quem

quem diriguntur, quæ eſt obſeruantia generalis in toto Regno. Probatur *exemplo l. ſi quando ff. de legatis 1. & l. Mcuius ff. de legatis 2. & l. 1. §. finali, ad municipalem.* Igitur hæc cenſura eſt actus iuriſdictionis veré Primatialis. Minus obſtat, quod Turritanus aſſerat, Calaritanum promulgare hanc cenſuram, vti præſulem antiquiorem conſecratione his, qui interfuerunt, nam reſpondetur, hoc eſſe falſum, quia vt conſtat ex ipſis comitijs generalibus ſéper promulgatur cenſura à Calaritano; ita vt etiam, ſede illa vacante, promulgetur à Vicario ſedis vacãtis, vt videre eſt in comitijs factis à Don Ioanne Coloma, anno 1577.

Primatus Calaritani probatur ex eo, quod dedit Iudices in Prouintia, & Legatos ad Concilia miſit. Cap. 27.

1 QVartus actus iuriſdictionis Primatialis Calaritani fuit, dare Iudices in Prouincia. Quod autem Archiepiſcopus Calaritanus habuit hãc iuriſdictioné, probatur ex epiſt. 61. lib. 1. D. Gregorij ad Ianuariũ Archiepiſcopum Calaritanũ; cui cõmendans, cauſas Pompeyanæ, & eius lites, ait. *Propterea ſalutantes fraternitatem veſtrã, debito charitatis affectu, prædictam vobis fæminam neceſſario duximus commendandã, vt comitante iuſtitia, in nulla, fraternitas tua contra æquitatem, grauari cauſa permittat, nec aliqua inconſultè pati diſpendia, ſed ſi quas habere cauſas contigerit in electorum iuditio, altercantium ventiletur contentio, & quæcunque fuerint definita, ita tranquille ad effectum, vobis ſolatiantibus, perducatur.* Ponderãda ſunt illa verba *in electorũ iuditium*; quæ plané demonſtrant hanc ſupremam authoritatem dandi iudices in Prouintia ad lites diſcutiendas, finiendas, determinãdas, & debitę executioni mandandas, pœnes Archiepiſcopum Calaritanum, tamquam Primatem reſidiſſe.

2 Hãc autem iuriſdictioné nominãdi Iudices in Prouintia, fuiſſe Priuilegiũ proprium Primatis; probatur *ex epiſt. 2. Iulij PP. c. 34. & habetur 1. q. 1. c. 4. Iuo lib. 4. titu. 11. c. 2. Anſel. lib. 3. c. 21. Ant. Aug. dicto epit. lib. 2. tit. 15. cap. 1. & 2.*

3 Quintus actus iuriſdictionis, ſeu præeminentiæ Primatus Calaritani fuit, antiquitus miſiſſe legatos ad concilia, tum prouintialia, tum generalia; cuius rei habemus duplex teſtimonium authéticum, ſumptũ ex Concilijs. Primũ eſt S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, & Primatis Sardiniæ, qui poſt relaxatum exilium, in Oriente commoratus, cum Synodo Alexandrinæ, in qua præfuit Euſebius Vercellẽſis, vti Legatus Sedis Apoſtolicę, intereſſe nõ po-

tuiſſet, eo quod, & ipſe Lucifer eiuſdem etiam Sedis Apoſtolicæ Legatus, rebus Eccleſiæ Antiochiæ prouidendis, erat intentus, miſit Legatum ſuũ ad illud Conciliũ, ita refert Hiſtoria Tripartita cap. 18. & 19. ibi, *Lucifer quidẽ ad Antiochiam Syriæ peruenit, Euſebius Alexandriam, vt vna cum Athanaſio, facto Cõcilio, Eccleſiæ dogmata roboraret, Lucifer tamen miſit in locum ſuum Diaconum, &c.* Idẽ habetur in epiſt. Synodali illius Concilij Alexandrini, propè finem, & extat *tom. 1. Conciliorum Impreſſ. Colon. pag. 489.* ex qua conſtat eius Legatos fuiſſe duos Diaconos, Herennium, & Agapitum.

4 Secundum teſtimonium eſt Thomæ Archiepiſcopi Calaritani, ſiuè Sardiniæ, qui ad ſeptimam Synodum generalem, miſit Legatum ſuum Epiphanium Diaconum, qui in omnibus actionibus appellatur, *vicem agens Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ.*

5 Fuiſſe autem hanc præeminentiam, & priuilegium Primatum, mittendi ad Concilia Legatos; Probatur decretis trium Cõciliorum, ſcilicet duorũ Carthaginenſium, & vnius Africani, relatis *ab Antonio Auguſtino d. epito. lib. 2. tit. 12. cap. 3. & 7.*

Probatur Calaritanus Primatus, ex eo quod maiora negotia Eccleſiarum totius Regni ad eum fuere delata. Cap. 28.

1 Sextus actus Primatus Calaritani fuit, cognouiſſe de maioribus negotijs Eccleſiarum totius Sardiniæ, quã iuriſdictionem pertinere ad Primates, probatur, *ex cap. in illis 80. diſtinctione, ex B. Clemente epiſt. 1. poſt medium, ex Anacleto epiſt. 2. cap. 4. & epiſt. 1. ante finem, ex Stephano epiſt. 2. cap. 5. Leone IX. ad Epiſcopos Africæ Epiſt. 3. Anſel. lib. 2. cap. 105. & cap. 109. Burch. lib. 1. c. 155. Ant. Aug. d. epit. lib. 2. tit. 14. cap. 1. 2. & 3. & tit. 17. cap. 3.*

2 Cognouiſſe autẽ Calaritanum de maioribus, & grauioribus negotijs Eccleſiarum totius Regni, qualia ſunt materiæ fidei, conuerſionis idolatrarũ, punitionis illorum, & reformationis vniuerſalis tàm Clericorum, quam Monialium, & aliorum, conſtat *ex Epiſt. 24. lib. 3. D. Greg.* qui ſcribẽs ad Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, ſic illum monuit, eiuſque iuriſdictionem excitauit, his verbis; *Eis qui ab Eccleſiaſtica communione ſuſpẽſi ſunt, nullus Religioſus ſecũdum Canonum præcepta iungatur; de ordinationibus verò, vel de nuptijs Clericorum, aut de his, quæ velantur virginibus, nullus, vt nunc fieri dicitur, quicquam præmij præſumat accipere, niſi quippiam, ſua ſponte,*

ſponte offerre maluerint; *de mulieribus,quæ ad laicā vitam ſunt egreſſæ, viroſq; ſortitæ, quid fieri debeat,cum prædicto fraternitatis tuæ Presbytero, ſubtilius ſumus loquuti, cuius relatione ſanctitas veſtra poteſt plenius informari. Religioſi verò Clerici conuentus,patrocinia q; laicorū caueant,&c.* Hæc autem omnia munia,& negotia tractaſſe in toto Regno Sardiniæ,probatur *ex epiſt.9.lib.3.& epiſt.59.lib.11.* inferius citandis.

3 De conuerſione autem Paganorum,& delictis, Sacris Ordinibus initiatorū, ſcripſit ad eūdem Ianuarium epiſt.26.eiuſdem lib. 3.in illis verbis, *Nam ſi cuiuſlibet Epiſcopi in Sardiniæ Inſula,paganū ruſticum inuenire potuero,in eundem Epiſcopum fortiter vindicabo, &c. qui igitur poſt acceptum Sacrum Ordinem,lapſus in peccatum carnis fuerit, Sacro Ordine ita careat, &c. Hæc itaq; omnia diligenter fraternitas veſtra inquirat,&c.Ea autem, quæ fraternitati ueſtræ ſcripſimus,cūctis ſub vobis Epiſcopis innoteſcite, quia ego illis ſcribere nolui,ne honoren veſtrum viderer imminuere,* ideſt dignitatem veſtram, iuxta illud Pauli ad Hæbreos, *nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tamquam Aaron.*

4 Nec valet dicere, illud *ſub vobis,* ſolum reſpexiſſe ſufraganeos Ianuarij, non verò omnes Epiſcopos Regni; nam contra hoc eſt 1. quia vt probatum eſt cap. 19. & 20. omnes Epiſcopi Sardiniæ erant ſufraganei Calaritani; tùm etiā quia in illa epiſtola loquitur de omnibus Epiſcopis reſidentibus in Sardinia,vt patet ex verbis eiuſdem D.Greg. in eadem epiſt. ibi, *nā ſi cuiuſlibet Epiſcopi in Sardiniæ Inſula,paganum ruſticum inuenire potuero, in eūdem Epiſcopum fortiter vindicabo*, ecce de omnibus Epiſcopis Sardiniæ loquitur, quos ait ſub iuriſdictione Ianuarij claudi in illis verbis, *cunctis ſub vobis Epiſcopis innoteſcite*, ſimiliter detulit D. Greg. iuriſdictioni Ianuarij Calaritani,guberniū omnium Monaſteriorum Monialiū Inſulç Sardiniç.Probatur ex epiſ. 9.lib.3.vbi ait; *peruenit ad nos,minus te Monaſterijs ancillarum Dei, in Sardinia ſitis,tuitionis impendere, & cum diſpoſitum à tuis prudenter fuiſſet deceſſoribus, &c. non ait de Monaſterijs in Diœceſi Calaritana ſitis*; ſed *in Sardinia ſitis*, vt videas totius Sardiniæ gubernium eius curæ,vti Primatis,eſſe demandatum, & in epiſt. 59.lib. 11. ait, ſcribens ad Vitalem defenſorem Sardiniæ; *Experientia tua indicāte cōperimus, Xenodochia in Sardinia conſtituta,grauem habere neglectum; vnde Reuerendiſſimus Frater, & Coepiſcopus noſter Ianuarius, vehementiſſime fuerat obiurgandus, &c.* Certè ſi ad eius iuriſdictionē nō pertinuiſſent, non fuiſſet obiurgandus Ianuarius propter neglectum Xenodochiorū totius Sardiniæ.

5 Neque hic applicari poteſt illa euaſio iuriſdictionis delegatæ: nã præterquamquod non præſumitur niſi probetur, vt ſæpè ſæpius dictum eſt, apertè pugnat cum verbis textus epiſtolæ, ibi, *cum diſpoſitum à tuis prudẽter fuiſſet deceſſoribus*, vbi apertè demonſtratur, hanc iuriſdictionẽ, non fuiſſe ſpecialiter delegatam Ianuario, ſed ordinariam ab eius anteceſſoribus emanatam.

6 Neque poteſt ibi reſponderi, ſecundo, quod Fara in ſuo Codice manuſcripto contra Primatum Calaritanum innuit, ſcilicet hæc omnia nõ fuiſſe ſcripta Ianuario Calaritano à D. Gregor. ratione Primatus, ſed quia nimis negligens erat, ad excitãdã eius negligentiam. Nã contra hoc eſt primo, quia propter eandem rationem non debuiſſet D. Greg. ſcribere, & committere hæc, Ianuario, ſed alteri Prelato diligentiori. Secũdo, quia ſi Turritanus fuiſſet Primas, illi, & non Calaritano ſcripſiſſet, & hãc curam demandaſſet. Tertio, quia ſi ad Ianuariũ Primatem non pertinuiſſet illa cura, ſcripſiſſet omnibus Epiſcopis Regni, nec ſoli Calaritano dixiſſet, *ne honorem veſtrum viderer imminuere*, vti rerũ pertinentiũ ad eius dignitatẽ Primatialẽ.

7 Neque ſilentio pretereundum eſt, quod cum D. Gregor. ſoli Ianuario Calaritano ſcripſerit 19. epiſtolas, præter alias ſcriptas ad alios Antiſtites Calaritanos, neq; vnam ſolam epiſtolam eius, inuenimus ſcriptam ad Turritanum, & Arborenſem, ad quos proculdubio ſcripſiſſet, ſaltim ad excitandam negligentiam Ianuarij, vt vult Fara, imò fuiſſet obiurgãdus S. Gregorius, ſi, neglecto Primate Inſulæ, omnia ſcripſiſſet, & demandaſſet Calaritano adeò negligenti, cum alias D. Greg. nunquã labori pepercerit, ſed innumeras ſcripſerit epiſtolas, non ſolũ Regibus, Principibus, & Prælatis, ſed etiam Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Monachis, & Monialibus, Medicis, & Notarijs, Viris, & Mulieribus; Turritani, verò, & Arborenſis nunquam meminit, cum à Turritano conſtet, litteras accepiſſe, vt conſtat ex epiſt. 59. lib. 1. in illis verbis, *Marinianus ſiquidem Turritanæ, Ciuitatis frater*, & *Coepiſcopus noſter, nobis lacrimabiliter indicauit*, &c. Certè mirum eſt ad amplitudinẽ dignitatis Turritanę oſtentandã, non fuiſſe dignum epiſtola reſponſoria D. Greg.

8 Nec contemnendum eſt, id quod Anaſtaſius Bibliothecarius Sedis Apoſtolicæ in ſua Collectanea edita, opera Syrmondi Societatis Ieſu, & excuſa Pariſijs, ex Officina Niuelliana anno 1620. refert; ſcilicet anno 655. in quo Eccleſia Romana vehementer conflictabatur hæreſi Monothelitarum, Anaſtaſiũ Monachum, nomi-

nomine totius Eccleſiæ ſcripſiſſe ad Monachos Calaritanos cõpellantẽ eorũ aduentum, & auxiliũ, vt Eccleſiæ Romanæ periclitãti, ſua ſcientia, & authoritate opitularentur; Extat hæc epiſtola in dicto libro pag. mihi 142. in qua inter alia, ſunt hæc formalia verba. *Quia ergo in magno propter hæc, periculo ſunt res, pæne totius Catholicæ Dei Eccleſiæ conſtitutæ, pro ea deprecamur, & obſecramus Sanctiſſimos viros (ſcilicet Monachos Calaritanos) ne hanc deſpiciatis periclitantem, ſed adiuuetis, tempeſtatibus, elaborantem, ſcientes in tempore tribulationis, dilectionem, quæ in Spiritu ſancto eſt, naſci, & ſi poſſibile eſt vos trãſire citius, quaſi alia pro cauſa, ad ſenioris Romæ pios, & firmos, vt petram viros; qui videlicet vobiſcum tutores noſtri ſunt ſemper, & propugnatores feruentiſſimi veritatis, obſecrare hos, ſupplicatorijs vocibus, & lacrymis pro omnibus Chriſtianis, quatenus mercedem à Domino ſortiantur, &c.*

9 Ex qua epiſtola conſtat, ſicut ex alijs allatis Diui Gregorij, claues tãm iuriſdictionis Primatialis Sardiniæ, quam ſcientiæ ad opitulandum vniuerſali Eccleſię, antiquitus Calari fuiſſe; nihil tale de Turribus in antiquis monumentis vnquam legimus, vnde aliquod ſignum Primatialis dignitatis aucupari queat.

(✠)

Probatur Primatus Calaritani ex appellationibus Eccleſiæ Turritanæ, & aliarum ad Archiepiſcopum Calaritanum, & ex continua nuncupatione, & vſu tituli. Cap. 29.

1 SEptimus actus Primatus Calaritani, fuit ius dixiſſe, & cauſas appellationum definiſſe in tota Sardinia, qui actus eſt maxime proprius Patriarchæ, & Primatis *cap. antiqua* in fine de Priuilegio *cap. duo ſimul* de off. Iudic. ordinar. *cap. ſi Clerici.* 11. quæſt. 1. *cap. conqueſtus.* 9. quęſt. 3. *c. Prouintiæ* 99. diſtinct. & ibi DD. Abb. in *cap. expoſuit* num. 4. de dilation. Lancellot. Conrad. in lib. 2. cap. 3. num. 8. Item Nicen. cap. 60. apud Iul. epiſt. 2. cap. 25. Anaclet. epiſt. 2. poſt medium. Eleuth. epiſt. 1. ante fi. Fœlix epiſt. 1. poſt prin. Hadr. c. 8. ad Epiſcopum Mediom. Cartha. Con. c. 28. & 126. Afric. cap. 92. Milleuit. cap. 22. Innocen. III. in Concil. general Lateran. cap. 5. Annian. Nouel. Valẽtiniani, & Martiani, neminem exhiberi poſt Codicẽ Thod. capitul. lib. 7. cap. 144 in additis. Iuo part. 6. cap. 318. & 330. decret. Anſel. lib. 3. cap. 28. quos refert, & ſequitur Anton. Auguſt. d. epit. p. 1. lib. 2. tit. 18. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. Albert. Picolus de antiquo iure Eccleſiæ Syculæ part. 1. cap. 2.

2 Etiam omiſſo medio gloſ. 1. in cap. *renouantes* 21. diſt. Hoſtien. Inno-

Innocent. Ancar. Lofred. Vincẽt. & Butr. in cap. *antiqua* vbi teſtatur de magis communi. *de Priuil.* ſpeculat. tit. de appellat. §. *nũc tractemus* verſ. & nũquid. Zabar. de off. legat. lib. 2. cap. 1. nu. 25. qui dicit hoc eſſe verius Matc. Vgon. de præſtan. Patriarch. col. 2. licet Gloſ. Ioan. Andr. in d. cap. *antiqua.* exiſtiment, hoc eſſe ſpeciale in Papa, & æquiorem ſẽtentiam eſſe, quod non appelletur. Omiſſo medio, tenet Abb. in d. c. antiqua, & Lancellot. Conrad. in d. lib. 2. cap. 3.

3 Hanc iuriſdictionẽ exercuiſſe Calaritanum in tota Sardinia, ex eo planè euincitur, ſpeciatim de prouincia Turritana, quia Antiſtes Turritanus erat ſuffraganeus Calaritani, vt conſtat ex duabus epiſtolis D. Gregorij, in quarum prima, quæ eſt 59. lib. 1. fatetur Marinianũ fuiſſe Epiſcopum Ciuitatis Turritanæ, & in 2. quæ eſt 8. lib. 7. indic. 2. numerat hũc Marinianum inter ſuffraganeos Metropolitani Sardiniæ, qui proculdubio erat Calaritanus, nam alius aſſignari non poteſt, vt expreſſe tenet Fara Saſſarenſis lib. 2. de rebus Sardois pag. 132. de quo latè inferius.

4 Quod, argumeno ad hominem etiam euincitur, de eo tempore, quo Turritanus prætendit ſuam ſedem fuiſſe erectã in Archiepiſcopalem. Nam vt teſtantur Ioannes Arca de Sanctis Sardiniæ lib. 2. fol. 27. & Codex Turritanorum, vulgo dictus Fundague Templi S. Gauini, & confeſſus fuit iudicialiter Turritanus in memoriali facti, dato Romæ 27. Nouẽbris 1637. acquiſiuit Turritanus dignitatem Archiepiſcopalem anno 517. & poſteà anno 650. (vltra centum annos) obtinuit à Martino I. exemptionem, vt teſtatur Fara lib. 1. de Rebus Sardois, anno 650. fol. 132. & probatum fuit ſupra cap. 23. ex Baron. igitur toto tempore antecedenti ab anno 650. vſq; ad d. annũ 517. Archiepiſcopus Turritanus fuit etiam ſubditus Calaritani, & ab ipſo ad Calaritanum vti Primatem prouocabatur, & appellabatur, nam à Metropolitano, ſiuè Archiepiſcopo, non datur prouocatio, niſi ad Primatem vt ex iuribus ſuperius allegatis conſtat: hoc enim neceſſario ſupponit exemptio poſtea acquiſita, ſcilicet priorem ſubiectionem à qua fuit exemptus, ſiuè liberatus Turritanus.

5 Vltimus tandem actus Primatus Calaritani eſt, fuiſſe ſemper nũcupatum, & nominatum, Primatem Sardiniæ, argumento *cap. 1. & cap. nulli. 99. diſt. Anton. Auguſt. to. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 4.* Habiuſſe autem hunc titulum Primatis ſemper, Archiepiſcopum Calaritanum, non ſolum proprijs, & aliorum enunciatiuis, ſed etiam ſummorum Pontificum, & conteſta-

teſtatione totius Regni in Comitijs generalibus, late, in ſuperioribus probatum eſt cap. 11. & 13.

Nomen, & rationem Primatus ſtrictè ſumpti pro Primatiali iuriſdictione, conuenire Calaritano ex authoritatibus, teſtimonijs, & rationibus adductis oſtenditur. Cap. XXX.

1 PRædicta teſtimonia cum actibus iuriſdictionis hactenus adductis, euidenter demonſtrant Primatum Calaritanum. Pro vberiori tamen intelligētia, declarandæ ſunt hic variæ rationes, & acceptiones huius nominis Primatus, & Primarij, ſiquidē variè antiquitus ſumptum eſt, vt optime notauit Albertus Picolus de antiquo iure Eccleſ. Siculæ par. 2. cap. 6. per totum.

2 Primò, pro ea ſede, cuius Ciuitas, ſecūdum à Metropoli, locum habebat, vt notauit Sirmondus in notis ad Sidonium Apollinarē lib. 7. epiſt. 7. vbi inter Arelatenſis Prouinciæ Ciuitates, prima ſedes vocatur Maſſilia; non quod Metropolis habetur, ſed quia erat prima, poſt Arelatū Metropolim ſic etiā legimus Epiſcopū Tyri, Primatis nomē ſuſtinuiſſe, vt in 8. Synodo *Protothronus Antiochiæ*, quandoque appellatur; interdum verò, *Primæ ſedis Epiſcopus Antiochiæ*, id eſt Diæceſis Antiochenæ, quia, Eccleſia Antiochena vacante, illius ſedis locum tenebat, vt notarunt, *Vuillelmus Tyrius de bello Sacro lib. 14. cap. 12. Berter. Diatrib. 2. cap. 1. pag. 153.* ad eundem ferè modum, quo Decanus, vel Archipresbyter dicitur prima ſedes, vel dignitas poſt Pontificalem.

3 Secūdo fuit primæ ſedis Epiſcopus, & Primas dictus, qui inter Prouintiales, Epiſcopalis honoris æuo, alios antecedebat, quē etiam Primatem appellari ſolitum, conſtat ex litteris Hilarij, *apud Baronium, tom. 6. anno 462. num. 6.* vbi Conſtantium Vecticæ Eccleſiæ Antiſtitem, quia ęuo honoris primus dicebatur, appellat Primatē, id eſt Epiſcoporum Prouintię antiquiorem, *vt aduertit Sirmondus in notis ad Gaufridū Vindoſinenſem lib. 3. epiſt. 11.* idemque colligitur *ex epiſt. 217. D. Aug. & epiſt. 161. & ex epiſt. Leonis IX. ad Petrum, & Ioannē Epiſcopos Africanos, contra Epiſcopum Gumitanum, & ex Gregorio I. lib. 1. epiſt. 75. indict. 9. & ex Baronio tom. 8. pag. 24.* vbi ait, conſuetum fuiſſe in Africa, vt ille Primas Prouinciæ diceretur Antiſtes, qui antiquitate ordinationis, reliquos antecederet, quod pluribus alijs confirmat Albertus Picolus *de antiquo iure Eccleſiæ Siculæ, part. 2. cap. 6. pag. 102.*

4 Tertio fuit dictus Primas non dignitate ſedis, neque ordinationis, ſed vitæ melioris meritis, ita Gregorius I. ad Gennadiū exharchum lib. 1. epiſt. 72. *Concilium,* inquit,

inquit, *Epiſcoporum admoneri præcipite, vt Primatem, non ex ordine loci, poſtpoſitis vitæ meritis, faciat, quoniam apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur*.

5 Quarto ſumebatur pro antiquiori ſede vrbis Metropolis Prouinciæ, qua ratione D. Athanaſius apolog. contra Arianos vocauit Paulinũ, *Epiſcopum Primariæ Vrbis Galliæ*, videlicet Belgicæ, cuius Metropolis erat Treueris, ſedes Paulini, qui tamen non fuit verè Primas.

6 Quinto tandem fuit appellatus Primas ille ſolus, qui Metropoliticam, & Patriarchalem dignitatem (licet minorem Patriarchis maioribus) & iuriſdictionem in omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos illius Prouintiæ obtinebat, de quibus, ſicut de eorum Priuilegijs laté tractant, *Antonius Auguſtinus epit. veter. iur. Pontificij par. 1. lib. 2. per totum, Matthæus Vgonius de præſtantia Patriarcharum to. 13. tract. DD. Sebaſt. Cæſar. de Eccleſ. Hierarch. part. 1. diſp. 4. §. 5. ex cap. 1. 99. diſtin. Albericus à Roſate ſub. ff. de ſtatu homin. Boer. tract. de ordin. grad. vtriuſque fori nu. 13. ver. Aquileien. Azor inſtit. moral. lib. 3. cap. 31. quæſt. 2. Barboſa de iur. vniuer. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. Alb. Picol. de antiq. iur. Eccleſ. Sicul. par. 1. cap. 2. & alij.*

7 Certum eſt autem nomẽ Primatis primo modo ſumpti, non poſſe conuenire Calaritano, quia eius ſedes non eſt ſecunda in Prouintia Sardiniæ, prima poſt Metropolitanam, quia omnium Prima eſt, vt probatum eſt in priori §. & eſt per ſe notum, acceptio etiam Primatis ſecundo, & tertio modo minus conuenit Calaritano, quia ſi ratione antiquioris Conſecrationis, vel melioris vitę, Calaritanus fuiſſet appellatus Primas, non inuiolabili tenore omnium ferè ſæculorum, ſine interruptione vel trãſlatione huius tituli in alium Antiſtitem Sardiniæ, hoc illi conueniſſet, nam, & Conſecrationis æuo, & melioris vitæ prærrogatiua, certũ eſt, Calaritanum, in diſcurſu omnium ſęculorũ fuiſſe ab alijs ſuperatum; de antiquiori Conſecratione, res eſt per ſe nota, de melioris vitæ prærogatiua, conſtat ex epiſt. D. Greg. in quibus non ſemel aſpere reprehenditur Ianuarius Archiepiſcopus Calaritanus, præſertim *in epiſt. 59. lib. 10. ſcripta ad Vitalẽ defenſorem Sardiniæ*; at conſtat inuiolabili tenore omnium ſęculorum, Archiepiſcopum Calaritanum fuiſſe appellatũ Primatem, ſiuè obijſſe munia Primatis; nam in Concil. Arelat. 1. in quo fuerũt conuocati præcipui Metropolitani Occidentales, vt teſtatur Baronio anno 314. apparet fuiſſe, vti principaliorem Sardinię conuocatum Quintianũ, ex eo quod in dicto Concil. interfuit ille ex

Pro-

Prouintia Sardinia, & non alius ex Epiſcopis illius in Niceno 1. ponitur cum præcedentia ad Primatem Carthaginenſem, & vocatus eſt *Sardiniæ Epiſcopus*, per antonomaſiam, anno 325. idemque obtinuit in Concil. Sardicẽſi anno 347. celebrato, item anno 361. in Concil. Alexand. habuit legatos, quod erat proprium Primatis, & per antonomaſiam ab illo Concil. fuit appellatus *Epiſcopus Sardiniæ*, quem etiã Athana. & Tripartita. *Metropolitanum Inſularum Sardiniæ appellarunt*, & Theodoretus *Paſtorem Sardiniæ, & qui ſortitus fuerat regimen illius Inſulæ*; item anno 590. quo tempore inijt Pontificatum Diuus Gregorius Magnus, Archiepiſcopus Calaritanus fuit appellatus ab ipſo *Epiſcopus Sardiniæ*, per antonomaſiam, & ad eum detulit, multa ad eius dignitatem pertinentia, quæ conueniunt,
8 ſoli Primati. Anno 650. in Concil. Lateranenſi Deuſdedit Archiepiſcopus Calaritanus, & ſubſcripſit inter Primates, ſecundus à Rom. Pontif. & per antonomaſiam fuit ibi, *Sardiniæ Epiſcopus*, nuncupatus. Prope annum 700. Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus in ſexta Synodo generali, & ſubſcripſit, vt Primas inter Primates, & ordinauit Eccleſiam Turritanam, vt refert Baronius, & eodẽ ſeculo, aliquibus poſt annis, in Concil. Trullano fuit locus ſubſcriptionis, inter Primates illi aſſignatus, cum præcedentia ad alios Primates, prope annum 800. In 7. Synodo generali Thomas Archiepiſcopus Calaritanus fuit appellatus *Archiepiſcopus Sardiniæ*, per antonomaſiã, & in eo habuit ſuum legatum, ſcilicet Epiphanium, quod erat proprium Primatis, vt in ſuperioribus probatum eſt. Anno etiã 1087. fuit appellatus *Primas Sardiniæ*, à Victore III. idem conſtat ex antiquis enũciatiuis productis Antonij Archiepiſcopi Calaritani, anno 1409. 10. & ſequ. Idem ex Bulla Calixti III. anno 1456. & ex reſcripto Alexandri VI. anni 1496. & ex Breuibus Pij V. anni 1567. & 69. & Sixti Quinti anni 1585. vt mittam enunciatiuas Petri Pilares anni 1507. & omnium ſuceeſſorum eius vſque ad præſentem diem, quod & Hiſpaniæ Reges recognouerunt, & ipſum Regnum in comitijs generalibus, palam conteſtatũ eſt, igitur ſecũda, & tertia acceptio Primatis non poteſt conuenire Calaritano.

9 Quarta, item acceptio Primatis, ſiuè Primarij, pro antiquiori ſede Vrbis Metropolis, licet conueniat ſedi Calaritanæ, non tamẽ poſſunt de illa ſola verificari, omnia, quæ in fauorẽ Calaritani adducta ſunt §. præcedenti, nam licet de illa ſic accepta poſſit verificari authoritas D. Athanaſij, in

Q qua

qua appellat Beatum Luciferum *Epiſcopum Primariæ Vrbis Sardiniæ*, ſicut appellauit Paulinū *Epiſcopum Primariæ Vrbis Galliæ*, ſcilicet Treueris, qui tamen non fuit Primas, & altera Baronij appellãtis Eccleſiam Calaritanam *Primariã Sardiniæ* Ceterum alijs authoritatibus allegatis, nullo modo poteſt adaptari.

10 Quinta, igitur ratio Primatus, pro vera Primatiali iuriſdictione in tota prouincia, conuenire Calaritano, euincitur ex teſtimonijs adductis, tales ſunt authoritates Athanaſij, Tripartitæ, & Theodoriti, relatæ cap. 9. in quibus dicitur Archiepiſcop. Calaritanus *Metropolitanus Inſularũ Sardiniæ*, *Paſtor Inſulæ Sardiniæ*, *& qui fuit ſortitus adminiſtrationẽ Inſulæ Sardiniæ*, qui non important ſolam antiquiorem dignitatem in tota Prouincia, ſed veram iuriſdictionem, vbi nomen Metropolitani, idem eſt, quod verè Primas, ſuppoſita aſſiſtentia iuris, vt conſtat primo ex epiſt. PP. Zozimi relatis cap. 22, & ex epiſt. 2. Agapiti ad Reparatum Carthaginenſem, de quo nulli dubiũ eſt eſſe verè Primatem, & tamen ſola Metropolitani denominatione, illũ exornat. Secundo, quia prædictæ authoritates Athanaſij, & Tripartitæ adductæ, non poſſunt explicari de iuriſdictione Metropolitæ, non Primatis, quia cum aſtruant fuiſſe Calaritanum Metropolitanum Inſularũ Sardiniæ (quo numero plurali Corſicam claudũt, Inſulam omninò diſtinctam, & & independentem à Sardinia) nulla alia ratio poteſt excogitari extenſæ iuriſdictionis Calaritani in illam, vt dictũ eſt §. præcedenti, niſi quia à Romanis vnà prouintia effecta cum Sardinia ſubiecta manſit legi B. Petri, vt in qualibet prouintia, Epiſcopus Vrbis Metropolis eſſet Primas totius prouintiæ, nam ad iuriſdictionẽ ſolum Metropoliticam, & non Primatialem, ſola Sardinia ſatiſfuiſſet, cùm hodie intra ſuos, ſola, fines, tres claudat Metropolitas, Calaritanum, Arboren. & Turritanum, quorum omnium Princeps, & Primas eſt Calaritanus.

11 Idem probant ſeſſio, & ſubſcriptio Calaritani ĩ antiquis Cõcilijs generalibus, *Niceno*, *Sardicenſi*, *Lateranenſi primo. Sexta Synodo generali*, *& Concil. Trullano*, (in quibus ſeruatus fuit ordo præcedẽtiæ dignitatum) inter veros, & ſtrictè ſumptos Primates, & cũ præcedentia ad plures ex illis, qui notoriè erant Primates, vt oſtenditur cap. 15. 17. 18. 19. & 20. quod eſt ſignum veri Primatus, vt ibi probatur.

12 Id ipſum multò magis probat exercitium actuũ iuriſdictionis, Primatus ſtrictè ſumpti, qui adducti ſunt cap. 21. 22. 24. 25. & ſequentibus, quales ſunt ordinationes Eccleſiarum factæ à Calaritano.

ritano, vt cõſtat ex epiſt. D. Greg. Magni, allatis. Item ſine licentia Calaritani nõ potuiſſe à prouintia egredi, & mare tranſmeare. Congregaſſe concilia Nationalia, & illis præfuiſſe, ſicut modo præeſt in Eſtamento Eccleſiaſtico, in comitijs Regni, quod habet vim Concilij nationalis, vbi tamquam Primas ius dicit. Dediſſe Iudices in prouintia. Miſiſſe Legatos ad Concilia. Cognouiſſe de maioribus, & grauioribus negocijs Eccleſiarũ, in tota Sardinia. Ius dixiſſe, & cauſas appellationũ in tota Sardinia, fuiſſe ſemper in Concilijs generalibus, & ab alijs nuncupatũ antonomaſticè, *Epiſcopum Sardiniæ*, quod idem eſt, ac Primas, ſeu Patriarcha Calaritanus, & in ſimili definiuit, *Concil. Nicenũ I. Can. 8. ex collect. per Piſanum, & habetur to. 1. Conc. impreſ. Colon. pag. 333.* vbi ſic fuit ſtatutum, ſiuè declaratum *Epiſcopus Aegypti*, ideſt, *Patriarcha Alexandrinus*, & innumeris alijs exẽplis diuerſorum Patriarcharum, & Primatum. Idem probat Albertus Picolus *de antiquo iure Eccleſiæ Sicul. part. 1. cap. 11. fere per totum*, & inter alia affert exemplũ Ianuarij Archiepiſc. Calaritani.

13 Ac denique idem probant inſtitutio B. Petri, obſeruata à Beato Clemẽte primo Epiſcopo Calaritano, Concil. Tauritanen. inſcriptio marmoris B. Luciferi, epiſt. Victoris III. & Breuia. Pij V. & Sixti V. motu proprio, titulum Primatis, & verum exercitium iuriſdictionis illius, Archiepiſcopo Calaritano deferentiũ, à quibus aliæ enunciatiuę omnes ſumunt robur, & intelligentiam, cum alijs relatis, quæ euidenter conuincunt, & probant verum Primatũ Calaritani ſtrictè ſumptum.

Ex inſtitutione Primatũ in ſingulis Prouintijs Africæ probatur etiã Primatus Calaritani, & ſimul contraria refelluntur. Cap. 31.

1 Non ſolum per aſſiſtentiã iuris inſtituti à Beato Petro Apoſtolo, probatur Primatus Calaritanus, ſed etiam ex alio ſecundo fundamento, quia ſcilicet in omnibus, & ſingulis prouintijs Africæ fuerunt inſtituti Primates. Probatur hęc inſtitutio ex Conc. Carthaginẽſi III. in Cod. Can. Eccleſiæ Africanæ, titu. *& vnaquæque prouincia propter longinquitatem, Primatem habeat propriũ*, Decret. 17. quod habetur *tom. 1. Concil. Carthaginenſ. fol. 578. col. 1.* cuius verba ſunt hæc. *Placuit, vt Mauritania Sitifenſis, vt poſtulauit Primatem prouinciæ Numidiæ, ex cuius cætu ſeparatur, ſuum habeat Primatem, quẽ conſentientibus omnibus Primatibus prouinciarũ Africanarũ, vel omnibus Epiſcopis, prop-*

ter longinquitatē habere permiſſa eſt. vbi notanda ſunt illa verba, *Conſentiētibus Primatibus Prouintiarum Africanarum*, quæ adiuncto titulo huius decreti, conuincunt, in omnibus, & ſingulis Prouintijs Africæ, fuiſſe Primates conſtitutos, vel confirmatos, nam tituli, ſiuè rubricæ legum, decretorū; & ſtatutorū habētes perfectam orationem (quæ cognoſcitur quādo incipiunt per dictionem *vt*, vel, *ne*) faciunt plenam probationem in iure, ſicut, & nigrum, *Iaſon. in rub. de actionibus nu. 5. & ſequent. Benincaſius in præfat. ad tit. de action. num. 336. & Rota in vna Fanen. lucr. datis 3. Iulij 1600. corā Ludouiſio, poſtea Gregor. XV.* ibi, *verba enim*, inquit, *rubr, generalia habentia in caſu iſto, orationem perfectam ad deciſionem cauſarum allegari poſſunt, & non reſtringuntur à nigro, ſpecialiter loquente;* & in noſtro caſu ita tenent *Ant. Aug. epit. veter. iur. Pontif. lib. 2. tit. 10 cap. 3. & Franc. Turrianus in tom. aduerſ. Magdeburdenſes ad epiſt. Aniceti Papæ fol. 533.* pro conſtanti ſupponit, ex vi huius decreti, & tit. in ſingulis Prouincijs Africæ, Primates inſtitutos fuiſſe, propter lōginquitatem, & difficultatē aliò adeundi, vt illis ius diceretur.

2 Ex quo cōſtat fuiſſe veram inſtitutionem Primatus re, dignitate, & iuriſdictione, non ſolo nomine, & prærogatiua ſedis, aut æui antiquioris, licet huic, in aliquibus Prouintijs defferetur ex conſuetudine, vt mox dicemus, quod probatur multis rationibus. Prima ex ipſa inſtitutione, & decreto, nam ſi ille Primatus ſolum cōſiſtebat in æuo antiquioris cōſecrationis, non erat neceſſaria noua inſtitutio, & decretū, nam maior antiquitas ineuitabili curſu annorum euenit, deficientibus alijs Epiſcopis antiquioribus, atq; adeò ridiculū fuiſſet, quod propter hoc ſolum cōſtituerentur Primates in ſingulis Prouintijs, quod & iam anteà habebāt, & neceſſitate naturæ euenire opportebat. Secūda ratio ſumitur ex illis verbis decreti, *conſentientibus omnibus Primatibus Prouintiarū Africanarum; vel omnibus Epiſcopis*, nam ſi non erat verà inſtitutio nouæ dignitatis, nō erat neceſſarius conſenſus aliarum, nam antiquitas qui non pendet à libero conſenſu aliorum, quia fatali neceſſitate naturæ, neceſſarium eſt euenire, ſiuè alij conſentiant, ſiué non, vt eſt per ſe notum. Tertia ratio ſumitur ex fine; ſcilicet vt in vnaquaque Prouincia, Epiſcopis, & alijs ius diceretur, ne *propter longiquitatem* tenerentur Carthaginē, vel aliò adire ad Primatem; at ſi ratio Primatis ſolū dicebat æuum antiquioris conſecrationis, nihil fuiſſet curādum de lōginquitate, vel propinquitate Primatum.

3 Et confirmatur, quia aliàs non tàm ſolerti cura, curaſſet D. Greg. epiſt.

epiſt.72.lib.1.indict.9.vt Primas inſtitutus non per Villas, ſed in vna Ciuitate reſideret, vt melius Donatiſtis reſiſtere poſſet, ſic enĩ ait ſcribens ad Gennadiũ exharchum Africæ. *Conciliũ verò Epiſcoporũ admoneri præcipite, ut Primatem, nõ ex ordine loci, poſtpoſitis vitæ meritis, faciat, &c. ipſe verò Primas, nõ paſſim ſicut moris eſt per villas, ſed in vna, iuxta eorum electionẽ Ciuitate reſideat, quatenus adeptæ dignitatis, meliori ingenio, reſiſtendi Donatiſtis, poſſibilitas diſponatur.*

4 Certè propter ſolum æuũ antiquius, nulla erat neceſſaria electio Cõcilij, nec reſidentia in vna Ciuitate ad melius reſiſtendum Donatiſtis per adeptam dignitatem, ſi nulla erat dignitas adepta, neque iuriſdictio, ratione illius, nam ſapientia, & doctrina poterat vnuſquiſq; Epiſcopus iunior Catholicus, reſiſtere Donatiſtis. Confirmatur ſecũdo ex epiſt. 55. eiuſdem lib. 1. & indict. vbi ait idem Greg. *Donatiſtas Epiſcopos ad Primatus dignitatem promoueri prohibe, etiam cum ordo Clericorum eos ad locũ eumdem defert, ſufficere enim his debere, cõmiſſæ plebis tantũmodo curam gerere, non autem illos Antiſtites, quos Catholica Fides in Eccleſiæ ſinu, & edocuit, & genuit, ad obtinẽdum culmen Primatus anteire.* Nam vt dictum eſt, & inquit Baronius *to. 8. pag. 24.* conſuetũ erat in Africa, vt ille eſſet Primas Prouinciæ Antiſtes, qui antiquitate ordinationis reliquos antecederet, cum igitur inter Prouinciæ Epiſcopos, quidam reperiretur, Donatiſta, cæteris ſede antiquior, ipſe ſibi Primatum, veluti iure veteri vẽdicabat, quod nullo modo fieri S. Greg. ordinauit. Certè ſi illa dignitas ſolũ fuiſſet æuum antiquius, nec ad illud erat neceſſaria promotio, nec ab illo, ſicut neque annorum curſus, remoueri poterat, vt dictum eſt.

5 Quarta ratio ſumitur ex exercitio iuriſdictionis, quam habebant illi Primates, ad quos pertinebat congregare Concilia, mittẽdo Epiſtolas tractorias ad Epiſcopos, qui ad Conciliũ vocabantur, vt conſtat ex *epiſt. 11. aliàs 217. D. Auguſt.* & obire alia munia Primatis, propter quæ, fuerat inſtituta talis dignitas, in ſingulis Prouintijs, ne cogerentur ſubditi lõgius adire, vt illis ius diceretur, ſicut conſtat ex eodem decreto, vt dictum eſt. Quinta tandem probatur ex nomine *Epiſcoporum Primæ Sedis,* quod ſibi vendicarũt, nam vt ait *Baronius to. 5. ad ann. 397. n. 17.* Africani Primates noluerũt ſe inſcribi Principes Epiſcoporum, quod ea vox, etiã Metropolitanis eſſet communis, neque Summi Sacerdotes, quia id nomen Epiſcopis adaptari poterat, ſatius igitur, ait fuiſſe, eos dici *Primæ Sedis Epiſcopos,* quo nullus amplior titulus dari poterat; quo ſe veros Primates eſſe, & Metro-

poli-

politanis ſuperiores, planè ſunt conteſtati.

6 Sardiniam autem fuiſſe vnam ex Prouintijs Africæ probatur *ex. l. 1. C. de offic. præfect. prætor.* *Africa* ibi, *ſeptem Prouintiæ cum ſuis iudicibus diſponantur; quarum Tingi, & quæ Proconſularis antea vocabatur Carthago, Bizanzium, ac Tripolis, rectores, habeant conſulares; reliquæ verò, ideſt Numidia, Mauritania, & Sardinia à præſidibus cum Dei auxilio gubernentur* idem conſtat *ex l. 2. eodem tit. & ex epiſt. 59. D. Greg. lib. 1. regiſtri, ſcripta ad Gennadium Exharchum Africæ*, conquerendo de Violentijs Theodori magiſtri militū in Vrbe Turritana Sardiniæ petendo ab eo, vt armis iuſtitiæ eas compeſceret, quod eſt ſignum euidens Sardiniam ad Exharchum Africę pertinuiſſe; fuiſſe etiam Prouintiam, tempore Romanorum, probatur *l. 2. §. 32. ff. de orig. iuris*, imó, & tūc Proconſularem, vt probatur inferius cap. 42. licet propter Vādalorum vaſtationem à Iuſtiniano poſtea fuerit ſolū Præſidialis effecta, ſicut Numidia, & Mauritania, quas ſuos habuiſſe Primates conſtat ex cit. decreto Concilij Carthag. 3.

7 Nec refert, quod Sardinia nō fuerit facta Prouintia Africę, niſi à Iuſtiniano poſt Africam à Tirannide Vandalorum liberatā, vt ex ſexto Ruffo, notitia Imperij, & indice Scóhouiano, refert *Mirrheus lib. 1. Epiſcopatuum orbis cap. 4.* quia eſto hoc verum ſit, tamen eo ipſo, quod Sardinia facta eſt ciuilis Prouintia Africæ veriſimilimum eſt (ſi aliàs non habuiſſet Primatū à tempore S. Clemētis) tunc habituram fuiſſe, vtēdo, potiori iure, priuilegio reliquarum Prouintiarū Africæ, in qua ſingulę ſuos habebant Primates, nec ſimul omnes eā dignitatem adeptæ fuere, vt patet in Mauritania Siti fenſi, quæ multo tēpore poſt Numidiā adepta eſt Primatem, vt cōſtat ex citato decreto Conc. Carthag. 3. nam ratio longinquitatis, quæ ſufficiens fuit ad conſtituēdum poſtea diuerſum Primatem à Numidia, in Mauritania Siti fenſi, potiori iure, & ratione, locum habuit in Sardinia Inſulā cincta mari, & lōge tam ab Africa, quam ab Italia diſtanti.

8 Suppoſita autem hac inſtitutione, omnia adducta capitibus præcedentibus euidenter probāt in ſede Calaritana, & non in alia, fuiſſe inſtitutum Primatū in Sardinia, & in illa perſeueraſſe vſq; in pręſentem diem inuiolabili tenore omnium ſæculorum, vt ibi probatum eſt.

9 Sed contra hoc fundamētum objiciet aliquis, ergo in Sardinia viguit etiam conſuetudo aliorum Primatum Africæ, in quibus non ſecundum potentiam Ciuitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis deferebatur Primatus,

vt ex

vt ex Baron. Turriano, & Picolo in præcedenti cap. dictum eſt; atque adeò nō fuit fixus in ſede Calaritana, vt prætendimus. Reſpōdeo primo inſtitutionem Primatus Calaritani non incæpiſſe, tēpore decreti illius Concil. 3. Carthag. celebrati anno 397. ſed tēpore B. Clementis primi Epiſcopi Calaritani, vt dictum eſt cap. 6. neque contrarium eſt veriſimile, & præterea probatur, quia iam ante illud Concil. Calaritanus habuit veras notas Primatis, vtpotè, qui anno 325. in Concil. Niceno 1. & poſtea in Sardicēſi, inter Primates ſedebat, & nomine *Epiſcopi Sardiniæ*, per antonomaſiā decorabatur, & anno 361. ad Concil. Alexādr. legatos miſit; Itemque ab illa Synodo *Epiſcopus Sardiniæ*, antonomaſticè fuit appellatus, quæ omnia fuerunt anteriora illi Concil. Carthag. 3. vtpote celebrato anno 397. & sūt vera ſigna Primatus, vt cap. prç. cedenti probatum eſt, tum etiam quia conſtat ex inſcriptione vetuſtiſſimi marmoris inuenti in ſepulchro S. Luciferi, vbi fuit appellatus *Primus Sardiniæ, & Corſicæ*. At B. Lucifer multis annis præceſſit illud Concil. Carthag. quia deceſſit anno 371. vt *ex D. Hier. in Chr. & ex Baron.* ad illum annū habetur; ideoque non mirū ſi ſimul cum Carthag. conſuetudini Primatum reliquarum Prouintiarum Africæ, quantum ad illam variationem (vt defferretur antiquiori) non ſubiacuit.

10 Secundo reſpondeo dato, & nō conceſſo, quod prima inſtitutio Primatis in Calaritana ſede, incepiſſet à decreto illius Concil. Carthag. (quod quatenus eſt fauorabile, & clare euincit Primatū in Sardinia fuiſſe conſtitutum, ſicut in alijs Prouintijs Africç libēter amplectimur) adhuc tamen illam cōſuetudinem variationis, ſecundum antiquitatem ordinationis, non fuiſſe introductam in Sardinia euidēter probatur, quia inuiolabili tenore omnium ſæculorum, vt oſtendimus cap. prç. cedēti ſemper in Calaritano fuit fixus Primatus, quòd itē in Carthaginenſi obſeruatum fuiſſet, ex eo euincitur, quia vt notauit *Frā. ciſcus Turrianus in to. aduerſ. Magdeburd. pro Canon. Apoſtolicis, & epiſt. decret. ad epiſt. Aniceti Papæ fol. 581.* Primates Africæ Archiepiſcopo Carthaginēſi ſubiecti erāt, quod niſi illa ſedes habuiſſet ſemper fixum, prçcipuum Primatum Africæ, verificari non poſſet, etenim antiquitate conſecrationis, fuiſſe ſçpè ſuperatum Carthaginenſem ab alijs Epiſcopis Africç, eſt per ſe notum, igitur licet, ex vi illius decreti Concil. Carthag. 3. fuiſſet primo inſtitura dignitas, Primatus in Sardinia, non tamē fuit introducta cōſuetudo variationis, quæ viguit in illis, sūt enim hæc diuerſa, & ſeparabilia, vt ex addu-

adducta inſtantia Carthaginenſis conſtat.

11 Tertio reſpondeo fuiſſe huius diſcriminis ſpecialem ratione in Carthag. in Tingenſi, & Calaritano; quæ nõ erat in alijs quatuor Primatibus Africæ, quia ſicut Carthaginenſis, & Tingenſis erant Metropolitani (vt referunt Rebuffus in praxi beneficiorum, in indice Prouinciali Eccleſiarũ totius orbis, *& Mireus lib. 2. notitia Epiſcopatuũ orbis Chriſtiani pag. 93. & 94.* & reliqui, omnes erãt Epiſcopi, & ſufraganei horum, & inter eos Tripolitanus, Conſtantinienſis, Sitifenſis, & Bizantinũ, ſiuè Baianenſis, qui erant Epiſcopi vrbium Metropolum illarum quatuor Prouintiarum (nã Conſtãtina erat vrbs Metropolis Numidiæ, vt conſtat, *ex Concil. Afric. cap. 53. & ex alijs*, & tamen non Archiepiſcopum, ſed Epiſcopum habuit) ita, & Calaritanus, vt probatum eſt, quibus idcircò iura Metropolitica, & Primatus fixa ſemper fuere, licet in alijs Primatibus aliarum quatuor Prouintiarum Africæ, quia non erant Metropolitani, ſed omnes Epiſcopi, & æqualis dignitatis, & gradus, illa variatio, ſecundũ antiquiorem conſecrationem, merito introducta fuerit, quare de his ſolis quatuor intelligendam eſſe illam cõſuetudinem Africæ (quam ex Baronio, & Turriano adduximus cap. præcedenti ſimul cum epiſt. Auguſt. Greg. & Leonis VIIII.) & non de alijs tribus, ex eo clare probatur, quia fuiſſet monſtruoſum, & contra omnem ordinem Hierarchicũ, vt propter antiquiorem cõſecrationem in tribus his admitteretur illa conſuetudo, vt ſufraganeus fieret Primas ſui Archiepiſcopi, non minus, quam ſi antiquior Parochus fieret Primas ſui Epiſcopi, & Archiepiſcopus, ſui Patriarchę, maioris. Et confirmatur, quia vt optimè notauit Picolus, loco citato; hęc cõſuetudo Africæ etiam in Gallijs fuit admiſſa; at ibi hæc conſuetudo viguit in ſolis Epiſcopis inter ſe, nõ verò reſpectu Metropolitani, & Probatur Illuſtri teſtimonio *Leonis I. epiſt. 87. ad Epiſcopos Vienn-nenſis Prouintiæ*, vbi poſt quã ſtatuit eſſe ius Metropolitani cum Epiſcopis antiquioribus, alios ordinare, neque priuilegium ſuum in alium transferre poſſe, *vnde nõ his, cui ceſſerit, ſed his* (inquit) *qui intra Prouintiã, antiquitate Epiſcopali, cæteros præuenit Sacerdotes, ordinandi ſibi vendicet poteſtatem*, & paulo poſt. *Et quoniam honoranda eſt ſemper antiquitas, fratrem, & Epiſcopum noſtrum Leontium probabilẽ Sacerdotem, hac ſi vobis placet dignitate* (Primatis) *volumus decorari, vt præter eius conſenſum, alicuius Prouintiæ nõ indicatur à vobis Cõcilium; Metropolitanis, priuilegij ſui dignitate ſeruata, æquũ eſt enim, nec vlli de fratribus fieri videtur iniuria,*

ria, ſi his, qui Sacerdotij vetuſtate præcedũt, pro ætatis ſuæ merito, in ſuis Prouintijs à cæteris Sacerdotibus deferatur, quo teſtimonio nihil illuſtrius, cum illam variationem ſolum admittat in alijs Epiſcopis, ordinatione antiquioribus, non verò in Metropolitano, cuius priuilegia vult ſemper ſeruari illæſa, quod idẽ ſeruatum fuiſſe in Africanis, ratio ipſa ſuadet, & ſpecialiter in Calaritano, iam probatum eſt, inuiolabili tenore omnium ſæculorum.

12 Nec derogauit veræ rationi Primatus in illis Prouĩtijs Africę, plures ex illis non habuiſſe Archiepiſcopos ſubditos actu, quia hoc non eſt de eſſentia Primatus, ſed ſufficit aptitudine, vt inferius oſtendetur; neque itẽ eos voluiſſe ſe inſcribi ſolum, *primæ ſedis Epiſcopos, vel Primates*, non verò *Principes Epiſcoporum*, vel *Summos Sacerdotes*, quia hi tituli communes erant Metropolitanis, & Epiſcopis, priorem verò, vt ampliorem elegerunt, vt notauit Baron. to. 5. ad annum 397. num. 17.

An ex hactenus dictis maneat plenè probata intentio Calaritani circa Primatum. Cap. 32

1 ET videtur, quod non, quia quamuis conſtet ex dictis, in Sardinia eſſe verum Primatum ex inſtitutione B. Petri Apoſtoli, adiunctis, quæ dicta ſunt *cap. 2. & 3.* & ex inſtitutione Primatum in ſingulis Prouintijs Africæ (quorũ vna erat Sardinia) ex ſtatuto Concil. Carthag. 3. conſtet etiam Calaritanum fuiſſe Primatem ex enunciatiuis Cõciliorum, & Sanctorum Patrum, ex vetuſtiſſimo marmore inuento in ſepulchro S. Luciferi, & exercitio iuriſdictionis, probato authoritate D. Greg. Baron. & ſeptimæ Synodi generalis, tamẽ hęc ad ſummum durarunt, quouſque Eccleſia Turritana, & Arboren. fuerũt erectæ in Metropolitanas, nam poſt hanc erectionem, quæ fortè fuit circà annum 1000. euanuit Primatus Calaritani, nullumque ius, nec iuriſdictionem, in illas remanſit, duplici ex ratione. Prima quia Metropolitani nõ ſubijciuntur Primati, ſed ſolum Rom. Pontifici. Secunda, quia poſt dictam erectionẽ, ſiuè ab anno 800. nullum veſtigium iuriſdictionis Calaritani in Eccleſias Turritanam, & Arboren. reperitur; at conſtat, tam iuriſdictionem, quam legem per nõ vſum, & contrariũ vſum lõgiſſimi temporis euerti, & tolli, vt eſt tritũ apud omnes Theologos, & Canoniſtas.

2 Reſpõdeo ex dictis negari non poſſe antiquum ius Primatus Calaritani vſque ad erectionem Eccleſiarũ Turritanæ, & Arboren. in Metropolitanas. Quod etiam non euanuerit poſt illam erectionem, probatur reſpondendo ad

duplicem rationem obiectionis. Ad primam reſpondetur falſum eſſe per erectionem Eccleſiarum Metropolitarum corruiſſe, ſiue euanuiſſe Primatū Calaritanum, ſicut per erectionem ſimilium dignitatum, non corruerunt Patriarchatus, Antiochenus, & Alexandrinus, primitus inſtituti à B. Petro Apoſtolo; falſum etiam eſt, Metropolitanos eſſe immediate ſubiectos Sedi Apoſtolicæ, & non Primatibus, quia tam illi, quam Archiepiſcopi (qui vel idē ſunt, vel in gradu non differunt, vt optimè probat Albertus Picolus de antiquo iure Eccleſiæ, *Sicul. part. 1. cap. 3. & 4.* immediate in iuriſdictione ſubijciuntur Primatibus, hoc enim, omnia iura clamant, *nam ſi aduerſus Metropolitanum, Epiſcopus, vel Clericus controuerſiam habeat, accipiat Primatem diæceſeos, & illic iudicentur* ſtatuerūt *Chalc. 9. & 17. Nice. 21. apud Iul. & 54. Nicol. in epiſt. ad Michaelem Imperatorem in medio, Hadria. cap. 6. ad Mediom. Aquiſgr. 86. cap. lib. 7. cap. 151. in addit. Iuo part. 6. cap. 360. decret. Tarrac. lib. 1. cap. 148. Item ſi quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem iudicetur.* Ita definiuit, *Nice. 21. apud Iul. epiſt. 2. cap. 4. Sixtus II. epiſt. 1. ante medium. Victor epiſt. 1. in medio, Hadria. dicto cap. 6. imò quando Metropolitanus delinquit, & eſt incorrigibilis, à ſuo Primate debet iudicari 8. Synodus c. P. cap. 26. ſub Hadria. II. cap. 26. Anicetus epiſt. 1. in princip.* quæ iura cum alijs pluribus refert *Ant. Auguſt. epit. veter iur. Pontif. part. 1. lib. 2. tit. 16. per quinque integra capita*, hoc ipſum pro comperto tradunt omnes authores, qui de diuerſis gradibus Sacræ politiæ ſcripſerūt, & nouiſſimus omniū *Albertus Picolus, citato loco, cap. 2.* in illis verbis *æquum ius Primati, ac Patriarchæ in Metropolitanos erat, ab his ad Primatem prouocabatur; ille iudices dabat, ille inter Metropolitanos iure proprio, cognoſcebat, &c.* & hoc ad perfectum ordinē Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſpectat, vt Parochi, Epiſcopis, Epiſcopi, Metropolitanis, ſiuè Archiepiſcopis, Metropolitani, Primatibus, Primates, Patriarchis Maioribus, & hi, Summo Pōtifici ſubiecti ſint, niſi aliquo ſpeciali priuilegio Sedis Apoſtolicę, ſint exempti, q̄ vt fidem faciat contra ius commune debet oſtendi in forma probanti.

3 Ad ſecundam rationē reſpondetur poſt erectos Metropolitanos Turritanum, & Arboren. extare plura veſtigia iuriſdictionis Calaritani, nam id apertè demonſtrat citat. epiſt. Victoris III. directa ad illum, tamquam ad Primatem, & ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos dictæ Inſulæ, arguens ipſum tamquam Primatem de neglecta cura reparādi Eccleſias dictæ Inſulæ, quod erat propriū munus

munus Primatis, *vt cap. 26. huius lib.* probatum eſt. In qua epiſtola veré fuit à Sede Apoſtolica, cognita, & conteſtata Primatialis iuriſdictio Calaritani. Poſt prædictam epiſt. quæ fuit ſcripta anno 1087. reperiuntur plures, & continuatę enunciatiuę antiquiſſimæ ab anno fermè 400. vſque in præſentē diem, in quibus Calaritanus fuit ſemper nūcupatus, etiā à Sūmis Pontificibus Calixto III. Alexand. VI. & alijs *Primas Sardiniæ, & Corſicæ*, & de immemoriali ab initio naſcentis Eccleſiæ, vſque ad annum 1603. teſtatum fuit Regnum Sardiniæ in comitijs generalibus, quod eſt ſignum ſemper conſeruatæ ſuæ iuriſdictionis Primatialis, *cap. 1. & cap. nulli 99. diſtin. Anton. Auguſt. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 4.* quod ſi ab anno 1100. vſque ad 1400. non inueniuntur alia monimenta, & enunciatiuę, antiquitati, vel combuſtioni Archiuiorum Curiæ, & Ciuitatis Calaritanę tribuendum eſt, cum de iure non præſumatur mutatio, probatis extremis; ab anno verò 1507. vſq; in præſentem diem, quod eſt ſpatium annorum 130. nō ſolum reperiuntur enunciatiuę Primatus Calaritani, ſed etiam veri actus, & exercitium iuriſdictionis, vt probant petitio, & inuentarium Epiſcopi Vſellen. ſuffraganei Archiepiſcopi Arboren. in qua petijt, & obtinuit ab Archiepiſcopo Calaritano, tāquā à Regni Primate, vt iuberet confici inuentarium ſuorum bonorum, quo, illa à ſuo Metropolitano, & alijs, ſi opus foret, tueretur. Multo fortius probāt Breuia Pij V. & Sixti V. committentia Calaritano, tamquā Primati Sardiniæ, & Corſicæ, cauſas ſpoliorū Arboren. & Boſanen. in Arboren. & Turritanen. Prouincijs; & delegationes Apoſtolicæ nō opponuntur, imó corroborant ius Primatiale, quando fuerunt datæ, intuitu Primatiæ, vt patet in alijs Primatibus, qui ideò dicebantur legati nati, vt dictū eſt; item præſidentia Calaritani, in omnibus comitijs generalibus Regni, vbi tamquam Primas ſemper ius dixit, promulgando cenſuras excōmunicationis maioris, quæ eſt præcipuus gladius iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.

4 Hæc autem ſufficiunt, vt præſumantur exerciti illi actus, & alij à Calaritano in annis antecedentibus, vſque dum veniamus ad annum 1087. in quo fuit ſcripta epiſt. Victoris, cum (vt dictum eſt) de iure, mutatio, non præſumatur, probatis extremis. *Rota deciſ. 233. nu. 1. & 2. part. 1. & deciſ. 402. par. 2. Tiraq. de præſcript. §. 1. gloſ. 1. Euerar. loco de tēpore ad tēpus, Gouarr. in reg. poſſ. p. 1. 2. §. 1. nu. 1. verſ præmiſſo, Vigel. in ſua meth. iuris controuer. lib. 2. cap. 1. col. 367. Villalobos lit P. num. 376. & 310. ac 339. Soarez in ſuo theſauro lit. P.*

num. 178. Fernand. Vaſq. in ſuis Illuſtribus controuer. cap. 58. nu. 2. verſ. ſecundum modum, *Gaillus de pignor. obſer. 21. num. 13. latiſſime Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 36. cum omnibus autheribus, & iuribus per eum allegatis*, imò, & in materia iuriſdictionis perpetuæ, ex præterito infertur ad præſens, vt in ſimili de dominio, reſoluit, *idem Menoch. de præſumpt. lib. 6. præsũpt. 62.* ratio etenim vtriuſq; eſt omnino eadem, quia dominium (inquit) habet naturam perpetuam, & vniformem, quod extendit *num. 6.* quando dominium præteriti temporis probatur ſola fama populi, nam adhuc, qui probat, hac fama, dominium præteriti temporis, præſumitur etiam nunc dominus, videatur (quæſo) citatus locus per totũ, quod multo fortius procedit in noſtro caſu, in quo non ſolum probatur ius antiquũ Primatus Calaritani; ſed etiam conteſtatum eſt, fama, & teſtificatione totius Regni in Comitijs generalibus (adiunctis enuntiatiuis intermedijs, & actibus iuriſdictionis vltimi tẽporis, probatis à 130. annis vſq; ad præſentem diem continuatis, qui ſufficerent ad firmandam etiam de nouo poſſeſſionem) eo vel maximè, quia ius Primatiale eſt ius publicum, & non priuatum, quod multo magis difficulter auellitur, ſeu remouetur ab illo, qui ipſum habet, quam alia iura priuata, nec pôt auelli ſine iuuamine alterius, ſcilicet aduerſarij probantis actus contrarios. *Guido Papa in ſuis deciſ. Gracionopol. quæſt. 631. num. 13.* & ita cenſuit Rota, *in vna Eccleſien. decema. 25. Iunij 1631. coram Eminentiſſimo Card. Vbaldo, tũc Auditore*, ex hoc potiſſimum fundamento, quia in actibus facultatiuis, ſeu liberę facultatis, nunquam contra ipſos poteſt induici præſcriptio, niſi ipſorum prohibitio, & contradictio præceſſerit, & ſubſequatur acquieſcẽtia alterius partis.

5 Neque eſt neceſſe probare poſſeſſionem actuum iuriſdictionis talis dignitatis, cum aliqui ſufficiant, imò vnus, vt ratione illius cenſeatur in alijs omnibus conſeruata poſſeſſio. *Innocen. cap. dilectus 1. de capellis Monachorũ pro hoc ff. de ſer. ruſtico prædio l. vna eſt via, & quod non extra de præſcript. cap. auditis, & de re iudi. cap. cum Bartold. & 10. q. 1. cap. relata; Maſcard. de probat. concl. 1054. nu. 22. Sebaſt. Cæſar. de Eccleſ. Hierarchia part. 1. diſp. 4. §. 3. num. 10.* ſed vberius explicatius, & in terminis *Guido Papa in ſuis deciſ. Gracionop. quæſt. 631. præcipuè num. 12.* nam ſicut in iuribus corporalibus (inquit) qui partem tangit, totum tangit; & qui aurem hominis tãgit, totum hominem tangit, ita in iuribus incorporalibus, qui exercuit iuriſdictionem in aliquibus actibus, retinet etiam illã in alijs,

in quibus nón fuiſſet vſus, cum omnibus iuribus ibi per eum allegatis; nam non vſus, ſeu deſſuetudo, cum ſint iura negatiua, nũquam poſſunt præſcribere, niſi habeant factum implicitũ, verbigratia detẽtionis, poſſeſſionis, &c. imò, vt prædicta iura negatiua, ſubditis competant, & à ſuperioribus auelli iura affirmatiua poſſint, duo neceſſaria debent concurrere, videlicet poſitiua prohibitio, ſeu contradictio ex parte ſubditorum, qui aſſerunt ſibi cõpetere tale ius negatiuum, & patientia; ſeu admiſſa prohibitio ex parte ſuperioris, & domini habẽtis ius affirmatiuũ, & iuriſdictionem fundatam, cõtra quem prohibetur, & contradicitur *ibid. nu. 13.* cum omnibus iuribus per eũ allegatis, & in additionibus *ad cap. dilect.* cum omnibus ibi per eum allegatis.

Ex dictis euidenter ſequitur excluſio dignitatis Primatialis ab Archiepiſcopo Turritano, & Arboren. Cap. 33.

1 EX ſupra dictis omnibus adductis in fauorem Primatus Calaritani, euidẽter ſequitur excluſio Turrit. & Arbor. Probatur hoc efficaci argumento, & dilamate, quia omnis Primatus in Eccleſia Dei, vel habuit ortum, & initium ab aſſiſtentia iuris, vt de Calaritano dictũ eſt, vel ex ſpeciali conceſſione Summorum Pontificum, ſed Saſſaritanus, ſiué Turritanus, & Arborenſis neutrum habent, ergo non ſunt Primates; maior huius ſylogiſmi eſt per ſe nota, minor probatur, quia neque habent priuilegium Apoſtolicum, vt etiã eſt per ſe notũ; neque habent aſſiſtentiam iuris, quod probatur, quia ad hanc duo requiruntur. Primum quod Ciuitas Turritana vel Oriſtanei, ſint & fuerint Metropoles, & caput Regni Sardiniæ, quod ipſis non competit, ſed ſoli Calari, *vt cap. 3. & 4.* probatum eſt. Secundum requiritur, vt ſimul cum aſſiſtentia iuris habuerint immemorialem poſſeſſionem huius tituli, & eius iuriſdictionis, hoc autẽ omnino illis deficit, nam neque authoritate Summorũ Pontificum, Conciliorum. SS. Patrũ, Regum, hiſtoriarum, vel ſcripturarum antiquarum, aut marmoribus vetuſtiſſimis, vel atteſtatione totius Regni in comitijs generalibus, neque extra illa, fuerunt vmquam nuncupati, & cogniti, vt Primates, neque vllum veſtigium iuriſdictionis Primatialis, exercuerunt, igitur nõ ſunt Primates.

2 Neque obſtat, prædictos Archiepiſcopos Turritanum, & Arboren. ſe ipſos nuncupaſſe Primates: nã hæc fuit moderna, & voluntaria vſurpatio huius tituli à Turritano à 30. ab hinc annis, & ab Arborẽſi à 12. & hæc ſemper à Ca-

à Calaritano impugnata, & contradicta, à nemine totius Regni admiſſa, epiſtolis Regijs cũ Conſilio Senatus Supremi reprobata, à Regijs Miniſtris in eorum literis, & titulis expuncta, igitur nullatenus illis ſuffragari poteſt, & per cõſequens, nec poſſident, nec præſcribunt. *cap. 1. de præſcrip. in 6. Felin. conſ. 2. in prin. Tuſch. concluſ. 310. num. 1. tom. 8.*

3 Et confirmatur primo, quia in Concilijs generalibus nũquã Turritanus, & Arboren. ſederunt inter Primates, vt conſtat ex illis; neque ordinarunt Eccleſias, neq; fuerunt ad eos delata maiora negotia Eccleſiarum totius Regni, nec nominarunt, aut dederunt iudices in illo, nec miſerunt legatos ad Concilia generalia, neque fuerunt antonomaſtice appellati Epiſcopi Sardiniæ, neq; alia, quæ ſunt propriæ notæ, & munia Primatum, ergo non ſunt Primates.

4 Confirmatur ſecundo, nam Turritanus in Concilio Lateranenſi primo, ſubſcripſit, & ſedit inter Epiſcopos, poſt Epiſcopum Piſanum, qui vſque ad annum 1132. non fuit Archiepiſcopus, vt cum alijs authoribus tenet Baronius ad hunc annum, cum de Calaritano hoc apertè conſtet, ex ſuperius dictis, & probatis.

5 Secundo probatur vtriuſque excluſio, & præcipuè Turritani ex his, quę refert Fara author Saſſaren. *lib. 1. de Rebus Sardois pag. mihi 132.* ſcilicet Eccleſiã Turritanam priuilegijs Martini I. obtinuiſſe exemptionem, ergo eius Antiſtes, numquam fuit primas, quia exẽptio ſupponit ſubiectionem alteri Prælato Prouintiæ, quæ repugnat Primati.

6 Tertio probatur, quia Turritanus fuit ſuffraganeus Calaritani, ergo non potuit eſſe Primas, quia hoc repugnat. Antecedẽs probatur duplici epiſtola Diui Grego. Magni, quarũ prima eſt *8. lib. 7.* in qua inter ſuffraganeos Metropolitani Sardiniæ, numerat D. Greg. Epiſcopum Marinianum, vt in illa videri poteſt, hunc autem, ſicut, & alios nominatos in illa epiſtola, fuiſſe ſufraganeos Archiepiſcopi Calaritani probatur; tum quia nõ poteſt aſſignari alius Metropolita, cum Turritanus ſit vnus ex illis ſuffraganeis, vt modo probauimus; tum etiã, quia hoc expreſſe fatetur Fara author Saſſarenſis, *dicto lib. de Rebus Sardois pag. 132.* vbi nominans ſuffraganeos Ianuarij Archiepiſcopi Calaritani, inter eos ponit Marinianum, vnum ex relatis in dicta epiſtola S. Greg.

7 Secunda epiſt. eſt eiuſdem D. Greg quę eſt *59. lib. 1.* in qua ſcribens ad Genadium Exarchum Africæ de violẽtijs Theodori magiſtri militum, ait. *Marinianus ſiquidem Turritanæ Ciuitatis frater, & Coepiſcopus noſter, nobis lachrimabiliter indicauit*, &c. igitur Turrita-

ritanus erat ſuffraganeus Calaritani; quia Marinianus, qui erat Epiſcopus Turritanus, erat ſuffraganeus Ianuarij, qui erat Archiepiſcopus Calaritanus.

8 Neque eludit vim huius rationis, ſeu demonſtrationis, id quod aſſerit Turritanus in ſuo Cathalogo Antiſtitum Turritanorum à nobis impugnato *cap. 16.* hunc Marinianum, nuncupando, Marianum, *ad annum 595.* ſecutus excuſionem *anni 1551.* factam Lugduni apud Hugonem à Porta; nam contrarium euidenter cõſtat ex correctiori Impreſſione Cameræ Apoſtolicę factã Romæ *anno 1613.* vbi dicitur hanc vltimam impreſſionẽ fuiſſe correctam, & comprobatam, cum Codice originali manuſcripto D. Gregorij, quod aſſeruatur in Vaticano, & ideó huic maior fides adhibenda eſt.

9 Nec valet ſecũdo reſpondere, Marinianũ, de quo S. Gregorius meminit, *in citata epiſt. 59. lib. 1.* paulo poſt ſcriptam illam epiſtolã obijſſe, quod colligitur *ex epiſt. 38. lib. 2.* in qua D. Greg. Ioãnem Epiſcopum Syllatinũ, ſiuè Squillatinum, vt conſtat *ex epiſt. 25. eiuſdem lib. 2.* delegauit ad viſitandam Eccleſiam Turritanam, ſimul, & Tauriatinen. & ad curandum, vt in eis, Epiſcopi eligerentur; quo manifeſté ſupponitur illas Eccleſias fuiſſe vacantes. Quo ſuppoſito ille Marinianus relatus *in epiſt. 8. lib. 7.* ſuffraganeus Ianuarij non potuit eſſe idem cum relato *in epiſt. 59. lib. 1.* qui iam in *epiſt. relata lib. 2.* ſupponitur defunctus; atq; adeò ruit vis noſtræ rationis ex diuerſitate perſonæ.

10 Sed hoc efficaciter impugnatur, quia Eccleſia Turritana, quã S. Greg. ſupponit in dicta *epiſt. 38. lib. 2.* fuiſſe vacantem, non erat Turritana Sardiniæ ſed Turritana Italię in ea parte Calabrię iuxta Prouinciã ab antiquis dictam *Magnam Graciam*, prope Apuliam, in Brutijs, cuius meminerũt Antoninus, & Gabriel Barrius, relati ab Hortelio in ſuo Theſauro, verbo *Turres*, vbi ait hãc vrbẽ ſitam fuiſſe inter *Coſentiam*, & *Vibonem*, vel *Hipponium*, vt vult Barrius, dictum à Romanis *Vibo*, ſecundum Stephanũ. Hoc autem ita eſſe, probatur manifeſtè, quia ad hanc Eccleſiam Turritanam, & Tauriatinen. ſiuè Taurianam, vt alij legunt, miſit D Greg. eundemmet numero legatum, quia Vrbes illarum erant vicinæ in Prouintia Calabriæ, licet modo ſint deſtructæ, nam in ruinis antiquæ Vrbis Turritanæ cernitur oppidum, *Blaſium* nuncupatum, & in ruinis antiquæ Taurianæ, aliud *Seminara*, nuncupatum, ſecundum Barriũ, & Hortelium, vbi ſupra, & verbo *Taurianum*, ad vtramque ergo Vrbem, miſit D. Greg. eundem delegatum Ioannem Epiſcopum Squyllatinũ,

vici-

vicinum, ex quo infertur non fuiſſe illam Vrbem Turritanam Sardiniæ; nam ad hanc diuerſum legatum nominaſſet ab eo quem deſignauit Eccleſiæ Tauriatinę, quæ vergit ad Orientem, cum Turritana Sardiniæ, vergat ad Occidentem, & tot centenis milliaribus, diſtet ab alia.

11 Et hoc amplius ſuadetur, quia Vrbs Squillatina, cuius Epiſcopus erat Ioannes delegatus, erat vicina his duabus Vrbibus Turritanæ, & Tauriatinen. Italię, & Ideò poterat breuiter, & cum feſtinatione, delegatus ad illas accedere, ſicut illi præcipiebat D. Greg. in illis verbis, *fraternitas tua ire properet*, & in alijs, *admonere feſtinet*, nã ſi illæ Vrbes, & Eccleſiæ ſitę fuiſſent in Prouintijs tam diſtãtibus, & immenſo maris ſpatio intermedio, nec potuiſſet eam feſtinationem adhibere, quam illi præſcribebat D.Greg. neq; vſus fuiſſet termino, *propera*, qui ſignificat cũ feſtinatione ad partem aliquam propinquam accedere, iuxta fraſim Ciceronis, *cornificio lib.* 10. cit. à Calepin. *atque inde ventis, remiſque in patriam omni feſtinatione properaui.*

12 Et confirmatur, quia ſi Eccleſia Turritana Sardiniæ tunc vacaſſet, monuiſſet D. Greg. Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, vti Metropolitanũ, & Primatem; vt eam ordinaret, ſicut in ſimili admonitione Pontificis ordinauit Eccleſiam Pauſaniæ, nunc Caſtri Aragonenſis, & Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus ordinauit Eccleſiam Turritanam, vt *cap.* 19. probatum eſt.

13 Confirmatur ſecundo, quia dato, & non conceſſo, quod tunc temporis nõ fuiſſet ſuperſtes Archiepiſcopus Calaritanus in Sardinia, multo facilius fuiſſet, & cõgruentius, quod à D. Greg. delegatus fuiſſet, vnus ex Epiſcopis, eiuſdem Inſulæ, non ille Ioannes Squillatinus ex Prouincia tam remota.

14 Cõfirmatur tertio quia *in epiſt.* 2. *lib.* 7. omnino poſterior tempore epiſtolis *lib.* 1. iterum fit mẽtio in fine illius eiuſdem Mariniani, cuius facta fuerat *in epiſt.* 59. *lib.* 1. & in ea iterum fit mentio eiuſdẽ Genadij Exarchi Africæ, ad quam Sardinia pertinebat, & ad quem Diuus Gregorius *in cit. epiſt. lib.* 1. ſcripſerat, & fæderis inter ipſum, & Axiulfum tractati, quo inito, & cõcluſo, dixit Diuus Greg. ſe acturum de cauſis Mariniani apud Genadiũ, cuius Cliẽtelam tãquã ſubditi, & ſuffraganei ſui, apud D.Greg. ſuſceperat Ianuarius, vt manifeſtè ſupponit epiſtola reſponſiua D. Greg. Ex quibus omnibus cõſtat per illam reſponſionem non eneruari vim noſtrę demonſtrationis, & apertè manere probatum, Turritanum fuiſſe ſuffraganeum Calaritani.

15 Ex quibus infertur primò, ꝙ

ratio

ratio ob quam D. Gregorius; reſeruauit ſibi ordinationem Epiſcoporum electorum in illis duabus Eccleſijs, vt ex epiſtola conſtat; quia ordinatio pertinebat ad Primatem, ſiué Patriarcham, vt cap. 19. dictum eſt, & quia illæ Ciuitates pertinebant ad Patriarchatum Summi Pōtificis Romani, vtpoté exiſtētes in Italia, ideò eam ſibi detulit, & reſeruauit D. Gregorius, nec Ioanni Epiſcopo Vicino, & à ſe delegato cōmiſit.

16 Secundo infertur, quam ieiunus ſit ab hiſtoria Eccleſiaſtica, qui conferens hunc locum *epiſto. 38. lib. 2.* cum alio loco *epiſt. 25. eiuſdem lib.* exiſtimat hunç Ioannem Epiſcopum Squillatinū fuiſſe Cardinalem, ex quo infert amplitudinem Eccleſiæ Turritanæ Sardiniæ; ex eo quod noluit Diuus Gregorius cōmittere conſecrationē Epiſcopi Turritani, niſi Ioāni Epiſcopo, & Cardinali. Sed ſicut fefellit eum ęquiuocatio nominis Eccleſiæ Turritanę, exiſtimans eſſe Sardinię, eam, quæ erat Italiæ, ita deceptus fuit exiſtimādo, hunç Ioānem fuiſſe Cardinalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, duplici ratione.

17 Prima, quia tunc Cardinales non erant cōſtituti in tanta amplitudine, & eminentia dignitatis, ſicut à quingentis ab hinc annis, vt notauit Cardinalis Belarminius in Apologia contra Regem Angliæ.

18 Secūda ratio eſt, quia veri Preſbyteri Cardinales in apice huius dignitatis conſtituti, fuerunt, & ſunt presbyteri Eccleſiæ Romanę, in quibus Preſbyter, Decanus, ſiuè antiquior alijs, in aliqua ſuarum Eccleſiarum vocabatur Cardinalis, à cardine, ſiuè culmine, quia erat primus, & maior ex illis, & idem erat in Diaconis, vt clamāt omnes hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quod non habuit iſte Ioannes, qui cum eſſet Epiſcopus Ciuitatis Luſitanæ captiuatę ab hoſtibus, D. Greg. conſtituit Epiſcopum Squillatinum, ea cōditione, vt ſi primam Ciuitatem ab hoſtibus liberam, effici contigiſſet, ad eam reuerteretur; cum autē conſtituit illum Epiſcopum Squillatinum, hoc vſus fuit termino D. Gregor. *Te Ioannem Epiſcopum in Squillatina Eccleſia Cardinalē, neceſſe duximus cōſtituere Sacerdotem.* Hic conſtituiſſe Sacerdotē Cardinalem, idem fuit, quod nominaſſe Epiſcopum illius Ciuitatis, ſeu primum, & maiorem Sacerdotem, ſicuti eſt Epiſcopus inter alios eiuſdem Eccleſiæ; non autē conſtituit illum presbyterū Cardinalem Romæ, etenim non dixit *S. R. Eccleſia*, vel *in S. R. Eccleſia Sacerdotem Cardinalem*, ſed in Squillatina Eccleſia Cardinalem Sacerdotem. Porrò certum eſt, Sacerdotem Cardinalem in Eccleſia Squillatina, fuiſſe Epiſcopū illius, non Cardinalē Romanum,

in ea acceptione, quæ communiter vſurpatur ad hunc titulum, & dignitatẽ S. R. Eccleſiæ exprimendã, aliàs omnes Epiſcopi Orbis eſſent Cardinales, quia ſunt primi, & Summi Sacerdotes ſuarum Eccleſiarum.

19 Et confirmatur hoc amplius, quia, iuxta fraſim ordinariam S. Gregorij per hunc terminũ *Cardinalis*, vel *incardinandi*, ſignificabat promotionem ad aliquã primam dignitatem alicuius Eccleſiæ, vt patet ex verbis eiuſdẽmet epiſt. ibi, *ita tamen, vt ſi Ciuitatem illam, ab hoſtibus liberam effici contigerit, ad eam in qua prius incardinatus es, Eccleſiam reuertaris, ſin autem prædicta Ciuitas cõtinua captiuitate premitur, in hac, in qua à nobis ordinatus es, vel incardinatus, Eccleſia debeas permanere*. Et in multis alijs locis, & epiſtolis Diui Greg. vtitur eadem fraſi, ſicut in vna, quam ſcribit Archiepiſcopo Calaritano, de compeſcenda ſuperbia Liberati, vbi ait, *ſi non eſt Cardinalis fac. eum Cardinalem*, id eſt primum Canonicum, vel quid ſimile.

20 Quarto probatur excluſio Turritani ex dictis, *d. cap.* 19. quia ſicut erat iuriſdictio, & nota Primatis, ordinare Eccleſias Prouintiæ, ita, & ordinari ab alio Antiſtite eiuſdem Prouintiæ, & ab illo nominatũ, recipere Præſulem, erat nota inferioritatis, & ſubiectionis reſpectu illius, quæ repugnat Primati, vt eſt per ſe notum, ſed Eccleſia Turritana fuit ordinata à Citonato Archiepiſc. Calaritano, vt ibi probatũ eſt, cũ alijs ibi adductis igitur Epiſc. Turritanus nullatenus põt eẽ Primas.

21 Quinto probatur, quia de Eccleſia Turritana non conſtat legitime habuiſſe Epiſcopum, vſq; ad annũ circiter 590. inquo inijt Pontif. D. Gregorius, vt conſtat ex epiſt. citata 59. *lib.* 16. nam de alijs anterioribus à Turritanis aſſertis, nullatenus conſtat, imò cõtrarium, vt *cap.* 16. probatum eſt, impugnando eorũ Cathalogum, imò neque ante annum 1000. probare poſſunt, Eccleſiam Turritanã, & Arboren. erectas fuiſſe in Metropoliticas, cum hoc ex *Conc.* 1. *Arelatenſi, ad annum* 314. ex Tripartita. D. Greg. 6. Synodo generali, & alijs abundé ſatis de Calaritano in ſuperioribus probatum ſit.

22 Sexto probatur, quia Archiepiſcopus Turritanus recognouit tamquam ſuum Primatem Archiepiſcopũ Piſanum, vt eximeret ſe à Calaritano, & in huius recognitionem fecit donationem quorundam iurium, & reddituũ, Hoſpitali Piſarum, vt refert Viuianus, *in praxi iuris patronatus part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 67. *& ſequentibus impreſſionis anni* 1618. & Barboſ. *in collect. ad cap. ſi diligent. de præſcrip.* & conſtat in actis productis in hac lite à Piſano, quę inferius

ſerius adducemus in ſummario iurium illius, ergo Turritanus, neq; fuit, neq; poteſt eſſe primas.

23 Ex quo infertur euidenter, litem Primatus Piſani (quam refert Rofredus Benauentanus, qui vixit tempore Greg. IX. & cuius meminit *de poteſtate Epiſcopi titulo 3. cap. 8.* et quę coincidit cũ temporibus conceſſionis breuium, quæ pro ſe allegat Piſanus) fuiſſe cum Archiepiſcopo Calaritano, & non cum Turritano, quia hic ſubiecit ſe, & recognouit Piſanũ, nõ verò Calaritanus, qui ſemper repugnauit, habens ſuam intentionem optimè fundatam ab initio naſcentis Eccleſiæ, vt in ſuperioribus late probatum eſt.

Probatur excluſio Turritani à Primatu Sardiniæ ex confeſſione eiuſdem met partis. Cap. 14.

1 TAndem ad euidentiorem excluſionem Primatus Archiepiſcopi Turritani, promam hic, quę ipſe teſtatus eſt in memoriali quodam, oblato, ſuo nomine Sacræ Congregationi Inquiſitionis, hic Romę, elapſo menſe Maij præſentis anni 1637. contra Sanctitatem, & Venerationem B. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, vbi impugnans inſcriptionem marmoris inuenti in ſepulchro illius, in quo nuncupatur Primarius Sardiniæ, & Corſicæ, habet hæc formalia verba. *Augetur falſitas inſcriptionis ex huiuſmodi titulo Primatis Sardiniæ, & Corſicæ, ex quo Corſica nõ fuit vnita Sardiniæ in ſpiritualibus ante Vrbanũ II. qui ſedit anno 1088. & ſic per annos ferè 700. poſt mortem Luciferi, Pontifex iſte, Primatum Sardiniæ, & Corſicæ conceſſit Archiepiſcopo Piſano.* eadem habet in Summario num. 4. qua atteſtatione, & propria oris cõfeſſione, ſuo circa Primatum ſe gladio iugulat, & modernam, & falſam ſuam vſurpationẽ Primatis Sardiniæ, & Corſicę, manifeſtè oſtẽdit. Quo enim titulo id facit, & ſibi arrogat, ſi vnionem in Spiritualibus Sardiniæ, & Corſicæ de nouo factam ab Vrbano II. poſt annum 1000. ſoli Piſano defert? præcipuè cum eius prætenſio debeat fundari in aſſiſtentia iuris, quo ab initio naſcentis Eccleſiæ (& nõ aliquo indulto Apoſtolico) ſe iactat Primatem, ad quod confirmãdum, adduxit ſecum Romam quandam imaginem fictã S. Proti veſtibus Pontificalibus, cũ Mitra, & Cruce Patriarchali, ornatam, exiſtimat enim (ſed falsò, vt latè impugnatum eſt, cap. 16. huius tracta. & deciſum fuit in Sacra Congregatione S. Inquiſitionis *die 21. Iulij anni 1637.*) D. Protum fuiſſe Archiepiſcopum Turritanũ, anno 290. Quomodo enim hoc verum eſſe poteſt, ſi fundationem Primatus Sardinię, & Corſicę ſolum cõſtituit poſt annum 1000.

ſoli Piſano, Apoſtolico indulto delatam? Manifeſtè etiam oſtendit, quam ieiunus ſit à vera notitia huius tituli, ſcilicet Primatis Sardiniæ, & Corſicæ, cur nō Sardiniæ ſolum, ſed etiam Corſicæ nuncupetur, quę omninó diſtincta Inſula eſt; fundatur autem in hoc, quod prius à Romanis duæ Inſulæ in vnam prouintiam redactæ, vtraque ſimul ſubiacuit legi B. Petri Apoſt. inſtituentis, vt in Metropoli cuiuſcunque prouintię Romanę, Primas inſtitueretur, quod in prouintia Sardiniæ, & Corſicæ fuiſſe obſeruatū, ex dictis in ſuperioribus conſtat; & ex hoc videant Illuſtriſsimi D. D. & ſemel ſtatuant, quæ fides alijs eius, egenis, & nudis probationibus adhibenda ſit.

2 Neque ſolus prę̨ſens Archiepiſcopus, ſed etiam eius anteceſſor idem atteſtatus fuit in vna ſchedula ſupplicationis, manu fœlicis recordationis Pauli V. ſignata, & bon. memo. Eminentiſs. Cardin. Lancelloto, cum eſſet Auditor S. Rotæ præſentata, quæ extat in actis huius cauſæ, coram Illuſtriſſimo Motmano, vbi ſic dixit, *Beatiſs. Pater, & ſi Eccleſia Turritana, eiuſque Archiepiſcopus, & Capitulum immediatè ſubiaceant S. Sedi Apoſtolicæ, quia nemo Archiepiſcorum Sardiniæ fuit adhuc deſignatus Primas, & vbi S. Sedes Apoſtolica, ad quam datio tituli huius ſpectat, ipſo iure, vellet eo Eccleſiam digniorem ornare, inſigniret meritò Turritanam, &c.* Quo nihil clarius oſtendi poteſt ad excluſionē Turritani à iure ambito, & vſurpato Primatus.

3 Quod, hoc vnico argumento efficaci, ſic probatur; ſubiectum, de quo agimus, eſt Primatus, & reliqua, quæ adducuntur in controuerſia, huic ſubiecto, tanquā fundamento adhærent, ſed aduerſarius negat ſubiectum, quia negat Primatum, ergo omnia, quæ ipſe adducit ſunt omninò vana, & ideò eſt neceſſariò excludendus, quia ſublato ſubiecto, corruunt omnia, quæ ſubiecto adhærent, *Inſtitutionum*, *de capitis diminutione* §. *ſeruus*, ibi, *ſeruus manu miſſus cap. non minuitur, quia nullum caput habuit, & lege penult.* § *finali ff. ſi certum petatur*, ibi, *non poſſunt videri bonæ fidei poſſeſſores, qui nec poſſidendi animum habent, quia animus eſt ſubiectum poſſeſſionis*, ergo illo deficiente, deficit poſſeſſio, plura alia huius exempla habentur in iure, *l. ſi ſeruus*, *ff. de ſtipulatione ſeruorum, & cap.* 1 2. §. *quod circa de deſponſatione impuberum, l. optimam, C. de contrah. ſtipulat.*

4 His accedit commune axioma in vtroque iure receptū, quod non entis nullæ ſunt partes, & cauſa principali non ſubſiſtente, nec ea, quæ ſequuntur, locum habent.

5 Itē aduerſarius negat Primatum, & ex alio capite litigat pro Prima-

Primatu, & contendit Primatum ad ſe pertinere, vnde, & negat Primatum, & ponit Primatum, quæ manifeſtè repugnãt adinuicem, & ſunt cõtradictoria, allegãs autem contradictoria, non eſt audiendus, exemplo, *text. in l. vbi, ff. de regul. iur.* vbi Celſus Iuriſconſ. ait; *ſi pugnantia inter ſe in teſtamento inueniatur, neutrum ratum eſt, & l. 1. C. de furtis, & Nouella cap. 90. §. ſi planè*, vbi Imperator (inquit) *ſi qui contraria ſibi ipſis, aut pugnantia inter ſe protulerint, iudices reijciet.*

Summarium Iurium Primatus prætenſi à Piſano Archiepiſcopo.
Cap. XXXV.

1 PRætendit Piſanus Primatum Sardiniæ, & Corſicæ ſibi fuiſſe cõceſſum à Pontifice Romano, fundandatque intentionem ſuam, indultis Pontificijs, extenſe adductis ab Archiepiſcopo Piſano in Summario, *à Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 1. titu. 3. cap. 7. num. 10. & à Viuiano in praxi iuriſpatronatus par. 1. lib. 3. cap. 2. a num. 66. vſque ad num. 77. impreſſ. Romæ 1628.* extractis (vt ipſe aſſerit) anno 1619. ex Archiuio reformationum Ciuitatis Florentiæ, excepto Indulto Innocentij II. quod extractum fuiſſe ex authẽtico in carta pergamena, Archiui Apoſtolici Caſtri Sancti Angeli, anno 1618. affirmat. Placuit autem ex illis, extensè hic adducere indulta Innocentij II. quod eſt primum cõceſſum, reſpectu Primatus prouinciæ Turritanæ, & Alexandri III. quod eſt primũ reſpectu Primatus prouintiarũ Calaritanen. & Arboren. reliqua verò cõſultò omiſſimus, extẽsẽ referre cũ nihil noui contineãt, & eiſdẽ em ferè verbis formalibus cõponãtur, vt ex Viuiano apparet, illa ſolùm ſummariè hic referendo.

INNOCENTII II. INDVLTVM.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Balduino Piſano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus Canonicè promouendis in perpetuum. Tunc Apoſtolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus, honor integrè conſeruatur, ſi vnicuique Eccleſiæ, ſua dignitas cuſtoditur. Romana ſiquidem Eccleſiæ conſueta benignitas, & diſcreta humilitas, quos deuotos, & manſuetos filios reperit, alios dignitatibus, & honoribus ſibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua ſublimat; æquum equidem, & rationabile eſt, vt quorum beneficia, & obſequia, nos ſuſcepiſſe recolimus, eorum deuotioni, non menſura pari, nec quantitate æquali, ſed ex abundantis gratiæ beneuolentia, libenti animo reſpondere curemus. Quia igitur de diſcordia, & guerra, quæ inter

inter Piſanum, & Ianuenſem Ciuitates extitit, multæ hominum clades, & Chriſtianorum captiuitates innumeræ prouenerunt. Nos quorum præcipuè intereſt ſingulorum ſaluti, tàm temporaliter, quàm ſpiritualiter, paterna ſolicitudine prouidere, pro bono pacis, & recompenſatione Epiſcopatuum, quos vtique à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, Eccleſiæ Piſanæ conceſſos in Inſula Corſicæ à prædeceſſore tuo bonæ memoriæ Fratre noſtro Archiepiſcopo Huberto accipimus, in Callurienſi Iudicatu, duos Epiſcopatus, Galtelinenſem, videlicet, & Ciuitatenſem, & Populonienſem Epiſcopatum, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Eccleſiæ Piſanæ concedimus, & Metropolitano iure ſubijcimus. Voſque Primatus honore ſuper Turritanam prouintiam decoramus, Legationem quoque Sardiniæ à prædeceſſore noſtro Papa Vrbano, prædeceſſoribus tuis conceſſam, tibi tuiſque ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina roboramus; denique, vt Piſana Ciuitas, quæ fauore cœleſtis numinis de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum vrbes plurimas ſubiugauit, amplius honoretur, æquo albo, cum nauo albo in proceſſionibus vtendi, & Crucem, vexillum ſcilicet Dominicum per ſubiectas vobis prouintias portandi, tibi, tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus. Pallei quoque vſum, fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo, ſecundum conſuetudinem Piſanæ Eccleſiæ perfruaris, & in conſecrationibus trium Epiſcoporum in Corſica, Alerienſis ſcilicet, Aiacenſis, & Saguntini, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, Sæculariſuè perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundo, tertioque commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua emendatione correxerit, poteſtatis, honoriſque, ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem hæc ipſa ſeruantibus, ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.

† Ego Deſiderius Preſb. Cardi. titu. S. Praxedis. ss.

† Ego Petrus Cardinal. preſb. titu. Sanctæ Suſannæ. ss.

† Ego Gerardus preſb. Card. titu. S. Crucis in Hieruſalem. ss.

† Ego Anſelmus presb. Card. tit. S. Laurentij in Lucina. ss.

† Ego Litifredus presb. Cardinal. titu. Veſtinæ.

† Ego Lucas preſb. titu. Sancti Ioannis, & Pauli.

† Ego Stiantius presb. Cardin. titu. Sanctæ Sauinæ. ss.

† Ego Martinus presb. Card. tit. S. Stephani in Celio monte. ss.

† Ego Petrus Papienſis Epiſcopus. ss.

Ego

† Ego Oddo Diacon. Cardin. S. Georgij ad Velum Aureum. ss.
† Ego Guido Diaconus Cardin. Sancti Adriani. ss.
† Ego Boetius Diaconus Cardin. SS. Viti, & Modeſti. ss.
† Ego Guido Diaconus Card. SS. Coſmæ, & Damiani. ss.
† Ego Griſogonus Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu. ss.
† Ego Vbaldus Diaconus Cardin. S. Mariæ in Via lata. ss.
† Ego G. G. Diaconus Cardin. Sancti Angeli. ss.
† Ego Octauianus Diaconus Cardin. S. Nicolai in Carcere. ss.
† Ego Iacintus Prior Subdiaconorum Sacri Palatij.
† Ego Bernardus Sacri Palatij Subdiaconus. ss.
† Ego Ioannes Sacri Palatij Subdiaconus. ss.
† Ego Baro Sac. Palatij Subdiac. & Prior S. Crucis. ss.
† Ego Ioannes Paparo Roma. Eccleſ. Subdiaconus. ss.
† Ego Raynerius Sacri Palatij Subdiaconus. ss.
† Ego Presbyter Sacri Palatij Subdiaconus. ss.
† Ego Galganus Sacri Palatij Subdiac. ss.
† Ego Monachus Sac. Palatij Subdiac. ss.
† Ego Baldicio Sac. Palatij Subdiac. ss.
† Ego Vulgarus Sac. Palatij Subdiac. ss.

Datum Laterani per manũ Aimerici S. R. E. Diaconi Card. Cancellarij, Kal. Maij Indictione 1. Incarnationis Dominicæ, anno 1138. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ II. anno nono. Hoc exemplum litterarum Innocentij II. eſt fideliter deſumptum, ex authentico in Carta Pergamena, Archiui Apoſtolici, Caſtri S. Angeli, die v. Iunij 1618.

S. Card S. Suſannæ S. R. E. Bibliotb.

Donationis Turritani Archiepiſcopi Summarium.

ALbertus Monachus Sancti Benedicti de monte Caſino, & Turritanus Archiepiſcopus, dilectis filijs, &c. Attendentes precibus Domini, videlicet Piſanorum Archiepiſcopi, Sardiniæ Primatis, & Apoſtolicæ Sedis Legati, aſſenſu etiam, & Conſilio Domini Paraſolis Turritani Iudicis, necnon Epiſcoporum noſtrorum Sanctæ Sorcenſis, Domini Dozenſis, I. Pliſacenſis, A. Caſtrenſis V. vt harum O. Ampuuz, I. Pleux de Olcaſtreto, cum terris vicinis. Donamus, concedimus, atq; largimur, vt in veſtra, &c. Hoc actum eſt anno Dñi 1176.

EVGENII III. INDVLTI SVMMARIVM.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Villano, Piſano Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus, &c. In Inſula Corſicæ, &c. Fratri noſtro Archiepiſcopo Vberto, &c. Vos Primatus honore ſuper Turritanam prouintiam decoramus; Legationem quoque Sardiniæ à prædeceſſore noſtro Vrbano, &c. Roboramus, & vexillum, per ſubiectas nobis prouintias portandi, tibi, tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus; Pallei quoque vſum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet, & ſecundũ conſuetudinẽ Piſanæ Eccleſiæ perfruaris, &c. In Sardinia, & Populonienſes Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis.

Signum

SIGNVM EVGENII III.
Fac mecum ſignum bonum.

† Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.
† Ego Conradus Sabinenſis Epiſcop. ss.
† Ego Albericus Hoſtienſis Epiſc. ss.
† Ego Imacus Tuſculanus Epiſc. ss.
† Ego Guido presb.Car.S.Chriſogoni. ss.
† Ego Hubald.presb.Card.titu. Sāctæ Praxedis. ss.
† Ego Hubaldus presb. Card. titu.S. Ioannis,& Pauli. ss.
† Ego Manfredus presb.Card. titu. Sanctæ Sabinæ. ss.
† Ego Aribertus presb. Card. titu, S. Anaſtaſiæ. ss.
† EgoHubaldus presb.Card.titu.S.Crucis in Hieruſalem. ss.
† Ego Bernardus presb.Cardin.titu.S.Clementis. ss.
† Ego Iordanus presb. Cardin. titu. S. Suſannæ. ss.
† Ego Oddo Diaconus Card. S.Georgij ad Velum Aureum. ss.
† Ego Guido Diac.Card.SS.Coſmę,& Damiani. ss.
† Ego Octauianus Diac.Card.S.Nicolai in Carcere Tulliano. ss.
† Ego Rodulphus Diaconus Cardin. Sanctæ Luciæ.
† Ego Ioannes Diaconus Cardin. S.Mariæ Nouæ. ss.
† Ego Aſtaldus Diac.Cardin. Sancti Euſtachij. ss.
† Ego Berardus Diac.Card.Sanctæ Romanę Eccleſiæ. ss.
† Ego Guido Diaconus Card. S. Mariæ in Porticu. ss.
† Ego Petrus Diaconus S. Mariæ in Vialata. ss.
† Ego Cinthius Diaconus Cardin. SS.Sergij,& Bacchi. ss.

DatumViterbi per manum Roberti S.R.E. Presbyteri Cardinalis,& Cancellarij Kalen.Iunij,Indictione nona. Incarnationis Dominicæ,anno 1146.Pontificatus vero Domini Eugenij III.Papę,anno ſecundo.

ADRIANI IIII. INDVLTI SVMMAR.

Drianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili Fratri Villano Archiepiſcopo Piſano, eiuſque ſucceſſoribus,&c. Vos Primatus honore ſuper Turritanam prouintiam decoramus, &c. equo albo in proceſſionibus, & Crucem, Vexillum, ſcilicet Domini,&c. Et in conſecratione trium Epiſcoporum in Corſica,&c.Duorum in Sardinia,& Populonien.Epiſcopi &c.

SIGNVM ADRIANI IIII.
Oculi mei ſemper ad Dominum.

† Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.
† Ego Gregorius Sabinenſis Epiſc. ss.
† Ego Manfredus presb.Cardin. titu.S.Sabinæ. ss.
† Ego Hubald.presb.Card.titu.S.Crucis in Hieruſalem. ss.
† Ego Guido presb.Card.tit. Paſtoris. ss.
† Ego Bernardus presb. Cardin.titu.Sancti Clementis, ss.
† Ego Octauianus presb.Cardin.tit.Sanctæ Ceciliæ. ss.
† Ego Ioannes SS.Ioannis, & Pauli presb. Cardin.titu.Pamachi. ss.
† Ego Aſtaldus presb, Cardin. titu, Sanctæ Priſcæ. ss.
† Ego Gerardus presb. Cardin,S.Stephani in Cælio monte. ss.
† Ego Henrricus presb.Cardin.tit.SS.Nerei,& Achilei. ss.
† Ego Ioannes presb.ti.S.Silueſtri, & Martini. ss.
† Ego Ildebrandus presb.Card.Baſilicę. 12. Apoſtolorum, ss.
† Ego Oddo Diac.Card. S.Georgij ad Velum Aureum. ss.
† Ego Guido Diacon.Cardin.S.Mariæ in Porticu. ss.
† Ego Iacyntus Diac.S.M.in Coſmedin.ss.

† Ego

† Ego Oddo Diac. Card. S. Nicol. in Carcere Tulliano ſs.
† Ego Bonadies Diac. Card. S. Angeli. ſs.
† Ego Ardicio Diaconus Cardin. S. Theodoſij. ſs.
† Ego Boſo Diac. Car. SS. Coſmæ, & Damiani: ſs.
† Ego Albertus Diaconus Card. S. Adriani. ſs.

Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presbyteri Card. & Cancella. 11. Kal. Iunij Indictione 5. Incarnationis Dominicę anno 1157. Pōtificatus verò Domini Adriani Papæ IIII. anno 111.

ALEXANDRI III. INDVLTI SVMMARIVM.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Villano Archiepiſcopo Piſano, &c Vos Primatus honore ſuper Turritanā Prouintiam decoramus, legationem quoque, &c.

SIGNVM PAPÆ ALEXANDRI III.
Vias tuas Domine demonſtra michi.

† Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ſs.
† Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. ſs.
† Ego Bernardus Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus. ſs.
† Ego Gualterius Albanenſis Epiſcop. ſs.
† Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem. ſs.
† Ego Ioannes Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ. ſs.
† Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentij in Lucina. ſs.
† Ego Iacintus Diac. S. Mariæ in Coſmedin. ſs.
† Ego Ardicio Diaconus Cardin. S. Theodori. ſs.
† Ego Ioannes Diacon. Card. S. Mariæ in Porticu. ſs.

Datum San. per manum Hermañi S. R. E. Subdiaconi, & Notarij 7. Kal. Feb. indic. 19. Incarnationis Dominicæ anno 1169. Pontificatus D. Alexandri III. anno. 3.

ALEXANDRI III. INDVLTVM.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſer. . . . . . . Fratri Hubaldo Piſano Archiepiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato, eiuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis . . . . perpetuum.

Tunc Apoſtolicæ Sedis, & Rom. . . . . integrè cuſtoditur, ſi vnicuique Eccleſiæ, ſua dignitas conſeruatur, Rom. ſiquidem Eccleſia conſueta benigni . . . . humilitas quos deuotos, & manſuetos filios reperit, alios dign. . . . . amplius facit obnoxios, alios familiaritatis, & dilectionis prærogatiua ſublimat; æquu.n enim, & rationab. . . . . orum beneficia, & obſequia ſe recolit ſuſcepiſſe eorum deuotioni nonn. . . . . antitate æquali, ſed ex abundantis gratiæ beneuolentia, liberti animo ſtudeat reſpondere, prædeceſſor ſiquid . . . . memoriæ Papa Innocencius de diſcordia, & guerra, quæ inter Piſan . . . . enſem Ciuitates

tates extitit multas hominum clades, & Chriſtianorum captiuitates innumeras prouceniſſe conſiderans vtriuſque partis ſul. . . . . Spiritualiter, quam temporaliter, paterna ſolicitudine, ſtuduit prouidere, atque pro bono pacis, & recompenſatione Epiſcopatuum, quos vtique à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ Piſanæ conceſſos in Inſula Corſicæ à prædeceſſore tuo bonæ memoriæ Archiepiſcopo Huberto accepit in Galluren. Iudicatu, duos Epiſcopatus, Galltelinenſem videlicet, & Ciuitatēſem, & Populonienſem Epiſcopatum, ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus, atque per eos Eccleſiæ Piſanæ conceſſit, & Metropolitico iure ſubiecit. Nos itaque qui in Sedis Apoſtolicæ adminiſtratione, licet indigni, diſponente Domino, ſibi ſucceſſimus, eandem conceſſionem anteceſſoris noſtri bonæ memoriæ Adriani IIII. Papæ veſtigijs inhærentes auctoritate Apoſtolica confirmamus, & ratam manere cenſemus, prædeceſſorum noſtrorum quoque veſtigijs inhærentes, vobis Primatus honorē Turritanæ Prouintiæ confirmamus; ad maiorem etiam honoris cumulum Piſanæ Ciuitatis, vt Piſana Eccleſia, cùm vniuerſo eiuſdem populo Ciuitatis, in fidelitate, & deuotione Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ iugiter perſeueret, & in ipſa quotidie augmentetur; pro deuotione quoq; & honeſtate tua frater Hubalde Piſane Archiepiſcope, perſonam tuam, & per te Piſanā ampliori Eccl. munere volumus decorari. Tibi ergo, tuiſq; ſucceſſoribus Primatum ſuper Calaritanam, & Arborenſem prouintias datum concedimus & authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus; ita quidem, vt eos ad Concilia vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ ad ius primatus pertinēt in eos exercendi, habeatis liberam facultatem. Verumtamen ſupradictarum duarum prouintiarum Archiepiſcopos ad Concilium non vocabitis Piſas ſine concientia Romani Pontificis; ſuper Turritanam verò prouintiam, dignitatem Primatus, ſicut à prædeceſſoribus noſtris Eccleſiæ Piſanæ conceſſum eſt habeatis. Legationem quoque Sardiniæ à prædeceſſore noſtro Papa Vrbano, prædeceſſoribus tuis conceſſam, & fælicis memoriæ Innocentij, & Sanctæ recordationis Eugenij, atque Anaſtaſij Romanorum Pontificum priuilegijs in perpetuum roboratum tibi, tuiſque ſucceſſoribus, præſentis ſcripti pagina confirmamus, & confirmationem ipſam ratam, & inconuulſam, perpetuis temporibus, volumus permanere, denique, vt Piſana Ciuitas, quæ fauore Cæleſtis numinis de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequēter obtinuit, & eorū vrbes plurimas ſubiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nauo albo in proceſſionibus vtendi, & Crucem, vexillum ſcilicet Dominicum per ſubiectas vobis prouintias portandi; & per ſpacium illud vlterrain Epiſcopatus, quo de Piſano Epiſcopatu ad Populonienſem tranſitur, tibi, tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus. Pallei quoque vſum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo ſecundum conſuetudinem Piſanæ Eccleſiæ perfruaris; & in Conſecratione trium Epiſcoporum, Alerienſis, ſcilicet, Aiacenſis, & Seguntini,

ac

ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſæcularíſue perſona, hãc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire tentauerit, ſecundo tertioq́ commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ, hæc ipſa ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

SIGNVM PAPÆ ALEXANDRI III.
Vias tuas Domine demonſtra mihi.

† Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.

† Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. ss.

† Ego Bernardus Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus. ss.

† Ego Ioannes Presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pamachi. ss.

† Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentij in Lucina. ss.

† Ego Guillermus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula. ss.

† Ego Bonſo Presb. Card. S. Prudent. tit. Paſtoris. ss.

† Ego Ioannes Presb. Card. tit. Sancti Martij. ss.

† Ego Theodinus Presbyter Card. S. Vitalis . . . . ss.

† Ego Manfredus Presbyter Cardin. tit. S. Ceci. . . . . ss.

† Ego Petrus Presb. tit. S. Suſannæ Subdiaconus. ss.

† Ego Iacintus Diac. Cardin. S. Mariæ in Coſmedin. ss

† Ego Cintius Diac. Card. S. Adriani. ss.

† Ego Hugo Diac. Card. S. Euſtachij, iuxta Templum Agrippæ. ss.

† Ego Laborans S. Mariæ in Porticu Diac. Card. ss.

† Ego Raynerius Diac. Card. S. Georgij ad Velum aureum. ss.

Datum Anagni per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarij 3. idus Aprilis Indictione 8, anno Incarnationis Dominicæ 1176. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. anno ſeptimo decimo.

LVCII III. INDVLTI SVMMARIVM.

Lvcius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Vbaldo Piſano Archiepiſcopo, &c. Vobis Primatus honorem Turritanæ prouinciæ confirmamus ad maiorem, &c. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus Primatum ſuper Calaritanam, & Arborenſem prouintias datũ concedimus, & authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus, ita quidem, vt eos ad concilium vocandi, &c.

SIGNVM LVCII III.
Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.

† Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſc. ss.

† Ego Theodinus Portuenſis, & S. Rufinæ Sedis Epiſcopus. ss.

† Ego Paulus Preneſtinus Epiſcopus. ss.

† Ego Petrus tit. S. Suſannę Presb. Card. ss.

† Ego Viuianus Presb.Card.tit. S.Stephani in Cælіomonte. ss.
† Ego Hugo Presb. Cardin. tit. S.Clementis. ss.
† Ego Arduinus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem. ss.
† Ego Matthæus Presb. Cardin.tit.S.Marcelli. ss.
† Ego Laborans Presb.Card.S.Mariæ Trãſtiberim tit.Caliſti. ss.
† Ego Iacintus Diac.Card.S.Mariæ in Coſmedin. ss.
† Ego Rainerius Diac.Card. S.Georgij ad Velum aureum. ss.
† Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac.Card. ss.
† Ego Rainerius Diac.Card.S.Adriani.ss.
† Ego Matthæus Sanctæ Mariæ nouæ Diac. Card. ss.

Datum Laterani per manũ Alberti S. R. E. Presb. Card. & Cancellarij .2. Nouembris Indictione 15. Incarnationis Dominicæ anno 1181.

VRBANI III. INDVLTI SVMMARIVM.

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Vbaldo Archiepiſcopo, Apoſtolicæ Sedis legato, &c. Vobis Primatus honorem Turritanæ prouintiæ confirmamus, &c. Tibi ergo, tuiſquè succeſſoribus Primatum ſuper Calaritanam, & Arborenſem prouintias datum concedimus, & authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus, ita quidem, vt eos ad concilium vocandi exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ ad ius Primatus pertinent in eos exercendi, liberam habeas facultatem, &c. Super Turritanam verò prouintiam dignitatem Primatus, &c.

SIGNVM VRBANI III.
Ad te Domine leuaui animam meam.

† Ego Vrbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.
† Ego Henricus Albanen. Epiſcop. ss.
† Ego Paulus Præneſtinus Epiſcop. ss.
† Ego Petrus Debono Presb. Card. tit. S. Suſannæ. ss.
† Ego Laborans Presb. Cardin. S. Mariæ Tranſtiberim tit.Calixti. ss.
† Ego Pandulfus Presb. Card. tit.12. Apoſtolorum, ss.
† Ego Melior Presb. Card. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pamachij. ss.
† Ego Adelardus tit. S. Marcelli Presbyter Card. ss.
† Ego Iacintus S.Mariæ in Coſmedin Diacon.Card. ss.
† Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac.Card. ss.
† Ego Bobo S.Angeli Diac.Card. ss.
† Ego Ioffredus S. Mariæ in Vialata Diac. Card. ss.
† Ego Rolandus S.Mariæ in Porticu Diac. Card. ss.
† Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tullia Diac. Card, ss.
† Ego Rodulfus S. Georgij ad Velum aureum Diac.Card. ss.

Datum Veronæ per manum Alberti S.R.E. Presb. Card. & Cancellarij 3. Kal. Nouembr. Indictione 5. Incarnationis Dominicæ anno 1186. Põtificatus verò Domini Vrbani Papæ III. anno primo.

CELESTINI III. INDVLTI SVMMARIVM.

CEleſtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili Fratri Vbaldo Piſano Archiepiſcopo, &c. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus Primatum ſuper Calaritanam

tanam, & Arborenſem prouintias datum cōcedimus, & authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus. Ita quidem, vt ad concilium vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ eidem iure Primatus pertinent, in eos coercendi habeas liberam facultatem, veruntamen, &c.

SIGNVM PAPÆ CELESTINI III.
Perfice greſſus meos in ſemitis tuis.

† Ego Celeſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.
† Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus. ss.
† Ego Octauianus Hoſtienſis, & Velletrẽtis Epiſcopus. ss.
† Ego Pandulfus Presb. Card. Baſilicę duodecim Apoſtolorum. ss.
† Ego Mel. SS. Ioannis, & Pauli Presb. Card. tit. Pamachi. ss.
† Ego Iordanus Presb. Card. S. Prudenti tit. Paſtoris. ss.
† Ego Ioannes tit. S. Clementis Card. Tuſcan. Epiſcopus. ss.
† Ego Romanus tit. S. Anaſtaſij Presbyt. Card. ss.
† Ego Hugonus Presb. Card. S. Martini tit. Equutij. ss.
† Ego Ioannes tit. S. Stephani in Cęlio mōte Presb. Card. ss.
† Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card. ss.
† Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card. ss.
† Ego Ioffredus S. Mariæ in Vialata Diac. Card. ss.
† Ego Bernardus S. Mariæ nouæ Diaconus Card. ss.
† Ego Gregorius S. Marię in Aquiro Diac. Card. ss.
† Ego Gregorius S. Georgij ad Velum aureum Diac. Card. ss.
† Ego Lotharius SS. Sergij, & Bachi Diac. Card. ss.
† Ego Nicolaus S. Marię in Coſmedin. Diaconus Card. ss.

Datum Romæ apud S. Petrum, per manum Egidij S. Nicolai in Carcere Tullian. Diacon. Cardinalis 9. Februarij, Indictione 10. Incarnationis Dominicę anno 1191. Pōtificatus verò Domini Celeſtini Papę III. anno primo.

INNOCENTII III. INDVLTI SVMMARIVM.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Vbaldo Piſano Archiepiſcopo, &c. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus Primatum ſuper Calaritanam, & Arborenſem prouintias datum concedimus, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus, Ita quidem, vt ad Concilium vocandi exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ eidem iure Primatus pertinent, in eos exercendi habeas liberam facultatem; veruntamen, &c.

SIGNVM PP. INNOCENTII III.
Fac mecum Domine ſignum bonum.

Ego Innocencius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ss.
† Ego Octauianus Hoſtien. & Velletren. Epiſcop. ss.
† Ego Petrus Portuenſis, & S. Rufinæ Epiſcopus. ss.
† Ego Petrus tit. S. Cæcilię Presb. Card. ss.
† Ego Iordanus Presb. Card. S. Pudent. tit. paſtoris. ss.
† Ego Ioannes tit. S. Clementis Card. Viterbien. & Tuſcan. Epiſ. ss.

† Ego

† Ego Guido Presbyter Cardinalis Sanctæ Mariæ Tranſtiberim tit. Calixti. ss.
† Ego Hug. Presb. Card. S. Mart. tit. Equitij. ss.
† Ego Ioannes tit. S. Stephani in Cęlio mō-te Presb. Card. ss.
† Ego Ioffredus tit. S. Praxedis Presbyter. Card. ss.
† Ego Gratianus SS. Coſmæ, & Damiani Diac. Card. ss.
† Ego Gerardus S. Adriani Diac. Card. ss.
† Ego Gregorius Sā́ctæ Mariæ in Aquiro Diacon. Card. ss.
† Ego Gregorius S. Georgij ad Velum aureum Diac. Card. ss.
† Ego Nicolaus Sā́cte Marię in Coſmedin. Diac. Card. ss.
† Ego Petrus S. Mariæ in Vialata Diacon. Card. ss.
† Ego Ceno S. Luciæ in Ortea Diaconus Card. ss.

Datum Lateran. per manum Hainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij Vicem agentis, Indictione prima Incarnationis Dominicę anno. 1198. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno 1.

Innocentij III. Epiſtolæ, ad Archiepiſcopum Turritanum, Summarium.

LIcet V. T. N. Piſanum Archiepiſcopum, & eius Eccleſiam non vidimus ſuper collato ſibi priuilegio legationis, et Primatis, quod nos poſmodum confirmauimus moleſtari, &c. Auctoritate verò Primatis non plus poteſt in prouintia Turritana, quam Primatibus vniuerſis, concedunt Canonicæ ſanciones. Datum Laterani 5. Nonas Iulij, eſt extracta; vt ait Viuianus, dicto loco, numero 59. ex lib. Anni. 6. epiſt. Innocentij III. qui in Bibliotheca Vaticana ſeruatur.

HONORII III. INDVLTI SVMMARIVM.

HOnorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Vitali Archiepiſcopo Piſano, &c. Vobis Primatus honorem Turritanæ prouintiæ confirmamus ad maiorem, &c. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus, Primatum ſuper Calaritanam, & Arborenſem prouintias datum concedimus, & authoritate Sędis Apoſtolicæ confirmamus; ita quidem vt eos ad Concilium vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, &c. cætera omnia, quæ ad ius Primatus pertinent in eos exercendi habeatis liberam facultatem, &c. Datum Laterani, ſeptimo idus Februarij, indictione ſexta, anno 1218. Pontificatus verò, anno ſecundo.

Sum-

Summarium Honorij III. Epiſtolæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Nobilibus Viris Turritan. & Galluren. Iudicibus, alijſq; Nobilibus per Sardiniam conſtitutis.

EX libro primo Epiſtolarum Honorij III. qui aſſeruatur in Bibliotheca Vaticana pag. 215. &c. cum quidam prædeceſſores noſtri, Piſani, Archiepiſcopis contulerint in Turritan. Arboren. & Calaritan. prouintijs Primatus, & in Sardinia legationis honores, &c. & Apoſtolicæ Sedis legato debitum honorem, & reuerentiam impendatis, eiuſque ſalubribus monitis curetis debitè, & humiliter obedire. Datum Laterani, nonis Februarij anno 2. pag. 215. lib. epiſt. Honor. obſeruato in Vaticano.

Epiſtolæ Honorij III. Cap. Clero, & populo Piſano.

QVid circa Eccleſiam, & Ciuitatem veſtram exuberet noſtræ ſinceritatis affectus, poteſtis perpendere per effectum; nam præter alia in quibus vos multipliciter honorauimus V. F. N. Vitali Archiepiſcopo conceſſimus in Turritana, Arboren. & Calaritan. prouintijs Primatus & in Sardinia legationis honores, ſicut prædeceſſores noſtri eiuſdem Archiepiſcopi prædeceſſoribus conceſſerunt. Datum, vt ſupra.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto Fratri Daieberto Piſanorum Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus, &c.

2 Ait etiam Viuianus dicto loco nu. 22. in dicto Archiuio publico reformationum Florentię, reperiri reſtitutionē dignitatis Archiepiſcopalis Vrbis Piſanę, & cōfirmationem omnium præcedētium priuilegiorum factā à Gregorio X. ſub datum Florētiæ 12. Kalend. Iulij 1273. Pontificatus eius anno 2.

3 Et inſuper anno 1265. autumat idem Viuianus, Federicum Vicecomitem Archiepiſcopum Piſanum viſitaſſe Inſulam Sardiniæ, vt conſtat ex libro Rodulfini Notarij exiſtēte in Archiuio Archiepiſcopatus Piſani.

4 Alia, quę in contrarium adducit pro Piſano Viuianus, dicto loco, continentur nu. 67. vbi congerit DD. apellantes Piſanū Primatem Sardiniæ; & num. 76. vbi aſſe-

aſſerit anno 1514. in Diario Magiſtri Ceremoniarum Papæ nominari Primatem, eoque titulo ſemper vsũ in omnibus litteris, patentibus, Inſtrumentis, actis, ſententijs, & alijs rebus publicis, & priuatis in quibus ſemper Primatis Sardiniæ, & Corſicæ ſortitur nomenclaturam.

Prædicta iura Piſani impugnantur. Cap. XXXVI.

1 AD huiuſmodi indulta Apoſtolica, tàm Primatus conceſſi Piſano ſuper prouinciã Turritanam, quàm etiam ſuper prouincias Calaritanen. & Arboren. Reſpondetur quadrupliciter. Primo *ex Barbo. in Collect. ad c. ſi diligenti 1. de præſcript. nu. 6.* quod non ſunt in forma probanti, nec minus aliæ ſcripturæ in præcedenti Summario adductæ.

2 Reſpectu autem indultorum diſponentiũ de Primatu prouinciarum Calaritanen. & Arboren. additur *ex Barbo. d. loco*, quod & ſi eſſet in forma probanti, forẽt nihilominus inualida: Nam in indultis Alexandri III. Lucij III. & aliorum Pontificum, poſtquam confirmatur Piſano, Primatus prouinciæ Turritanæ, ponuntur ſequentia verba (quibus Piſanus prætendit fuiſſe ſibi extensã conceſſionem ad reliquas prouincias Sardiniæ, Calaritan. & Arboren.) *Piſanam Eccleſiam ampliori munere volumus decorari. Tibi ergo, tuiſque ſucceſſoribus, Primatum ſuper Calaritanã, & Arborenſem prouincias datum concedimus, & authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus.* Ex quibus, verba illa, *datum, & confirmamus* importãt cõfirmationem præſuppoſitæ conceſſionis, vt fuit reſolutum in Rota, in Albanen. prioratus 29. Nouembris 1598. corã D. Horano; vnde cum conſtet de prioribus indultis confirmatis, reſtictis ad ſolam Turritanam prouinciam, verbum *datum*, non ſtat demonſtratiuè, ſed condicionaliter, reſtrictiuè, & limitatiuè. *Caſtren. conſ. 17. num. 6. lib. 2. Decius conſil. 93. num. 6. Ruin. conſ. 25. num. 11. lib. 1. Alexan. conſ. 8. num. 2. vol. 6. Mart. de clauſ. p. 2. clauſul. 51.*

3 Nec clauſula ex *certa ſcientia*, etiã ſi hic adeſſet (quod negatur) inducit in cõfirmationibus Apoſtolicis, nouam conceſſionem, maximè, ſi confirmationes non ſunt ex *certa ſcientia. Caſſiod. deciſ. 1. de confirm. vtili, Soar. de legibus lib. 8. cap. 18. nu 4. 5. & 12. Rota deciſ. 592 p. 1. recentior.* quæ hic nõ videtur dari in indulto confirmato, non ſolum quia, indulta non inſerta in corpore iuris, ſunt quid facti; & præſumitur, Princeps, qui tot eſt inuolutus negotijs, illa ignorare. *Felin. cap. nulli de reſcript. Rebuf. de reſcript. in præfac. num. 43. & ſeq.* ſed etiam, quia ex indulto cõfirmato, apparet de ignorãtia, & er-

& errore; eſt enim limitatum ad Turritanam prouinciam, *cap. cũ venerabilis* de cõfirmatione vtili, *& cap. ſi Apoſt. 22. de præbendis in 6. Rota deciſ. 660. nu. 7. & 9. parte 1. recentior. Maſcard. de prob. concl. 4. num. 14.*

4 Et vt ſint valida indulta confirmatoria, debet eſſe prima conceſſio valida; nam cum confirmatio ſit prioris iuris habiti corroboratio, datio, & confirmatio ſunt diuerſa, & quod nullum eſt propriè confirmari non poteſt, ſed debet concedi nouiter, *cap. ueniens, §. nec obſtare de præſcript. cap. maiores §. ſed adhuc de baptiſmate, Menoch. de interpræta. feudi cap. 4. num. 34. & cap. 54. nu. 12. & 13. Bart. in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Decius in l. more nu. 21. ff. de iuriſd. omn. iudicum, Gozadin. conſ. 62. num. 14. & 15. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 1. titu. 3. cap. 8. nu. 72. & ſequ. ac Hoſtienſ. in ſumma titu. de confir. vtili, uel inutili, nu. 1.* & ita in indultis confirmatorijs, debet eſſe inſerta prima cõceſſio; *cap. examinato de confirmatione utili, vel inutili, Gloſ. verb. inſertus,* quod non habent illa indulta Piſani, imó requirebatur, quod fuiſſent obtenta, cũ citatione partis, & cognitione cauſæ, *Alexan. conſ. 124. nu. 8. 22. & ſeq. lib. 4. Soccin. Iunior conſ. 32. nu. 40. lib. 3. Tuſch. tom. 6. concl. 683. num. 7. latè Barboſ. tract. de off. & poteſt. Epiſ. par. 1. tit. 3. cap. 4. à nu. 71. vſque ad 78. agendo de Primatu Hiſpaniarum.* Illa autem indulta Piſani confirmatoria fuiſſe ſine inſertione primæ conceſſionis, ſine citatione partis, & cognitione cauſæ, ac ſine mẽtione litis, ac defectuũ primæ conceſſionis, conſtat, tum ex ipſis indultis; tum etiam ex lite, quam ab illis temporibus fuiſſe ortam circa Primatum Sardiniæ, refert *Rofredus Bonauen. in ſuo opere, titu. de iuribus, quæ competũt Prælato, & tit. ſequenti, & Nicol. Boer. in additionibus ad tract. Ioan. Mõtan. de authoritate Magni Concilij num. 54.* Nam d. Rofed. vixit circa annum Domini 1215. vt teſtatur *Barbo. de poteſt. Epiſ. d. p. 1. tit. 3. cap. 7. num. 10.*

5 Nec primo huius reſponſionis vim tollũt verba illa indulti Alexandri III. ſcilicet *Piſanam Eccleſiã ampliori munere volumus decorari,* &c. per quæ *Viuianus d. praxi iuris patronatus part. 1. lib. 3. cap. 2. nu. 74. & 75. d. impreſ. Romæ, anno 1628.* Reſpondendo. d. Barboſę, ait, quod Pontifex voluit aliquid de nouo cõcedere Piſanæ Eccleſię, aliàs eſſent verba illa ſuperflua, & non vera.

6 Nam reſpondetur Viuiano, quod ſi illa inducerent originariam, & primam conceſſionem Primatus in prouintias Calaritanen. & Arboren. eſſent ſuperflua, & non vera, verba indultorum, quibus Pontifex aſſerit, fuiſſe Piſano datum, dictarum prouintia-

rum Primatum, quem cōfirmat. Hic autem ad euitandum ſuperflua, & abſurda, eſt dicendū, quod Pontifex intellexit, ampliori munere decorari Eccleſiam Piſanā, nouiter cōfirmando Primatum, quod ei fuit ſuggeſtum, fuiſſe validè conceſſum; per quam confirmationem, indulta ſunt maioris authoritatis, & magis timentur, & obſeruantur, *cap quis neſciat* 11. *diſt. cap. quamquam.* 23. *diſtin. Hoſtien in ſumma, titu. de confirmatione vtili, uel inutili, num.* 7. *verſic. quid ergo operatur talis confirmatio. Et optimè Barboſ. de poteſt. Epiſc. parte* 1. *cap.* 8. *num.* 71. *& ſeq.* quare facilius, vt eſt notorium obtinentur iſtæ confirmationes, quam noua conceſſio.

7 Et clarè colligitur, quod hic ſit verus ſenſus verborum ex ipſis Indultis Vrbani III. Celeſtini III. & Innocētij III. ac Lucij III. à Piſano obtentis, poſt primam; & originariam conceſſionē Alexandri III. in quibus omnibus, cū reperiātur etiam dicta verba, *Piſanam Eccleſiā ampliori munere uolumus decorari. Tibi ergo, tuiſq; ſucceſſoribus, ſuper Calaritanā, & Arborenſem prouintias datum, concedimus, & authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmamus*; & ſint confirmationes, & non primæ conceſſiones, cum detur prior conceſſio valida, nempè Alexandri III. vt Piſanus aſſerit, eſt neceſſariò dicendū, quod maius munus, quo vult Eccleſiam Piſanam decorare dictis indultis confirmatorijs, eſt maior authoritas, & timor, quod eſt effectus, per confirmationem nouiter acquiſitus, dictis verbis, & per conſequens, quod eodem modo intelligātur in indultis Alexādri III. cum verba ſint eadem, & illud quoque ſit confirmatorium indultū, vt ex dictis patet.

8 Hoc etiam expreſsè conuinci. tur; ex eo ꝙ in indultis Innocentij II. Eugenij III. Alexandri III. Lucij III. & aliorum Pōtificum, ſunt hæc verba. *Vt Piſana Ciuitas amplius honoretur equo albo, cum nauo albo in proceſſionibus vtendi, &c. Tibi tuiſque ſucceſſoribus concedimus & Crucem, vexillum ſcilicet Dominicum portandi, &c.* Quæ verba, exceptis primi indulti (quod validum eſſe Piſanus aſſerit) non poſſunt eſſe conceſſiua iſtius præheminentiæ in alijs indultis: Nam Piſana Ciuitas vigore primi indulti iā illā habebat; ſolū ergo eſſe poteſt confirmatoria illius, dādo illi nouiter maiorem authoritatem quod eſt verus effectus, & neceſſaria intelligentia dictorū verborum in indultis cōfirmatorijs; prout ſunt omnia indulta, quę Piſanus adducit, pro Primatu prouinciarum Calaritanen. & Arboren. qua reſponſione firmata, reliqua, quę adducit Viuianus dicto loco nu. 75. explicando verbum *datum* intranſitiuè, contra propriam illius ſignificationem, *ex*

Dicto

Decio in l. 1. *ff. de reg. iur. num.* 5. & ibi *addit, lit. c.* quia loquuntur in diuerſis terminis, reſponſione non indigent.

9 Secundo nõ eneruatur vis reſponſionis Barboſę per Viuianum *d. loco*, vbi, *num.* 35. reſpondendo aſſerit, quod Summus Pontifex, *ex certa ſcientia, motu prorio, & de plenitudine poteſtatis*, non ad preces alterius, conceſſit hæc indulta Piſano; quo caſu confirmatio Pontificis eſt valida, & ſupplet defectus primæ conceſſionis, *cap. propoſuit de conceſſ. præbendæ, Hoſtien. in ſumma tit. de confirmat. vtili, vel inutili num.* 1. *& num.* 7. *in fine.*

10 Nã reſpondetur, quod vt conſtat ex contextu indultorum, illa ſunt in forma cõmuni, & ad petitionem alicuius obtenta, cum aliàs non habuiſſet Pontifex notitiam pręcedentium indultorum, quæ allegat, exprimendo nomina diuerſorum Pontificum, qui illa conceſſerunt, & confirmarunt. Et confirmatur hoc, quia in his indultis nõ reperiuntur clauſulæ, *motu proprio, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus*; ſolùm in illis reperitur eadem clauſula finalis, & eiſdem verbis formalibus compoſita, qua minatur pœnas his, qui ſcienter contra indulta temeré venire tẽtauerint, & ter moniti perſeuerauerint.

11 Quo caſu sũt dicta reſcripta, ſiuè indulta, inualida nõ ſolũ ob dictas rationes, ſed etiã quia ſunt cõtra ius commune Summorum Pontificum, & Conciliorum, diſponens, debere eſſe Primatẽ prouinciæ, præſulẽ Ciuitatis Primariæ illius *cap.* 7. *diſt.* 80.

12 Neque dubitari poteſt de veritate huius præcepti, & inſtitutionis, quę *Leoni IX. epiſtola* 4. *ad Petrum, & Ioannem Epiſcopos Africa*, probatur; item Nicolao I. ad conſultationes Bulgarorum, & pleriſque alijs Pontificibus, quorum fides nulli hactenus ſuſpecta fuit, ſicut aliquibus, epiſtola illa Clementis *d. cap.* 2. & decreta Anacleti, & Stephani idem cõfirmãtia, ſed immeritò, vt videre eſt apud *Franciſ. Turri. lib.* 2. *contra Magdeburdenſes*, vt mittam hoc idem in Concil. Niceno primo, Tauritan. & in alijs Cõcilijs fuiſſe approbatum, vt colligitur ex *Anton. Auguſt. epitome veteri iuris Pontificij to.* 1. *lib.* 3. Et certũ eſt in iure, quod reſcripta cõtra ius cõmune ſunt inualida, *l. nec dãnoſa, & l. penult. C. de precibus Imper. offeren. l. final. C. ſi contra ius, Rebuff. de reſcript. in præfat. nu.* 43. *& ſeq.* vbi ait reſcripta obtenta ob inaduertentiam iuris, vel facti, vel ob importunitatem petentium, eſſe nulla, quod multo magis procedit, quando ſunt contra ius Summorum Pontificum, & Cõciliorum, *Archidiac. cap.* 1. *de conſtitut. in* 6. *Dec. in* 2. *lectur. rubricæ de conſtitutio. vel Apoſtolicum, vt eſt in hoc caſu.*

13 Nec poteſt dici, quod in iſtis indultis, geminatio habet vim clauſularum, *ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis*, vt ſuadere videntur, *Felin. in c. nulli num. 4. & cap. ſi quando de reſcriptis, & Bald. in l. 2. nos in fine, C. de pet. bon. ſub.*

14 Nam contrarium eſt verius, præcipuè quando in ſecundo nõ ſit legitima mẽtio primi, vt probatum fuit *ſup. num. 4.* quod maximè procedit, cum indulta geminata non ſint conceſſiua, ſed confirmatoria, quæ actum nullũ confirmari non poſſunt, *vt ſup. num. 5.* & ſint à diuerſis Pontificibus, & contra ius Summorum Pontificum, & Conciliorum, *vt ſup. nu. 13.* Nam hoc caſu, ad euitandam limitationem, vel correctionem iuris, eſt potius dicẽdũ, quod Pontifex ignorauit, vel nõn animaduertit, Piſanum eſſe Præſulem diuerſæ prouinciæ, ſecundum diuiſionem prouinciarum ab Apoſtolis factã, iuxta Romanorum diuiſionem, de qua *in cap. 1. 99. diſt.* ac etiam, quod ignorauit alios defectus indultorum, vel quod ob importunitatem petentium, indulta conceſſit.

15 Et maximè procedit dicta inualiditas indultorum, quando illa ſunt in graue præiuditium tertij, etiam ſi adſint clauſulæ, *ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, Gabr. cõmun. opinion. lib. 6. tit. de clauſ. concl. 2. Menoch. conſil. 1. nu. 429. & conſ. 36. num. 59. Sanch. de matrimonio lib. 8. diſp. 21. Seraſin. deciſ. 898. Barb. de clauſ. clauſ. 79. & de poteſt. Epiſ. part. 1. tit. 3. cap. 8. num. 71. & ſeq. cap. quamuis de reſcriptis in 6. Socin. conſil. 164. col. 5. & conſ. 268. col. 2.* Quod autem hæc ſint in præiudicium Regni Sardiniæ, ac Primatus Calaritani Archiepiſcopi, ex infra dicendis apparebit *num. 17. & 18.* vnde infertur, quod quãuis ſuper prouintia Turritana cõpeteret ius Piſano, ex vi cõceſſionis Innocentij II. (quod eſſe falsũ, cõſtat ex primo fundamẽto poſito, & amplius cõſtabit ex ſequentibus) tamen reſpectu prouintiæ Calaritanæ, & Arboren. omni iure Primatus eſt deſtitutus, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio; In petitorio, quia caret titulo legitimo, & conceſſione Apoſtolica: nam reſcripta ſolum confirmantia, nulla ſunt, vt dictũ eſt, neque in poſſeſſorio, quia nullũ actum iuriſdictionis vnquam exercuit in his duabus prouintijs, ſicut nec produxit in actis cauſæ. Neq; illi ſuffragatur prima cõceſſio in prouintia Turritana, vt ex vi illius intelligatur, habuiſſe ius in alijs prouintijs Sardiniæ, quia cũ ſint diuerſæ prouintiæ diſtinctæ, & independentes, priuilegium cõceſſum Piſano, reſpectu vnius, non extenditur ad alias, verba enim priuilegij ſtrictè ſunt intelligenda, & interpretationem recipiunt

cipiunt ex iure cõmuni, vt quanto minus lædant iura alterius, vulgatis iuribus, atque adeò non poſſunt ampliari ad alias prouintias non expreſſas in priuilegio. Vnde ſaltim reſpectu harũ duarum prouintiarum; Calaritanen. & Arboren. ius Primatiale Calaritani manet illæſum, & in ſua poſſeſſione debet manuteneri cõtra Piſanum.

§. I.

16 Secũdo principaliter, & vniuerſaliter reſpondetur prædictis indultis Piſani, quod quãtis fuiſſent in forma probanti, & fuiſſet data in illis (vt prætendit) cõceſſio Primatus prouintiarum Calaritanen. & Arboren. adhuc omnia indulta diſponentia, tàm de Primatu Turritanæ prouintię tantum, quàm etiam prouintiarũ Calaritan. & Arboren. eſſent nihilominus omnino inualida, ſubrreptitia, & obreptitia duplici ex cauſa. Prima quia in nullo illorũ fit mẽtio pręiuditij Regni Sardiniæ, quod illi inferebatur; erat enĩ graue incõmodũ, Sardiniæ Regno habere Primatem extra illud reſidentẽ, ad quem recurrẽdum, labores, pericula, expenſę, longæ, & periculoſiſſimæ nauigationis damna, eſſent ſubeunda. Quibus etiam accedunt ea, quæ litigantes ſuſtinent in habitando, litium cauſa, in diuerſa à ſua Patria, prouintia ad quam cõmertium, & acceſſus, non niſi periculoſiſſima nauigatione haberi poteſt, quod ſi fuiſſet expreſſum Põtifici, non cõceſſiſſet iſta indulta, vel ſaltim non ita faciliter, quod ſufficit, vt reſcripta ſint inualida, tamquam ſubrreptitia, & obrreptitia, maxime, cum per malitiam, hoc fuerit à Piſanis tacitum in impetratione, cap. *poſtulaſti*, & cap. ſuper literis de reſcript. & ibi DD. & infra num. ſeq.

17 Secunda quia in nullo indultorum fit expreſſa mentio, nec reuocatio antiqui iuris Calaritano acquiſiti, circa Primatũ Sardiniæ ab initio naſcentis Eccleſiæ; atque adeò laborãt vitio ſubrreptionis, & obrreptionis, iuxta regulam *de non tollendo iure quæſito, & ibi Gomeſ.* nã ſi tempore conceſſionis animaduertiſſet Pontifex ius acquiſitũ Calaritano, non conceſſiſſet Primatum Piſano, quia non eſt dicendum, voluiſſe Põtifices tollere à Calaritano ſuũ ius antiquum acquiſitũ per aſſiſtentiã iuris, & immemorialem obſeruantiam, & poſſeſſionem dignitatis, & iuriſdictionis, tot, iã tiſque actibus exercitę, vt in ſuperioribus capitibus oſtenſum eſt; cum ſemper in Pontificis conceſſionibus ſubintelligatur tacita conditio, ſcilicet, ſi non fuerint in præiuditium tertij *Puteus deciſ. 449. lib. 2. & deciſ. 6. lib. 3. Seraf. deciſ. 22. & 26.* & non ſolum in maio-

maioribus præheminentijs,& dignitatibus,vt eſt hęc,ſed etiam in minoribus,& leuibus,ius quæſitũ tollere,afferat graue pręiuditium, & habet locum regula, de *non tollendo iure quæſito*,vt fuit reſolutum in Sacra Rota in vna Siracuſana, præheminentiarum *24. Februarij 1585. coram Bubalo, & 10. Martij 1589. corã Cardinale Plato, & 28. Iunij 1595.coram Lita & Gonzales d.§. 4. procemij nu. 30. & ſeq.* & ad minus ſi iura Calaritani eſſent nota Pontificibus,non tàm faciliter cõceſſiſſent indulta Piſanis, ex quo etiam redduntur inualida *cap. 1. de offi. & poteſt. iur. deleg. cap. poſtulaſti 27. & cap. ſuper litteris 20. de reſcriptis*, & ibi copioſe Carta, in Calaritana Sardiniæ vniuerſali Academia, primarius iuris Cæſarei profeſſor *ad cap. ſuper litteris*.

18 Et adeò ſunt inualida reſcripta in præiuditium iurium tertij, vt neque per generalẽ mentionem, & tacitam reuocationẽ illorum, validẽtur *l. 2.* §. *ſi quis à Principe, ff. ne quis in loco publico, cap. paſtoralis* de priuilegijs, *& ibi DD. Staphile. de litteris gratiæ tit. de priuilegijs motu proprio. Menoch. conſ. 186. latè Gomes d. loco, Felin. cap. nonnulli num. 12. de reſcriptis Corneus conſil. 194. num. 7. lib. 4. Ruin. conſ. 3. nu. 2. vol. 5. Barbo. de poteſt. Epiſ. par. 1. tit. 3. cap. 8. num. 71. & ſeq. & Sebaſt. Cæſar. de Eccleſiaſtica Hierarchia part. 1. diſp. 4. de Patriarch. & Primat.* Imó, & ſi tacta fuiſſet ſpecialis mẽtio,& reuocatio, aſſerunt, *Felin. cap. olim col. 3. & 4. de re iudicata, & Gomeſ. in regula de nõ tollendo iure quæſito*, eſſe indulta inualida, & cenſentur cõceſſa ob importunitatẽ petentiũ,atq; adeò non debent vſu recipi, & tã illæſa volunt iura ſeruari vniuſcuiſque; ita vt nemini graue pręiuditium inferatur,vt indulta, ſiuè reſcripta ab initio valida, inualidentur, ob graue præiuditium de nouo ſuperueniens,cap. *ſugeſtum de decimis*,& ibi DD.

§. II.

19 Tertio reſpõdetur prædictis indultis Piſani, quod quàuis eſſent in forma probanti, & abſque ſubrreptionis, vel obrreptionis vitio obtenta, fuiſſent nihilominus inualida, quia nõ fuerunt vſu recepta *l. 1. ff. de nundinis, late Gozadin. conſ. 23. nu. 9. Sebaſt. Cæſar. de Eccleſiaſt. Hierarch. diſp. 4. §. 5. num. 42. & Nouar. Foren. quæſt. 8. num. 6.* Quemadmodum lex non recepta vſu non obligat. *Bart. in l. final. § ſed cum antiquata C. de curat. furioſ. Glo. Felin. & Canoniſt. omnes, in cap. 1. de treg. & pace, Ludoui. deciſ. Peruſin. 98. Sair. deciſ. 1. de conſtit. Rici. collect. 1693. & Veral. deciſ. 192. & 203. p. 3.* quod adeò eſt verum, vt fundans ſe in lege, debet probare eſſe vſu receptam, & ſic pluries fuiſſe deci-

cilum apparet, *ex Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 98. Moed. deci. 1. de conſtit. & Ricc. Collect. 461.* quod maximè procedit in noſtro caſu, in quo eſt inueriſimile, quod fuerint vſu recepta, quia, vt apparet ex dictis ſupra, num. 17. & 18. erãt indulta valde pernicioſa Inſulæ Sardiniæ, ac Primatui Calaritani Archiepiſcopi. *faciunt, Menoch. lib. 6 præſum. 31. & 77. & Maſcard. de probat. concl. 76. num. 16. & concl. 1402.*

20 Nec primo apparet fuiſſe vſu recepta indulta, ex eo quod Albertus Turritanus Archiepiſcopus, nuncupauit Villanũ Archiepiſcopum Piſanum Primatẽ Sardiniæ, in Inſtrumento donationis *anni* 1176. prout etiam appellarunt Primatem Archiepiſcopum Piſanum *anno* 1592. Archiepiſcopus Turritanus de Lorca, & *anno* 1606. Archipresbyter Turritanus, *Barbo. in Collect. ad cap. ſi diligenti de præſcriptionibus, & de off. & poteſta. Epiſp. 1. cap. 2. num. 10,* vbi refert, Piſanũ aſſerere, quod *anno* 1400. contulit Eccleſiam S. Mariæ ex Dioceſi Turritana.

21 Nam reſpondetur, quod quãdo prædictũ inſtrumẽtum donationis anni 1176. fuiſſet in forma probãti, deberet intelligi, reſpectu prouinciæ Turritanæ ſolũ, & non reſpectu etiam prouinciarum, Calaritan. & Arboren. Nã, vt apparet ex indultis Piſani à Viuiano adductis, tempore Villani Archiepiſcopi Piſani, in quo aſſeritur factam fuiſſe donationem, ſolum prętendit Piſanus fuiſſe ſibi conceſſum Primatum Turritanæ prouinciæ, & poſtea, tempore Hubaldi Archiepiſcopi Piſani; qui ſucceſſit Villano, in dicta dignitate, aſſerunt fuiſſe Archiepiſcopis Piſanis cõceſſam primatialem dignitatem reliquarum prouinciarum Sardiniæ, Calaritanen. ſcilicet, & Arboren. Quare non ex eo quod fuerint vſu recepta indulta, quæ de Primatu Turritanæ prouinciæ diſponunt, ſequitur eſſe quoque vſu recepta alia, quæ conferunt Primatum Calaritanen. & Arboren.

22 His addimus, inſtrumentum donationis eſſe ſuſpectum de falſo, *Menoch. conſ. 37. num.* 1. cum deficiat dies, & menſis, qui eſt defectus ſubſtantialis, & ex die, & menſe apparet (vt creditur) donationem eſſe inueriſimilem; ex eò quod illo die non erat Villanus, Archiepiſcopus Piſanus, ſed Hubaldus, qui tempore indulti Alexandri III. eiuſdem *anni* 1176. *tertio idus Aprilis*, erat Piſanus Archiepiſcopus, niſi dicat ob dictam cauſam fuiſſe in extractionẽ, hæc à Piſano omiſſa, quemadmodum in prima extractione indultorũ, fuit ab illo, vt ait *Barbo. in d. cap. ſi diligẽti de præſcript.* omiſſum verbum, *datum*, quod adeò erat fauorabile Calaritano, vt in illo fundet Barbo. inualiditatem indultorum.

rum,

rum, *vt ſupra num. 3.* ſic etiam cautelosè, ſubrreptitiè, & obreptitiè, obtinuit Piſanus epiſtolam Innocentij III. ſcriptam Archiepiſcopo Turritano, à Viuiano relatam, caſu quo illa ſit in forma probanti, in qua Pontifex aſſerit, ſe nolle moleſtari Piſanū, neque illum excedere limites ſuæ conceſſionis.

23 Ad collationem verò Eccleſiæ S.Mariæ *anni* 1400. quam, vti friuolam Viuanus omittit, reſpōdetur nō eſſe in forma probanti; inſuper reſpondetur non ſortitū fuiſſe effectum ſuum, ſicut nec dicta donatio Turritani, cum res donatæ non ſint in poſſe Hoſpitalis, cui fuerunt datæ; Item cum in dicta donatione deficiāt teſtes, ac ſubſcriptio Notarij, nullius eſt momenti.

24 Nec minus reſpectu prouintię Turritanæ, prædictæ ſcripturæ præiudicant Primatui Calaritani Archiepiſcopi in illa, quamuis fuiſſent veræ, quia eſſent factæ, & obtentæ in odium Calaritani, vt ſaltim indirectè Turritanus ab illius iuriſdictione, ſe eximeret, & illius iuribus præiuditium inferret, *Barbo. in d. cap. ſi diligenti nu. 6.* & latè ponderat in cauſa Primatus inter Archiepiſcopos Bracaren. & Tolletan. *Idem Barb. de off. & poteſtat. Epiſ part 1. tit. 3. cap. 8.* Quemadmodum etiam, vt aſſerit Piſanus, nuncupauit quoque eum Primatem, *anno* 1592. Archiepiſcopus Turritanus de Lorca, quod ob dictā cauſam factum fuiſſe, eſt notorium, & apparebit ex ipſis ſcripturis modernis à Piſano allegatis.

25 His accedat, quod Calaritanus fuit, & eſt in poſſeſſione Primatus, quod colligitur etiam, ex eo quod fuerit reus in lite à Piſano mota, *ex regul. text. in l. off. & ibi DD. ff. de rei vindic.* nec fuit illi ſublatā per dictā litem, de qua meminit Robertus Bonauēt. qui vixit *anno* 1215. vt teſtatur *Barbo. d. tract. de offi.* & *poteſt. Epiſ. p. 1. tit. 3. cap. 7. num. 10.* imò per litem fuit illi confirmata, & actus Primatialis dignitatis in Piſani fauorem, ab ipſo, vel alijs facti, ſunt violenti, & inualidi, Abbas, & Silua num. 2. de verb. ſignificatione *Flores in l. 1. ff. ſi ſeruitus vindicetur. Capic. deciſ. 259.* & *Sebaſtian. Cæſar. de Eccleſiaſt. Hierarch. diſp. 4. §. 5. num. 68.*

26 Nec dubitandum eſt, hanc litem habuiſſe Piſanum cum Calaritano; nam non potuit eſſe cum alio Archiepiſcopo Regni Sardiniæ; non ſolum quia, Calaritano de iure cōpetit talis dignitas, ſed etiam quia Turritanus Archiepiſcopus, vt Piſanus aſſerit, recognouit eum, tamquam Primatē Sardiniæ, quæ dignitas, ſicut nec alia, duobus competere non poteſt; imò confeſſus eſt in actis iudicialibus Romanæ Curiæ *anno* 1606. quod non datur Primas in Sardi-

Sardinia, & ſolum ex tempore Pauli V. prætendit nouiter ſe eſſe Primatē, & vſurpat vſum tituli; Arborenſis verò Archiepiſcopus ſolum poſt dictam nouam prætentionem Turritani, prætendit quoque ſe eſſe Primatem, fundādo ſe, in eo quod non datur maior ratio, cur Turritanus, & nō ipſe, poſſit nouiter vti titulo Primatis, & hanc dignitatem prætendere, quo Sardiniæ Inſula diuiditur, & tot capitibus, monſtruoſum eius corpus efficitur, *cap. in Apib. 7. quæſt.* 1. *Lucas de Peña in l. fin. C. decurion. Auin. in tract. de ouil,* & *Paſt cap.* 12. & 13.

27 Nec ſecundo apparet fuiſſe vſu recepta indulta Piſani, ex eo quod Viuianus afferat, quod *anno* 1265. Theodoricus Vicecomes Archiepiſcopus Piſanus, viſitauit Sardiniam; nā ſcripturæ, in quibus hoc fundatur, non ſunt in forma probanti; & dato, & non cōceſſo, quod ab illo facta fuiſſet, fieri potuit, non tanquam à Primate; ſed tanquā à Delegato Sedis Apoſtolicæ: nam, vt aſſerunt Barbo. de poteſt. Epiſ. Viuianus citatis locis, & indulta à Piſano adducta, antequam concederetur Piſano Primatialis dignitas in prouincia Turritana, fuit illi conceſſa legatio Sardiniæ ab Vrbano II. quæ ad Primatum nón facit, vtpote ab illa independēns, & virtute huius, vel potius alicuius delegationis particularis fieri potuit & quando viſitatio facta fuiſſet ab illo, titulo Primatis, cum fuerit poſt motam litem, non prodeſſet Piſano, & eſſent actus atentati, & violenti, ac inualidi, vt ſupra nu. 25. Nec mirū, quod Piſani, violentiam hāc exercere potuerint, quia ſumma rerum in Sardinia potiebantur. Ex quo fundamēto, etiam ſi eſſent veræ, & antiquę, non prodeſſent Piſano enunciatiuæ tituli Primatis, allegatę *à Viuiano d. praxi iur. patronat. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 76. Hoc etiam fundamento ſoluitur enunciatiua Magiſtri Ceremoniarum Summi Pontificis, qui in diario *anno* 1514. nuncupauit Piſanum Primatem.

28 His accedat primo, quod caſu quo, hæc enunciatiua fuiſſet vera, erit ſubrreptitiè, & obrreptitiè obtenta, ignorando, vel non animaduertendo defectus, & inualiditatem indultorum Piſani, quomodo etiam obtenta fuere indulta cōfirmatoria, & epiſtolæ Pontificum, etiam dato, & non conceſſo, quod eſſent in forma probanti, vltra quod non apparet ex illis, fuiſſe vſu recepta indulta, vt dictum eſt.

29 Accedat ſecundo, quod cum ex iam dictis, & dicēdis appareat de inualiditatē, & vitio tituli Piſani fundati in dictis indultis inualidis, ſequitur etiam, quod actus ab ipſo facti, ſi aliqui ſint, eodem vitio laborent, nec poſſeſſio, caſu

quo, illã haberet, illi prodeſſent, quia eſſet poſſeſſor malæ fidei, *c. final. de præſcript. et ibi DD.* nã mala fides inualidat poſſeſſionem, & impedit præſcriptionem, *Alexã. conſil. 54. num. 7. lib. 6. conſil. 181. num. 26. et ſequen. lib. 2. et conſil. 99. lib. 4. et Apoſtilla ibidem.*

30 Nec illi proſũt ſimplices enunciatiuæ factæ, inuito Calaritano, & ipſo contradicente, vt ex lite colligitur, quæ etiam, inſcio ipſo, fieri potuerunt. Et ſi creditur *eidem Viuiano d. loco num. 76 in fine,* ex dictis enunciatiuis, non poteſt induci ſubiectio alterius, *ex Rom. conſ. 180. num. 3. et 4. Gabr. de probat. conſil. 2. num. 50.* nec poſſunt deſeruire etiam pro titulo putatiuo, *Felin. de quarta num. 3. de præſcript. Veral. deciſ. 361. nu. 4. p. 2.*

31 Ad enunciatiuam verò benedictionis Templi S. Gauini, factæ à Piſano, intitulãdo ſe Primatem, vt refert Iulius Roſ. in Triumpho Martyrum, ex antiquo Codice Turritano, d. Templi, vulgo dicto, Fundague, reſpondetur primo, erraſſe illum authorem; nam in prædicto Codice, Piſanus nuncupatur Archiepiſcopus, nõ Primas. Secundò reſpondetur cum *Barboſ. d. cap ſi diligenti*, hunc Codicem eſſe falſum, & mendacijs refertum, vt latè probauimus *in hoc lib. cap. 7. §. 1.* & inferius iterũ redibit ſermo.

32 Nec tertio apparet fuiſſe indulta vſu recepta, ex auctoribus, qui aſſerunt; Piſanum eſſe Primatem Sardiniæ, cõgeſtis *à Viuiano d. loco nu. 67.* quos fortè ſequutus fuit d. Magiſter Ceremoniarum Põtificis: nam ceſſante validitate indultorum, quod eſt vnicũ fundamẽtum Piſani, ceſſat authoritas DD. qui in illis fundari potuerunt, & ſi verũ fatentur DD. non dicunt, Piſanum exercuiſſe actus primatialis dignitatis, nec vidiſſe indulta Piſani, quæ non reperiũtur impreſſa, niſi in Viuiano, nec fuerunt inſtructi de iuribus Calaritani, ſed obiter dixerunt, Piſanum eſſe Primatem, quia ſic inuenerunt *in Glo. marginali cap. definimus 22. diſtin.* vel in Roberto Benauent. qui fuit Aduocatus Piſani, in lite Primatus; quod idem dicit in lite Toletani, & Bracarẽ. & in ſimilibus cauſis Primatus, in quibus omnibus ſemper dicit; eſſe Primatem cliẽtulum ſuum, vt apparet *ex Nicol. Boer. in addit. ad tract. Ioann. Montan. de auctoritate Magni Concilij num. 14.* vel in alio authore, qui obiter id dicit; ita vt nec minus explicent multi Doctores, cuius prouintiæ ſit primas, quod aduertẽdo *Azor inſtitu. moral. lib. 2. de quarto præcepto decalogi lib. 3. cap. 36.* dixit ſibi videri eſſe Corſicæ Primatẽ, quo videtur relinquere Primatũ Inſulæ Sardiniæ Calaritano: & obiter eſt aduertendum, quod fallitur Viuianus, dum aſſerit, *Baron. tom. 12. anno 1132.* teſtari, quod Inno-

Innocentius II. fecit Piſanũ Archipræſulem Sardiniæ, cũ ſolum dicat eũ feciſſe Sardiniæ Præſulẽ, quod eſt intelligendum, ratione Metropolitici iuris, quod ei conceſſit in EpiſcoposCaſtallinen.& Ciuitaten. cum ibi Baronius ſolũ de ſubiectione Epiſcoporũ Sardiniæ, & Epiſcopi Populoni, loquatur, non de Primatu aliquo.

Eſtò legitima fuiſſet conceſſio Primatus Sardiniæ, facta Piſano, etiam corruit ius ex priuatione illius, tamquàm pœna inflicta à Sede Apoſtol.

Cap. 31.

1 QVarta efficax reſponſio indultorum Piſani eſt, quod licet illa fuiſſent in forma probanti, vitio ſubrreptionis, & obrreptionis carerent, & validè impetrata eſſent, ac vſu recepta, fuiſſent nihilominus inualida, quia iPſani fuerunt priuati à Sede Apoſtolica, omnibus gratijs, indultis, & priuilegijs ab illa conceſſis. Etenim cũ Imperator Federicus II. contra Eccleſiam Romanam conſpiraſſet, qui, vt conſtat ex ſententiã Innocentij IIII. laté ad annum 1243. & ex actis Concilij Lugdunenſis, *multoties deierauit, pacem inter Imperium, et Eccleſiam reformatam violauit, ſacrilegiũ perpetrauit, capi faciens Cardinales, et pluriũ Eccleſiarum Prælatos ad Apoſtolicam Sedẽ per mare euntes, ſubmerſis aliquibus, nonnullis etiam interemptis, reliquis, bonis omnibus ſpoliatis, diris carceribus in Sicilia mancipauit, quorum aliqui ſqualloribus, et media preſſi, miſerabiliter perierũnt. De hæreſi quoq; idẽ Imperator conuictus fuit, et priuilegium, quodcunque ligaueris, &c. In quo authoritas, et poteſtas Romanæ Eccleſiæ conſiſtit, pro viribus diminuere; vel ipſi Eccleſiæ auferre ſategit.*

2 Huic Federico Hæretico, Piſani adhærentes, eius delictorum contra Romanam Eccleſiã, complices fuerũnt; etenim ſua maritima claſſe prædictũ ſacrilegium, perpetrarunt; nonnullos Cardinales, Prælatoſque Eccleſiarum, cum tribus Legatis Pontificis, qui ad Regẽ Galliæ à Pontifice miſſi, reuertebantur, cæperunt, & vt ait Laurencius Bonicõtrus, ſunt, qui dicunt à Piſanis eos in mari necatos, ideò à Summo Põtifice, anathemate percuſſi (*vt ait Zouius, tom. 13. fol. 411.*) Eccleſiæ claues conculcarunt, atque adeò fuerũt excommunicati, interdicti, priuati Regno Sardiniæ, dignitate Epiſcopali, & quocumque beneficio Eccleſiaſtico, vt latè referũt cum citatis authoribus, *Geografia Volaterran. Ioannes Villanus fol. 139. Ciaconius in vita Gregorij IX. Maynold. de titulis Regis Hiſpaniæ D. Antoninus tom. 3. Hiſtor. tit. 20. cap. 8. §. 5. fol. 81.* Ex quò etiam conſtat, priuilegium Regni Sar-

diniæ fuiſſe cõceſſum Iacobo Regi II. Aragonũ à Bonifacio VIII. ita tamen, quod educeret illud de manibus Piſanorum, & aliorum ocupantium illud. Quod etiam confirmauit Clemens V. vt habet *idem D. Antonin. fol. 90. col. 4.* in cuius executione, anno 1322. Alfonſus primogenitus Iacobi, ingenti cum claſſe, Sardiniam appulit; Piſaniſque depulſis, totã ferè Inſulam, breui ſibi ſubegit, *Idem tit. 21. §. 5. fol. 194. col. 2.*

3 Nec ſemel ab Eccleſia receſiſſe, & prędictis pœnis exautoratos fuiſſe, Piſanis ſatisfuit; Nam iterum, *anno 1327.* adhæſerunt Ludouico Bauaro aſſerto Imperatori Heretico, & eius Antipapę Nicolao V. contra Ioannem XXII. verum Pontificem, qua propter Sacerdotijs fuerunt priuati, vt cõſtat ex Ciaconio, in vita Ioannis XXII. *& ex Ioanne Vilano, ad annum 1328.* Tertio etiam anno 1512. contra Iulium II. conſpirarunt. Etenim Piſis celebratum fuit Cõciliabolum Piſanum, quod ipſi fouerunt, & ſua protectione, & patrocinio tutauerunt, quare iterum priuati fuerũt, ipſo iure, omnibus priuilegijs, feudis, & quacumq; dignitate Eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus, Patriarcatus, Archiepiſcopatus, & reliquis dignitatibus, tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, vt conſtat ex Bulla Iulij II. in dicto Cõcilio Lateranenſi contra Conciliabolum Piſanum, *& ex Bulla 2. Seſſione 4. eiuſdem Concilij Lateran.* vbi dicitur adhærentes Conciliabulo Piſano, dignitatibus omnibus carere in illis verbis, *adhærentes authoritate, & dignitatibus omnibus carentes*, vtpote iàm de facto incurſos in pœnis in prima Bulla promulgatis.

4 Fateor me inuitum hæc proferre, vtpote cõtraria Clariſſimæ Vrbi, quondam de Romana Eccleſia, imò, & de noſtra Sardinia benemerita, quæ ſuorum, & Genuenſium armorum gloria, iugũ Sarracenorum ab ipſa expulit, ſed cogor ad tuitionem iurium meæ dignitatis, & Eccleſiæ, quia ex prædictis, liquidò conſtat, Piſanos quodcumq; ius, tàm temporale, quàm Spirituale in Sardinia amiſiſſe; etiam ſi nulla alia contra Breuia ſui Summarij, nullitas opponi poſſet, etenim cum conſtet de priuatione omnium iuriũ, & dignitatum etiam Eccleſiaſticarum, nõ conſtat, nec produxerunt in actis, redintegrationem Sedis Apoſtolicæ; nam quamuis poſtea pœnitẽtes à cenſuris fuerunt abſoluti, non tamẽ conſtat, an ad priores gratias à Sede Apoſtolica cõceſſas, redintegrati fuerint, ſicut nec fuerunt redintegrati ad dominiũ tẽporale Sardiniæ, quo etiam fuerũt priuati, & ſub ditione Regum Aragoniæ, & Hiſpaniæ vſq; hodie fęliciter, durat, fęlicius in poſterum durabit.

§. I.

§. I.

5 NEc eneruatur vis reſponſionis ex reſtitutione, quã *Viuianus d. loco num. 72.* affirmat factam fuiſſe *à Gregorio X. anno 1273.* Vrbi Piſanę, dignitatis Archiepiſcopalis cum confirmatione omnium indultorum,

6 Nam non conſtat de tali reſtitutione in forma probati, & poſt illam fuit Piſanus iterum priuatus, vt conſtat ex ſupradictis; at non conſtat de hac ſecunda reſtitutione, & caſu quo conſtaret de illa cum confirmatione indultorum agentium de Primatiali dignitate, nihilominus eſſent illa inualida, & ſubrepticiè, ac obrepticiè obtenta, propter fundamenta ſupra poſita, tùm quia fuit obtenta in prçiudicium tertij, cuius iura non fuerunt expreſſa, tũ quia nõ habuit Pontifex, conceſſionis tempore notitiam eorum, quæ ſi animaduertiſſet, talem reſtitutionem non conceſſiſſet, vel ſaltim non ita faciliter, obquas rationes eſſe indulta inualida extẽſe probatum fuit ſupra cap. præcedenti num. 18. & 19.

7 Quibus adde, in terminis ſimilium reſtitutionum, hoc teſtari, *DD. in l. 1. & final. C. de ſententijs paſſiſ. Menoch. de recuperanda poſſeſſione remed. 19. num. 101. & conſ. 103. num. 21. Peregrin. conſ. 85. nu. 27. to. 6. Tiraq. de retract. cõſangui. §. 1. Glo. 10. Surd. conſ. 203. num. 49. & nouiſſimè Ramoni conſ. 6. nu. 31. & ſeq.*

8 Quod autem reſtitutio fuerit in præiudicium tertij, & dentur aliqua, quæ ſi expreſſa fuiſſent, nõ eſſet obtenta reſtitutio indultorũ Primatus, vel ſaltim non ita faciliter; Probatur multis rationibus,

9 Prima, nam cum remuneratio Piſani fuerit Primatialis dignitas, Calaritano adempta, cui antea competebat, vt ex dictis in hoc libro patet, ceſſante ademptionis cauſa, priuatione Piſani, ceſſabit adẽptio, copioſe *Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa, ceſſat effectus nu. 22. & 24. ac num. 222. & ſeq.* & res reuertitur ad priorẽ poſſeſſorem, adquem de iure pertinet, vt poſt *Innocẽtium, Antonium, Imol. Felin. Iaſon. & alios,* teſtatur *d. Tiraquel. in terminis ablationis rei alicuius factæ, etiam iuſta cauſa à Principe,* & vt aſſerunt *Bald conſ. 34.* quod incipit, *ſtatuto cauetur* in fine, *& Tiraq. d. loco,* & probatur *ex cap. non debet §. his omnibus* de conſanguinitate, & affinitate, *& cap ſequẽti, & ex Gloſ. in cap. quia Sancta Romana, & cap. verum, verbo ſtruxit 63 diſt.* propter ceſſationem cauſæ, videtur induci diſpenſatio tacita.

10 Confirmatur hoc, quia veriſimile, ac certum eſt, quod Calaritanus, qui vt, patet, *ex d. Bonauent. vixit anno 1215.* litem cum Piſano pro Primatu habebat, iuribus

bus

bus Primatialis dignitatis vſus fuit, ceſſante impedimento iuriũ oppoſitoris, priuatione ipſiųs, quæ etiam colligitur ex poſſeſſione dignitatis, quam conſeruauit Calaritanus, vt fuit probatum, & Piſanus poſt dictam reſtitutionem in Concil. Florent. celebrato *anno* 1438. ſub Eugenio IIII. non habuit, nec titulum, nec locum Primatis, nec poſt acquiſitũ Regnum à Rege Aragonum, vllum affert de nouo acquiſitum indultum Primatus, cũ anterioris temporis, quo in Sardinia principatũ obtinebat Piſanus, plura adducat; tempore etiam Pauli V. citauit Piſanus Calaritanum ad Curiam Romanã pro lite Primatialis dignitatis. Quare in reſtitutione debuiſſet fieri mẽtio iurium Calaritani, circa Primatialem dignitatẽ alias eſſet inualida, quia Pontifex, tertio præiuditium inferre numquam intendit, in eius enim conceſſionibus ſemper ſubintelligitur conditio ſi non fuerint in prȩiuditium tertij, iuxta regulam *de non tollendo iure quæſito*, vt late probatum fuit *cap. præcedenti num.* *18 & 19.*

§. II.

11 SEcũdo quia per Bonifacium VIII. Sardiniæ Regnũ, quo fuerunt priuati à Põtifice, Piſani, fuit conceſſum Sereniſſimo Iacobo II. Aragonum Regi, belloque acquiſitũ cũm ingenti claſſe, *anno 322.* ab Alfonſo primogenito Iacobi, & Piſani tàm antè dictam acquiſitionem, quàm poſtea, fuerunt priuati dignitatibus Eccleſiaſticis, vt probatum eſt ſupra. Quare cum reſtitutionis tẽpore, fuerit Regnum Sardiniæ (prout hodie eſt) ſub Imperio Regum Aragonum, debuiſſet in reſtitutione, huius fieri mentio, quia tempore indultorũ, quibus fuit Primatus conceſſus Piſanis, temporale dominium Sardiniæ Regni, erat ſub ditione Piſanæ Reipublicæ, & ſi ſub alterius Prĩcipis dominio fuiſſet, tunc temporis non conceſſiſſet illis Pontifex Primatum, vel ſaltim non ita faciliter, quod ſufficit, vt reſtitutionis indultum, in quo deficit prima illa cauſa motiua dominij temporalis, ſit inualidũ, & ſubreptionis, & obreptionis vitio laboret *cap. ex parte de offi. & poteſt. iur. delegat. cap. 20. & 27. de reſcrip. & ibi DD.* & cum hoc ſit veriſimile, contrarium non eſt præſumendum, *Menoch. lib. præſump. 31.* & probari debet.

12 Et confirmatur ſecundo, quia priuilegium, quod cõfertur Regi Galliæ, v. g. Mediolani, ſi verè eſſet Dux Mediolani, amiſſo Ducatu, & dominio legitime in aliũ tranſlato, per ſententiam Imperatoris, omnino amittit, & non redintegrátur in illo, non redintegrato priſtino dominio, ſed Piſani

ſani iuſto iuditio, & ſententia Sedis Apoſtolicæ, amiſerunt dominium Sardiniæ, quod in noſtrum Hiſpaniarum Regem trãſlatum eſt, igitur omne priuilegium, quod intuitu huius dominij illis collatum fuit, amiſerũt, nec in illo redintegrati fuerũt, ſicut nec in dominio temporali.

13 Quod autem dignitas Primatialis Archiepiſcopi Piſani, fuerit illi collata à Sede Apoſtolica, intuitu dominij temporalis, & obſequiorum, quibus Piſana Reſpublica fuit, tã de Sede Apoſtolica, quàm de Chriſtiana Religione benemerita, manifeſte cõſtat ex contextu indultorum, præcipue Innocentij in illis verbis, *vt Piſana Ciuitas, quæ fauore Cæleſtis numinis de inimicis Chriſtiani nominis, victoriam frequenter obtinuit, & eorũ Vrbes plurimas ſubiugauit, amplius honoretur.* Similia de verbo ad verbum reperiuntur in reſcriptis Alexandri III. & aliorum Pontificum; amiſſo igitur dominio tẽporali, per priuationẽ Sedis Apoſtolicæ, cætera amiſerunt, nec in illis redintegrati ſunt.

14 Nec eſt veriſimile, voluiſſe Põtificem reintegrare Piſano dignitatem Primatialem Sardiniæ, quantumcumque ſpiritualem, & à temporali ſeparatam, quia ſciebat hæc egrè laturum Hiſpaniarum Regem, imó non conſenſurum, vt Piſanus Hetruriæ Præſul, atque adeò prouinciæ Principis, temporalis extranei, iuriſdictionem ordinariam exerceret, quãtumcumque Eccleſiaſticam in ſuo Sardiniæ Regno: etenim conſtat *ex Barboſ. de offi. & poteſt. Epiſ. part. 1. tit. 3. cap. 1. num. 10.* & ex indultis Piſani, præcipue Innocẽtij, inter Genuenſes, & Piſanos fuiſſe immania bella propter ſuffraganeos Inſulæ Corſicæ; nam loco illorum, quos Piſano ademit & tribuit Archiepiſcopo Ianuẽſi, cõpenſationis gratia, de nouo cõceſſit illi, alios ſuffraganeos in Inſula Sardiniæ, ſcilicet Ciuitaten. & Galtellinen. Ita inmobiliter in animo Pontificum ſedit, vt ex ſuis gratijs, & priuilegijs cõceſſis, omnis, contentionum, & bellorum cauſa, inter Principes temporales omnino tolleretur, quod in noſtro caſu multo magis vrget; tùm quia dominium temporale Sardiniæ fuit conceſſum Sereniſſimo Aragonum Regi, à Romano Pontifice, & ablatum Piſano in pœnam delictorum, quæ contra Sedẽ Apoſtolicã perpetrarat: tùm etiã quia primatialis dignitas, de qua agitur eſt maioris preheminentiæ, & ponderis, quam ius Metropoliticum, præcipue inſpectis legibus, ſtatus, & cõſeruationis pacis Regni, & defenſionis illius, nam, media iuriſdictione Spirituali, poſſent Piſani, in hoc Regno habere plures ſuarũ partium fauctores, quibus facilis ſterneretur via ad recuperationẽ domi-

dominij tẽporalis huius Regni, quam ambiebant. Hoc demonſtrant periculoſa certamina, inter Piſanos, & Regem Aragoniæ, poſt acquiſitum Regnum à Principe Alfonſo pro recuperatione huius Regni à *Piſanis* intenta, vt refert Surita in ſuis Annalibus.

15 Addo etiam, quod talis reſtitutio inferret graue præiuditium Noſtro Sereniſſimo Hiſpaniarũ Regi; nam ſi per illam reſtitutionem, recuperauit Piſanus primatialem dignitatem, ergo amiſit Calaritanus illam, & conſequenter Catholica Maieſtas Iuſpatronatus, quod illi cõpetit in tali dignitate poſſeſſa ab Archiepiſcopo Calaritano, quod magni eſt momenti, cum ſit ex maioribus dignitatibus Eccleſiæ, & habeat prima ſuffragia in Concilijs, in quibus agi ſolet de arduis, & grauioribus negotijs Eccleſiæ, & Orbis.

16 Confirmãtur hæc tertio, quia ob dictas rationes, non obſtante reſtitutione prætenſa, Piſano nõ ſunt reſtituti ſuffraganei in Sardinia, Epiſcopi Galtellinen. & Ciuitaten. ſed ſunt ſuffraganei, Galtellinen. Calaritani, & Ciuitaten. Turritani, & quod dicti Epiſcopi fuerint Piſano primitus cõceſſi, tempore ſui dominij temporalis, & eodem indulto Innocentij II. quo fuit illi conceſſa Primitialis dignitas, patet ex Barboſa, & Viuiano dictis locis, & ex ipſis indultis pro Primatu à Piſano adductis, & hanc conceſſionem ſuffraganeorum fuiſſe vſu receptã, tempore quo Piſana Reſpublica dominabatur Sardiniç Regnum, affirmant Piſani, vt teſtatur Barboſa dicto loco, *anno* 1302. quod ſi modo negẽt, inſtabitur contra illos, quod ſi talis conceſſio non fuit vſu recepta, à fortiori dicendum erit, minus fuiſſe recepta cõceſſionis tempore, indulta Primatialis dignitatis, quod cedebat in maius præiuditium huius Regni. Quod ſi complectãtur alteram partem dilematis, videlicet, quod fuerit conceſſio Piſano, facta dictorũ ſuffraganeorũ vſu recepta, conceſſionis tempore, contra illum inſtatur, quia ſi poſt priuationem, virtute reſtitutionis non fuit redintegratus in ſuffraganeis, quod eſt minoris prçiuditij, multo minus erit redintegratus in primatiali dignitate, quæ eſt maioris præiuditij, vt latè demonſtratum eſt.

§. III.

17 QVod etiam ad Primatum Corſicæ atinet, eſt hic aduertendum, quod in nullo Piſani indulto fit mentio illius, ſed ſolum Primatus Sardiniæ & tamen Primaum Sardiniæ, & Corſicæ, Piſanus prætendit, cuius nulla alia ratio eſſe poteſt (licet Piſanus taceat illã) niſi quia Epiſ-

copi

copi Corſicæ, cùm non haberent Metropolitanum, vel Archiepiſcopum in Corſica, ad quem recurrerent, recurrebāt ad Metropolitanum, & Primatem Sardiniæ, quia Inſula Corſicæ, fuit à Romanis, anno à creatione mūdi 3730. attributa Sardiniæ, atq; ex duabus prouincijs, vnà prouincia facta, & vno Sardiniæ nomine inſignita, vt poſt Ruffinū, Sigonium, & Honufrium, teſtatur Fara, in Annalibus de rebus Sardois, dicto anno. Sacra autem politia ſequuta fuit temporalem, vt latè à nobis *cap. 2. huius lib.* demōſtratum eſt. Et hoc eſt fundamentum extenſionis primatialis dignitatis Calaritani, non ſolùm in Sardinia, ſed etiàm in Corſica, qui, vt aiunt Athanaſ. & Tripartit. ac alij, in primis ſæculis erat Metropolitanus Inſularum Sardiniæ, quo nomine Corſica claudebatur, vtpotè vna prouincia cum Sardinia à Romanis effecta.

18 Cum igitur Primas Sardiniæ, Calaritanus ſcilicet, habuerit hoc ius acquiſitum in Corſica; ex eo, quod eſſet cū Inſula Sardinię vnica prouintia *cap. 19. diſtinc.* & ibi DD. quamuis poſteà fuerint prouintiæ diuerſæ in temporalibus, & ipſamet Sardiniæ Inſula, Piſanorum tempore, ab ipſis diuiſa in quatuor Iudicatus, ſiuè Thetrarchias, Calaritanam .I. Arboren. Turritanā, & Gallurenſem, anno 1050. vt poſt Carolum Sigoniū, Maynold. Volaterran. & Cardin. Leon. Hoſtien. refert Bonf. in Triumpho martyrum Sardiniæ *lib. 13. cap. 31. §. 2.* nō fuit nihilominus à Calaritano amiſſū, ſed potius corroboratum primatiale ius Sardiniç, & Corſicç, quod niſi antiquis temporibus, quando Piſani, ſua indulta primatialis dignitatis adepti ſunt, habuiſſet Calaritanus, nūquam Piſanus potuiſſet prætendere Primatum Corſicæ, cum ſolùm poſſit illum ſibi arrogare; eo quod in indultis fuerit illi conceſſus Primatus Sardiniæ, cum alium titulū non oſtendat, nec minus de hoc Primatu Corſicæ agunt, quæ adducit *Viuianus d. praxi iuriſpatronat. lib. 3. cap. 2. num. 63.* Quare deficiente iuſtitia prætenſionis Piſani, reſpectu Primatus Inſulæ Sardiniæ, deficit quoq; reſpectu Inſulę Corſicæ, & remanent Calaritano ſua iura magis, magiſque ex prædictis fundamētis corroborata, &c.

Iura Archiepiſcopi Turritani circa Primatum Sardiniæ impugnātur.
Cap. XXXVIII.

1 ETiam ſi iura, quę attulit Archiepiſcop. Turritanus ſint parui roboris, & momenti in fauorem Primatus prætenſi, & ex ſuperius dictis contra illum facilè ſolui poſſint, tamen, ad maiorem euidentiam ſuæ imbecillitatis, & nullitatis, animū ſubijt hic proferre,

ferre, & diſſoluere.

2 Et primo adducitur pro parte Turritani, quia ipſe conuocauit Synodum generalẽ Bonarcadenſem, totius Regni de anno 1272. & in ea ſedit tanquam Primas.

3 Item in alia Synodo ab ipſo relata, celebrata à Tediſio Archiepiſcopo Turritano, ſedit tanquã Primas, quia in eo non ſolùm interſuerũt Epiſc. Suffr. Turritani; ſcilicet Biſarcen. Ampurien. Caſtren. Sorren. Boſanen. & Otanẽ. Verum etiam alij Prælati totius Regni, vt conſtat ex verbis illius Synodi, ab eis relatis; *ad quem non ſolum Suffraganeos noſtræ Eccleſiæ Turritanæ, verum etiam alios Eccleſiarum Prælatos fecimus cõuocari*, quod ait non debere intelligi de Abbatibus prouinciæ Turritanę, ſed de alijs Epiſcopis, & Archiepiſcopis.

4 Sed hoc infringitur, primo negando hanc Synodum Bonarcadenſẽ, quia non adducitur in forma probanti, nec ſigna Notariorum ſunt nota, neque eſt veriſimile, Codicem huius Concilij (ſi verum fuiſſet) fuiſſe ſeruatum, & repertum in Curia, & Archiuio Vſellen. ſicut ibi refertur, quia in Curia Vſellen. non eſt Archiuium, ſed Secretarij deferunt ſecum ſcripturas illius menſæ, vtpotè ruralis, & ſi alicubi debuiſſet ſeruari, & reperiri, hoc in Arboreẽſi factum fuiſſet, ad quam, opidum Bonarcadi ſpectat, vel in Turritana, cuius Archiepiſcopũ fingunt in illo Concilio præſidiſſe; quod autem eſt inueriſimile non eſt verum, eo vel maximè, quia nullo adminiculo hiſtoriæ; authoris antiqui, aut re aliqua authentica illud comprobant, & ita præſumitur fictum, eo vel maximè, quod Turritani ſunt ſoliti, ſimilia facere, vt conſtat in Cathalogo Antiſtitum Turritanorũ à nobis impugnato *cap. 16.* & in relatione fundationis Templi Sãcti Gauini Turribus, vbi ferè omnia eſſe ficta, & falſa, & contra omnes hiſtorias generales, probat Bonfant in ſuo Triumpho martyrum *lib. 12. cap. 13.*

5 Sed eſto verum eſſet, fuiſſe celebratum illud Concilium, adhuc ille actus non aduerſaretur ſtatui antiquo Eccleſiæ Calaritanæ, & præcipuè, quia ibi dicitur, prẽfuiſſe, non vt Primatem, ſed ſolùm, vt Legatũ Sedis Apoſtolicę, quæ delegatio eſt actus volũtarius Sũmi Pontificis, qui poteſt committi cuicunque Epiſcopo, imò & Abbati, ſiuè inferioris dignitatis.

6 Similiter reſpõdetur ad aliam Synodum ab ipſo allatam, quod eſto vera fuerint illa verba, ſolũ debẽt intelligi de Abbatibus diœceſis Turritan. quia ibi nominati Epiſcopi, ſunt ſolum eius ſuffraganei, nam ſi præter hos, alij adfuiſſent, proculdubio eos expreſſiſſent, præcipuè ſi Metropolitani fuiſſent.

Secun-

Secũdo affertur pro parte Turritani, actus cuiuſdã donationis, ſeruatus in Archiuio Cur. Turr. Atei Mona.Camaldulenſis Epiſcopi Caſtren. factæ in fauorẽ Eccleſiæ S.Saluatoris,ad inſtantiam Bariſonij Iudicis Turritani,& Petri Diaconi Cardinalis, & aliorũ Epiſcoporum, vbi dicunt reperiri hæc verba, *Hoc autem actum eſt conſilio, & authoritate Domini Alberti Turritani Archiepiſcopi, Sardiniæ Primatis,ac Sedis Apoſtolicæ Legati, necnon Petri Diaconi Cardinalis S. Euſtachij, anno 1164. Indictione 12.*

5 Sed hoc infringitur, tum quia hæc enunciatiua vnica eſt, nullatenus adminiculata, cui contradicũt Archiepiſcopi Turritani, præſens,& præteritus, negãtes in Sardinia Primatũ, vt ſuperius *c.* 30. oſtenſum eſt, imò & ille qui præerat Eccleſiæ Turritanæ, anno 1176. qui recognouit Piſanum, tanquam ſuum Primatem, vt cõſtat ex iuribus Piſani deductis in hac lite, & ex Viuiano *d.praxi lib. 3.c.22.nu.61.* quomodo ergo potuit, *12.annis* anteà nũcupari Primas, qui alium Primatẽ recognouit? tum etiam quia inueriſimilia profert, vt quid enim Petrus Diaconus Cardinalis, Romæ degens fecit illam inſtantiam, vt fieret donatio priuatæ cuidã Eccleſiæ Sardiniæ, quæ neque erat ſui iuris, neque ad eum, eius cura aliquo titulo, ſpectabat? Item inueriſimile etiam eſt, S.Rom. Eccleſiæ Cardinalem, iam eo tepore ad apicem authoritatis (quam modo Cardinales habẽt) euectũ, poſteriori loco, poſt Archiepiſcopum Turritanum fuiſſe nominatum,& poſitum; & ita, vt inueriſimilis ſcriptura nihil probat, *Maſcard.concl.* 113. imò inde deducitur fictio illius, ſicut, & aliarũ, quas in Cathalogo,& fundatione S. Gauini confingunt Turritani, ſuaſque fictiones ſubminiſtrarunt Patri Mariana, Mario Guazo, Philippo Ferrerio *in ſuo epito. geographi.* Antonio Caraciolo in ſuis Annalibus, qui dixerũt, Vrbem Turritanam eſſe caput, & Primariam Sardiniæ, nullo citato antiquo authore, & contra veritatem omniũ hiſtoriarum, & authorum, tàm antiquorum, quà modernorum, hoc ſolũ Vrbi Calaritanæ deferentium, vt latè à nobis probatum eſt, *cap.3.& 4. huius libri.*

6 Tertio adducit pro ſe Turritanus, ſe habere tres Epiſcopos Suffraganeos, quos nõ habet Calaritanus, & ex quo intendit probare ſe eſſe Primatem, ſed hoc infringitur, Primo, quia hæc eſt nota ſolius Metropolitani, non verò Primatis. Secundo, quia Calaritanus, licet tanquam Metropolitanus habeat ſibi vnitos Epiſcopos Suffraganeos, & ſolũ Eccleſien. actu ſeparatum ab Archiepiſcopatu, etiã Archiepiſcopo aman-

datum (quod ſufficit ad dignitatẽ Metropoliticam, ad quam ſolum requiritur habuiſſe Suffraganeos, vel aptitudine habere, vt de multis Eccleſijs Metropolitanis notauit Barboſa tracta. de noticia Epiſcopatuum, videlicet de Archiepiſcopatu Lanciano, & alijs in Regno Neapoli, & conſtat de Archiepiſcopatu Durazen. & Spalaten. quorum Suffraganeæ Vrbes ſunt in poſſe Turcarũ, & ideò nunc non habent actu Suffraganeos, imò neque Patriarcha Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, quorum prouinciæ ſunt apud infideles, & ſimilia paſſim occurrũt exempla) tamen vt Primas habet Calaritanus, omnes Prælatos Regni Suffraganeos, & ſpecialiter de Turritano probatum eſt *cap.* 29.

7 Quarto adducit locum Cõcilij Lateranẽſis celebrati *anno* 1521. in quo Angelus Archiepiſc. Turritanus ſubſcripſit, & ſedit inter Primates, Aſſiſtẽtes, & Oratores, vt conſtat ex ſeſſione 9. illius Cõcilij, igitur Turritanus ẽ Primas. Sed hoc infringitur, quia prædictus Angelus habuit illum locum propter offitium perſonale, quia erat aſſiſtens Pontificis, nõ verò vt Archiepiſcopus Turritanus, ꝙ ex eo patet manifeſté, quia poſt mortem Angeli, cum in eius locum, Franciſcus ſuſſectus fuiſſet, in ſeſſionibus ſubſequentibus nõ inter Primates, & aſſiſtentes, ſed inter ſolos Archiepiſcopos ſedit, & ſubſcripſit, vnde nihil ad rem ad Primatum Turritani.

8 Quinto pro ſe adducit Turritanus, ꝙ in Concilio Trident. aliquoties ante Calaritanum ſedit. Sed hoc infringitur, quia huiuſmodi ſeſſio non aduerſatur Calaritano, eo quod in dicto Concilio in fine ſeſſionis ſecundæ, ipſa Sacra Synodus ſtatuit, quod per ſeſſionẽ nulli præiudicaretur, quod idem ſeruatum fuiſſe, cum alijs Primatibus in illo Cõcilio, ſuperius à nobis oſtenſum eſt in fine *cap.* 18. Quapropter ſeſſ. 16. eiuſdem Concilij fuit ordinatum Patribus illius de ordine Sũmi Pontificis Pij IIII. quod in ſeſſionibus, & præcedentijs locorum, & ſubſcriptionum attenderetur antiquitas conſecrationum, non verò Eccleſiarũ, vel dignitas earũ; etiam ſi eſſent Primatiales, vt cõſtat ex illis verbis. *Ita quod qui prius promotus ad eas fuerit in ſuo quiſque ordine, prior exiſtat incedere, ſedere, ac locum habere, nulla habita ratione ad ipſorũ dignitates Primatiales, ſiue veræ, ſiue prætenſæ illæ fuerint,* hoc autem Breue fuiſſe executioni mandatum, conſtat, ex declaratione, quam Legati, & Patres Concilij fecerunt in hunc modũ. *Declaramus, quod mens SS. DD. noſtri, & noſtra eſt, quod per hoc decretum, nulli ius de nouo acquiratur, nulliuſque ius in proprietate, vel poſſeſſione lædatur, atque demum in omnibus,*

nibus, & per omnia vnumquemque Primatem verum, vel prætenſum in eodem ſtatu,poſt hoc Concilium remanere, in quo anteà permanebat, Quid clarius?

9 Sexto adduci poteſt pro parte Turritani, in actu Sanctæ Inquiſitionis in Sardinia celebrato, pſentibus Archiepiſcopis Calaritano,& Turritano, Turritanum in ſuperiori loco ſediſſe. Sed hoc infringitur. Primo negãdo ſuppoſitum. Secundo dato, & non conceſſo, quod ita euenerit in actu Inquiſitionis Calari celebrato, vbi primum in Regno Sardiniæ illud Tribunal fuit erectum, potuit Calaritanus, ſicut ipſis Inquiſitoribus,ita & Turritano hoſpiti in domo, & Dioceſi ſua voluntariè cedere, & illum honorẽ (vti moris eſt inter Prælatos) impendere: eo vel maximè, quia tunc Turritanus de ambiẽdo Primatu Sardiniæ,nihil cogitabat, neque hunc titulum ſibi arrogabat.

10 Poteſt ẽt Turrita. pro ſe adducere,quod in aliquibus breuibus Summorum Pontificum nuncupatur Primas. Sed hoc infringitur.Primo,quia eã non producit in ſuo Sũmario. Secũdo,quia, etſi produxiſſet (ſi verè, illa habet, quod negatur) nihil probarent, nam neceſſariò debent eſſe moderna à temporibus Clementis VIII. vel Pauli V. & facta ſuggeſtione ſcriptoribus Breuium, vt hic titulus poneretur, hæc autem cum ſolùm ſint verba enunciatiua ſine antiquitate, neque comprobatione cum alijs ſcripturis antiquis, & fide dignis, aut cum authoribus antiquis, nihil probant, *Gabr. cõcluſ. 2. tit. de prob.* Addo, quod enunciatiuæ modernæ nullatenus poſsũt præiudicare iuri antiquo acquiſito, firmo, & ſtabili Calaritani.

Infringitur ius Turritani in eo, quod pro ſe allegat, nempè aliquando, fuiſſe delegatum Sedis Apoſtolicæ. Cap. XXXIX.

1 TAndem circa prætenſionẽ Primatus pro ſe adducere poteſt Turritanus,quod aliquando in Sardinia exercuit aliquem actum delegationis Apoſtolicæ, vt patet in illo Concilio Bonarcadenſi, relato cap. præcedenti, *& ex cap. ea te, de iur. iuran.* in quo refertur Innocentium III. delegaſſe Archiepiſcopo Turritano, vt ſuo nomine reciperet iuramentũ fidelitatis à Marchione Maſſa Iudice Calaritano, quod videtur ſignum Primatus, nam Primates dicebantur Legati nati Sedis Apoſtolicæ.

2 Hæc obiectio facta in fauorẽ Turritani poſtulat, vt explanemus, an ratio delegationis Apoſtolicæ factæ ab aliquo Pontifice, ſit de natura, & eſsẽtia Primatis, quod breuibus expediã, nec grauabun-

uabuntur hic legere (vt opinor) qui fuerint eruditionis antiquæ curioſi indagatores. In qua re Albertus Picolus *de antiquo iure Siculæ Eccleſiæ par. 2. cap. 3.* Expreſsè tenet omnes ferè Epiſcopos, paucis quibuſdã exceptis, dignitate, ac iuriſdictione omninò pares, vetuſtiſſimis Eccleſiæ tẽporibus fuiſſe, ſuæ quemque Ciuitatis, ac Diœceſis cura contentos, neque alterum, alteri ſubiectum, aut, vti nunc dicimus, Suffraganeum appellatum. Deinde verò cum Romanus Pontifex orbis Chriſtiani curam, ſibi vni à Chriſto creditam, cum certis cuiuſque prouintiæ Epiſcopis partiri cępiſſet, mãdatis videlicet eiſdem Apoſtolicæ Sedis vicibus, inde paulatim emerſiſſe Metropolitanorum, ac Primatum dignitatẽ, nempè vt is Primas, aut Metropolitanus diceretur, qui inter vnius, vel plurium prouintiarũ Epiſcopos, ob vices eas, diuturno tempore vſurpatas, iuriſdictionẽ habuit, quod multis exemplis probat.

3 Et primo, exemplo Primatus Eccleſiæ Viennenſis in Gallia, quem ex eo potiſſimum fonte, originem duxiſſe exiſtimat, quod Romanæ Eccleſiæ vices in ſubiectis ſibi Galliæ Prouintijs perpetuò tenuerit. Vnde ſunt illa verba Nicolai II. ad Adonem Viennenſem, relata à Ioanne Boſco, in antiquitatibus Viennenſibus. *Sicut ergo eſt anteceſſoribus noſtris B. ſcilicet Leone, vel à reliquis, pænè uſque ad noſtra tempora, anteceſſoribus, praſtitum eſt, largitione Apoſtolica, vt ad Priuilegium Viennenſis Eccleſiæ, ſeptem prouintiæ pertinerent, in quibus Præſul ipſius, vices noſtras agens conuentus indiceret, & iuſtè, & regulariter iura Eccleſiaſtica definiret.* Eadem habet Gregorius VII. ad Va1remũdum. Et Calixtus II. ad Capitulum Viennenſe, vt refert idem Boſco, loco citato.

4 Secundo probat exemplo Eccleſiæ Lugdunenſis, cuius Archiepiſcopus Primatem ſe in Senonenſi prouintia, veluti Legatum natũ (quod aiunt) aliquando cõtendit, vt conſtat *ex epiſto. Iuonis 50. 61. 67. 71. 118. & ex Seuertio hiſtor. Eccleſiaſt. Lugdunen. parte 1. num. 68. in Hugonis Archiepiſcopi elogio.*

5 Tertio ex Arelatenſi Eccleſia, cuius Primatus probatur ex eodẽ fundamento *in epiſt. ad Leonem I.* nã cum ab eo peterent, vt ex more antiquo Viennenſis, Arelatẽſi ſubijceretur, inter alias quibus Primatum aſtruunt, hoc quoque addunt apud Baroniũ anno 450. nu. 54. *cui ẽt* (ſcilicet Arelatenſi) *Id honoris dignitatiſque collatum eſt, vt non tantum has prouintias, poteſtate propria gubernaret, verum etiã omnes Gallias ſibi Apoſtolicæ Sedis vice mandatas, ſub omni Eccleſiaſtica regula cõtineret.* Sic etiam Vigilius apud eundem Baroniũ *anno 545. num. 4. tom. 7.* cum ad Auxanium

xanium ſcribens, narraſſet prius ſe ei vices Apoſtolicæ Sedis commiſiſſe, hortatur; *talem ſe operibus* 6 *præbeat, vt inde rectum Pontificis iuditium circa eius perſonam oſtendatur, cauſas Epiſcoporum adhibito ſecū competenti numero Sacerdotū, finiat. Fidei verò controuerſias, aut grauiores. quæ Arelati, præ ſui magnitudine terminari non poſſent, ad Apoſtolicā Sedem referat, nullum ex ſubiectis ſibi Epiſcopis, ſine formatis diſcedere è prouintia patiatur*, & tandē ſubdit, *& quia digna credimus ratione cōpleri, vt agentis vices noſtras, Pallij non deſit ornatus, vſum tibi eius, ſicut deceſſori tuo, prædeceſſor noſter Symachus legitur cōtuliſſe B. Petri functa authoritate, cōcedimus*, ſic Pelagius ad Sapaulum apud eundem Baronium, *anno 5 5 5. nu. 1 8. to. 7.* ait. *Vices ſe ei Apoſtolicæ Sedis iniūgere, hoc enim antiquitatis memoria docet, hoc Eccleſiæ Romanæ teſtantur ſcrinia, à SS. Patribus, & deceſſoribus noſtris, tuis deceſſoribus eſſe conceſſum*, & paulò poſt, *non fraternitati tuæ huiuſmodi curas iniūgimus, vt Sedis noſtræ Vicarius inſtitutus, ad inſtar noſtrum in Galliarū partibus, primi Sacerdotis locū obtineas, & quidquid, ad gubernationem, vel diſpoſitionem gerendam, eſt neceſſarium, ſeruatis Patrum regulis, & Sedis Apoſtolicæ conſtitutis, diuini iudicij conſideratione diſpenſes, talemque te in cuſtodiendis Canonibus, Sācta conuerſatione demōſtres, qualem tanti loci decet eſſe Vicarium. Vſum quoque pallij tibi alacriter, affectuoſeque concedimus, &c.*

6 Quarto probat exemplo Archiepiſcopi Theſſalonicēſis, Macedoniæ Primatis, ad quē ſcribēs *Leo epiſt. 8 8.* ita ait, *quoniam ſicut prædeceſſores mei, prædeceſſoribus tuis, ita etiam dilectioni tuæ, priorum ſecutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui, vt curam, quā vniuerſis Eccleſiis principaliter ex diuina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis effectus, adiuuares, & longinquis ab Apoſtolica Sede prouintijs, præſentiam quodammodo noſtræ viſitationis impenderes.*

7 Quinto Probat exemplo Archiepiſcopi Toletani, cui cum Tarraconenſis Archiepiſcop. parere negligeret, Vrbanus Papa ita ſcripſit, vt refert *Azor inſtitut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 3 6. memineris te, ita Archiepiſcopum conſtitutū, vt tàm tu, quàm vniuerſæ prouintiæ Tarraconenſis Epiſcopi, Toletano tamquàm Primati debeatis eſſe ſubiecti. Si ei à nobis, in Toletanæ Eccleſiæ priuilegium conſtitutum, quod nos omninò ratum volumus permanere, nūc autem multò amplius, cum noſtræ ſolicitudinis vices in Hiſpania vniuerſa, & Narbonenſe prouintia iniunximus miniſtrandas.*

8 Sexto affert exemplum Anſegiſi Archiepiſcopi Senonenſis, cui Aymoinus *lib. 5. c. 3 2. & 3 3.* non alio Primatum refert, niſi ad vices Sedis Apoſtolicæ per eum adminiſtratas, nam res geſtas Synodi

nodi Pontigonenſis enarrans, inquit, *Legit Ioãnes Tuſcanẽſis Epiſpiſcopus epiſtolas à Domno Apoſtolico, cum quibus, & legit epiſtolam de Primatu Anſegi Senonenſis Epiſcopi; vt quoties vtilitas Eccleſiaſtica dictauerit, ſiuè in euocanda Synodo, ſiuè in alijs negotijs exercẽdis per Gallias, & Germanias, Apoſtolica vice frueretur, & decreta Sedis Apoſtolicæ per ipſum, manifeſtè efficerentur. &c.*

9 Septimo affert exemplum Iſidori, de quo ſcripſit Tudẽſis in Cianthiano Rege, hæc verba. *Rexit Archiepiſcopatũ Hiſpalenſem, 40. annis, diuerſis fulgens miraculorum ſignis, Primaria dignitate florens, ac Romani Papæ in Hiſpania vicem gerens.*

10 Octauo ex eo confirmat, quia nulla ferè Eccleſia, inſigniori aliquo, Primatis Sedis honore floruit, quæ non ſimul etiam Vicariam Romanis Pontificis præfecturam, in prouintia obiuiſſet, nullam etiam eiuſdem Apoſtolicæ Sedis Legationẽ functam, quæ non prima Sedes diceretur, quod ſenſit Gelaſius, in Cõc. Romano, cum dixit, *Romanam Eccleſiã Primariam eſſe orbis Chriſtiani, Sedem Antiochenam, & Alexandrinam uicẽ ipſius in ſuis prouintijs repræſentare, in quarum exemplum cæteras poſteriores Sedes, ex priuilegio, id ab ipſa Romana Eccleſia conſecutas eſſe, eodẽ modo quo inſtitutæ erant antiquæ*, quod idem ſentit Balſamo, *in meditatis de Patriarcharum priuilegio*, cum Orientis Patriarchas cũ Romano Pontifice conferens, pro innata Græcorum ſuperbia pares illos facere impudẽtiſſimè exiſtimauit: idem etiam ſenſere omnes ferè Romani Pontifices, cum ad Primates ſcribentes nihil frequentius, nihil tritius in ore habent, quam vt oſtendant ſe, cũ illos creant, eos vocare in partem ſollicitudinis, ſuaſque vices illis elargiri, cuius inditium eſt, quod primarum Eccleſiarum Epiſcopis, Romanam Sedem ſuas vices delegare cõſueuiſſe, pluribus exẽplis, teſtatum reliquit Baro. *to. 6. anno 517. num. 63. & tom. 7. anno 589. num. 9.* & quod qui Primates hodie cenſentur, hi quoque Legati nati in ſuis prouintijs appellantur.

11 Vnde infert duplici notione, à veteribus vſurpata, Apoſtolicæ Sedis vices habere, ſiue Legatum eſſe, ſumi; Prima pro Legationis munere, quod ad aliquem actum particularem delegabat Põtifex, ex qua ſæpè non modo Italiç, aut Occidentis Epiſcopi, ſed etiam Romanæ Eccleſiæ presbyteri ad Reges, & Imperatores, imò & ad Concilia, pro Romano Pontifice fungebantur, alius eius vocis vſus erat, cum Pontifex, quod nõ prçſens vbiq; eſſe poſſet, certos Epiſcopos in prouintijs ſeligebat inſignes ſanctitate vitæ, & prudentiæ fama, qui illius vices haberẽt:

inter

inter vtriuſque autem generis legatos,ſeu Vicarios,hoc intererat, quod illorum munus ad breue tempus durabat, hactenus dum impoſitam ſibi prouintiam, aut ſingulares actus, ex præſcripto exequerentur,& ex hac legatione nullatenus inferiur Primatus, vt conſtat, ſiquidem ſolis presbyteris fuit ſolita demandari: horum veró diuturnior erat adminiſtratio,præſertim quando habebant vices Sedis Apoſtolicæ (quas aliquid maius ipſa legatione, autumat iſte author) & has conueniſſe omnibus Primatibus, ſecundũ ſuum aſſertum, & doctrinam, & in illis conſiſtere eſſentialem rationem Primatus,apertè fatetur.

Iuditium Authoris circa præcedentẽ doctrinam, & quomodo à Turritano allegata delegatio, nil illi iuuet ad Primatum.

Cap. 40.

1 SVſpicio hunc authorem, tãquam in antiquitatis, & eruditionis doctrina verſatum, & ex eius doctrina ſufficienter infringitur fundamentum adductum à Turritano, ad probationem ſui Primatus, ex illo actu ſingulari delegato Sedis Apoſtolicæ, quod nihil conducit ad probationem Primatus, vtpotè Epiſcopis, imò, & ſolis presbyteris committi ſolitum à Sede Apoſtolica, quia tamen doctrina, quam affert circa ſecundum genus legationis, in quo ſolùm conſtituit Primatum, ita vt nullam aliam rationem huius dignitatis agnoſcat, præter vices Apoſtolicas cõmiſſas à Summis Pontificibus, omneſque ferè Epiſcopos, vetuſtis Eccleſiæ temporibus, pares dignitate, & iuriſdictione fuiſſe, neque alterum, alteri ſubiectum, mihi non probatur, proferam hic, quod ſentio.

2 Et in primis negari nõ poteſt, curam vniuerſi orbis Chriſtiani Summo Pontifici eſſe creditam, ab illoque tãquam à Capite, omnem iuriſdictionem Patriarcharum, Primatum, Metropolitanorum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiæ emanare, & hoc modo verè dici, omnes vocari in partem ſollicitudinis Sũmi Pontificis; cæterum ſicut ex hoc non infertur iuriſdictionem Patriarcharum, & Epiſcoporum non eſſe ordinariam, ſed ſolũ delegatã, alias tolleretur ordo Hierarchicus Eccleſię, contra doctrinam cõmuniter à Theologis receptam, vt videre eſt in Bellarmino in ſuis Controuerſijs, & in alijs, de hoc puncto tractantibus, ita non tollet quominus iuriſdictio, & dignitas Primatum, ſit etiam ordinaria.

3 Secũdo certum eſt potuiſſe, & aliquando dediſſe Sedem Apoſtolicam hãc dignitatem Primatus (quæ inter gradus Sacræ politiæ tertium obtinet locum) alicui

Z

cui Archiepiſcopo,alioqui, ſecũdum aſſiſtentiam iuris, non Primati. Talis fuit cõceſſio facta Archiepſcopo Piſano ſuper Corſicam,& prouintiam Turritanam Sardiniæ, ſi obreptionis,& ſubreptionis vitio,non laboraſſet; tales etiam fuerunt Primates prouintiarum Africanarum conſtituti in Epiſcopis, æuo antiquioribus, & ſi qui ſunt alij.

4 Tertio certũ eſt pluribus, imò ferè omnibus Primatibus, cõſueuiſſe Pontifices cõcedere ſuas vices in prouintijs, & ſuam perpetuam delegationem, ratione cuius dicebãtur legati nati. Hæc autem delegatio non conferebat illis dignitatem, & ius Primatiale, quod ſupponebatur, vel per aſſiſtentiam iuris,vel per aliam priorem conceſſionem Primatus,ſed erat ſpecialis fauor, & gratia, ſicut,& collatio pallij, qui antiquitus, non habebat connexionem cum dignitate Archiepiſcopali, nec Primatiali, ſed dabatur pro libito Summorum Pontificum, vt optimè notauit idem Picolus, *de antiquo iure Siculæ Eccleſiæ, parte 1.cap 9.& 10.* tum quia illud ornamentum Roma. Pontificis beneficio,plures impetrabant, qui non erant Archiepiſcopi, vt de Leontinorũ Epiſcopo, & de Auguſtodunenſi idẽ obſeruat,ècontra ſæpiſſime inueniuntur Metropolitani, & Primates, qui hoc generis ornamentũ, nõ niſi poſt multum tempus à Metropolitica dignitate accepta, à Sede Apoſtolica obtinebant, vt de Sãcto Malachia Hiberniæ Archiepiſcopo, ſcribit S. Bernardus in vita illius *lib. 2.cap. 9.* & conſtat ex locis adductis cap. præcedenti.

5 Idem omninò aſſerendum eſt de ipſa Legatia,ſeu Vicaria, cuius ſignum eſt,tum quia erat ſeparabilis à dignitate primatiali, etenim iam prius tempore habentibus illam,de nouo conferebatur, tamquam ſpecialis fauor, ipſa delegatio à Sede Apoſtolica; quod etiam ex eo conſtat, quia ſublata delegatione,non ideò primatialis dignitas reuocabatur, & expirabat,idque manifeſtè patet in Piſano,de quo ait Barboſ. *in cap. ſi diligenti de præſcript.§.ſicut tota Sardinia*, hãc delegationem in Archiepiſcopis Piſanis non perueniſſe ad centum annos, cum amplius durarit,eorum Primatialitas prętenſa, ſcilicet vſque ad præſentẽ diem: Tum etiã quia huiuſmodi legatio diuturna, & quæ non niſi cũ ipſa vita finiebatur, ſolis Epiſcopis,nõ metropolitanis,neč Primatibus, eo quod eſſent ſanctitate, vel prudentia inſignes, Sedes Apoſtolica deferebat, vt Paſchaſius Lilybetanus, Lucentius Aſculanus Epiſcopi, & Bonifacius presbyter pro Leone I. Peregrinus Meſſanẽſis, & Ennodius Ticinenſis pro Hormilda, Ioannes Teginus, & Abundantius Paternenſis,

nenſis, pro Agathone, Vincētius Capuanus, & Euſebius Vercellenſis pro Liberio; quos idem Picolus citat, *prædicto c.4.2.p pag.94.*

6 Hęc autem delegatio, & Vicaria Apoſtolica in Primatibus, tria præcipuè operabatur. Primum, dare maiorem authoritatem, & robur ipſiſmet functionibus, & iuriſdictioni, quam vt Primates exercebant. Secundum etiā conferre maiorem in ſua prouintia, in his quæ ſolùm ſpectant ad Romanam Sedem, & quæ ab ipſa ſpecialiter conceduntur ſuis legatis, v.g. in aliquibus diſpēſationibus, collationibus aliquorū ſimplicium beneficiorū, & alijs, quæ ſolis legatis deferuntur. Tertium maiorem extenſionē iuriſdictionis extra ſuam prouintiā, vt delegatio data Arelatēſi, ſuper omnes prouintias Galliæ, cū vti Primas, ſolis ſuis prouintijs præſideret, & data Toletano, quæ extendebatur, vſque ad Narbonenſem prouintiam, quæ eſt Galliæ, Primatus autem Toletanus, ſolū in Hiſpaniam extenditur, quæ ſola, & non Gallia, eſt eius prouintia; ſimiliter cōceſſa Anſegiſo Senonenſi Archiepiſcopo in Germanias, cum eius iuriſdictio Primatialis, inter limites ſuæ prouinciæ, in Gallia terminetur, & ſic de alijs; & idem intelligi poteſt de iuriſdictione Viennenſis Eccleſiæ, ſuper ſeptem prouintias, cū eius iuriſdictio Primatialis intra ſuam prouintiam, prout erat vna Romana ab alijs diſtincta, ſuis terminis clauſa eſſet.

7 Hæc omnia ſupradicta, vera eſſe pro comperto habemus, & in hoc Picolo ſubſcribimus. Attamen dignitatem omniū Primatum, in ſolis vicibus, & delegatione Sedis Apoſtolicæ, per ſpecialia reſcripta, conſtituere, pugnat cū his, quę ipſe aſſerit *c.11. ſuæ 2.par.* & cum veritate ipſa, nam vt conſtat ex Clemente I. Anacleto, Stephano, & alijs, inſtitutio Primatum, & Metropolitanorum, à B. Petri pręcepto, ortum habuit, inſtituentis, vt in Ciuitatibus Metropolibus prouintiarū, vbi prius reſidebant, tempore Æthnicorū, primi Flamines, ibi Primates inſtituerētur, & eſſent, vbi verò Archiflamines, Metropolitani, & Archiepiſcopi, & vbi Flamines Epiſcopi, vt latè *cap. 2. huius lib.* à nobis probatū eſt. Neque de veritate epiſtolarum Clementis, & aliorum Pōtificum dubitari poteſt, cū hęc ipſa inſtitutio Eccleſiaſticę Hierarchię, Leoni VIIII. *epiſt.4. ad Petrum, & Ioannē Epiſcopos Africæ*, probatur, itemq; Nicolao I. *ad conſult. Bulgar.* pleriſq; alijs Pontificibus, quos fides nulli hactenus ſuſpecta fuit.

8 Et confirmatur euidēti inſtātia Concilij Tauritanen. celebrati ſub Ciricio PP. circiter *annum 400. cap. 1.* vbi cum lis fuiſſet orta inter Archiepiſcopos Vienen. & Are-

& Arelaten. circa Primatũ, cum vnuſquiſque illorũ in ea prouintia, ſuũ eſſe ambiret, ſic definiuit Concilium ſecundum aſſiſtentiã iuris, inſtituti à B. Petro Apoſtolo, in illis verbis, *qui probauerit ſuã Ciuitatem eſſe Metropolim, is totius prouinciæ Primatum obtineat*, certè ſi Primatus à ſola delegatione Apoſtolica, & reſcripto Pontificũ ortũ habuiſſet, ad illud recurriſſet Concilium, non ad Metropolim prouintiæ, iuxta aſſiſtentiam iuris; igitur Primatus, & delegatio Apoſtolica, omninò diuerſa ſunt, & mutuo ſeparabilia, atque adeò plures Primates ab illa aſſiſtentia iuris, non ex ſpeciali reſcripto, alicuius Pontificis, ortum duxiſſe, fatẽdum eſt. In quo multò magis cernitur inualiditas fundamenti adducti à Turritano, ad probandum Primatem, ſumpti, ex ſingulari actu delegationis Sũmi Pontificis.

Ex Confalonio ſine iure à Turritano vſurpato, probat ipſe ſuũ Primatum, & impugnatur. Cap. 41.

1 LIcet Turritanus in actis, nõ produxerit hoc fundamentum ad corroborationẽ ſui præſẽtis iuris, tamẽ, quia plures Turritanos, in Vrbe ſe iactaſſe, mihi relatũ eſt, ductos hoc fundamẽto, quia Archiepiſcopus Turritanus in ſolẽnibus proceſſionibus, facit ante ſe deferri Confalonẽ, quod eſt ſignum Eccleſiæ, & ipſe in ſuis reſcriptis nuncupat ſe Vexillarium S. R. E. ideò, illud hic libuit impugnare.

2 Et reuera, qui hoc dicunt clarè oſtendunt, quam ieiuni ſint à notione huius ſigni, & tituli, & ab hiſtorijs ipſis. Porrò, antequã illa diſcutiamus. Primo ſtatuendum eſt pro conſtanti, hoc vexillum, neque eſſe ſignum Primatis, nec Primatialis Eccleſiæ, imò nec Baſilicæ, quæ ſit caput Eccleſiarum Regni, quia plures ſunt in Vrbe Eccleſiæ Collegiatæ, ne dum Epiſcopali dignitate ornatæ, quantò minus Primatiali, quæ in ſolẽnibus proceſſionibus, hoc vexillũ eiuſdem prorſus formæ, & colorum purpurei, & Crocei, ſemper geſtant, quod ipſe Romæ degens, vidi in proceſſione Feſti Corporis Chriſti, & in alijs proceſſionibus, aliam igitur diuerſã ſignificationem, & originẽ, hoc vexillum habere, neceſſariò fatẽdum eſt, quam modo indagandã ſuſcipimus, occaſione fundamẽti allati, vt, & eius notio, ignorantibus ſit cognita, & ſimul appareat, quam ſine fundamento, & iure aliquo, illud Turritanus ſibi vſurpet, nullo alio ductus niſi q̃a, vt ſimia Calaritani, quidquid nouit ab ipſo præſtari, ipſe etiã præſtat, & ſibi arrogat, vt ſimiliter fecit in Primatu.

3 Igitur, vt ab hac negatiua iuris

ris Turritani exordiar, vellẽ ſciſcitari ab eo, quo iure, vel fundaméto, id ſibi tribuat? quid ſignificet hoc vexillum, eius originẽ, quare duplici illo colore fulciatur, & quando à Romanis Pontificibus, fuit hoc titulo, & vexillo, Turritanus inſignitus? plures Turritanos in Sardinia, ſuper hoc conſului, cum eſſem Epiſcopus Algarenſis, & omninò illos ieiunos in hac materia & notione reperi; & ſolum quidam erudituſſimus inter eos, mihi reſpondit, ſe credere hoc vexillũ, & ſignum, ortum habuiſſe à Confraternitate Confalonis in Vrbe Romana inſtituta, cui omnes ferè Confraternitates Sardiniç ſunt aggregatæ, & ideò illud ſignum dici Cãfalonem, & quia aliquis ex Archiepiſcopis Turritanis, fortè fuit Primicerius huius Confraternitatis Vrbis, & ipſa Eccleſia Turritana illi aggregata, ideò vtitur Canfalone, ſeu illo vexillo, quod item de Archiepiſcopo, & Eccleſia Calaritana, quæ illo vtitur, idẽ affirmari debere, cenſebat.

4 Denſi prorſus hoc dictũ, magis ſomniatum, quam verũ. Primo, quia nullo authore, vel traditione illud confirmabat. Secũdo, quia ſi hoc eſſet verum, omnes Primicerij illius Cõfraternitatis, vterentur hoc vexillo, quod eſt falſum. Tertio, quia multò minus vtuntur illo ſucceſſores in dignitate, quam per accidens, habuit aliquis Primicerius illius Confraternitatis. Quarto, quia neq; aliæ confraternitates Sardiniç, & vbique terrarũ, huic aggregatæ, neque alij Epiſcopi, vel Archiepiſcopi deferunt, nec deferre ſomniarunt tale vexillum. Quinto, quia neque ipſa confraternitas in Vrbe, tali vexillo vtitur, multò minus aggregatæ illi. Sexto denique, quia eſt obſcurum encomiũ Eccleſiæ Metropoliticę ambiẽtis Primatũ, eſſe aggregatã (& ideó in hoc inferiorem) cõfraternitati hominum laicorũ, licet in hoc genere, inſigni, nullo modo conferendæ cum Eccleſia collegiata, imò nec minimè Parroquiali. Quod ſi Archiepiſcopus Turritanus aliam notionem habet, ipſe promat, nec habere, certum eſſe, ex eo conuincitur, quia nemini vnquam, nec verbis, nec ſcriptis communicauit, quod ſi communicaſſet, protuliſſent.

Vera notio vexilli Canfalonij, & eius originis, & quomodo Calaritano competat.
Cap. 42.

1 FAnon Germanica vox eſt, quæ linteamen, ſeu velum, aut mappulam ſignificat, cum à Germanis, vela ex haſtilibus dependentia Fanen, vſque hodie appellentur, mãſitque vocis vſus apud Italos, qui vexilla, quin & ſerica, pictaque linteamina exha-

haſtis dependentia, & in ſupplicationibus deferri ſolita, Confanones, ſeu Gonfalones vocant. Hinc Romæ Præfectũ vexilli Eccleſiæ militiæ Gonfalonerium, vt apud Florentinos Magiſtratũ, qui iuridicendo præeſt, Gonfalonerium iuſtitiæ nuncupant. Hæc Durantes, & Panuinius *in voc. obſcur. Eccleſ. interpraetatione*, La Cerda *aduerſ. Sacr. cap. 94. num. 29.* & Sirmondus *ad cap. 13. Tuſiat. concil. a. 865. par. 82. & 348.* in comploratione Ludouici Pij, dũ ſucceſſione apud Sanctum Medardum ageret in cuſtodia, mentio extat haſtarum, quibus tẽpore Litaniarum aptantur vexilla, apud Guaguinum *lib. 3. Chronic. Franc. par. 2.* Plura de illis Durãdus *lib. 3. de Eccleſ. ritib cap. 10 ar. 10.* inter Principes, & Apocriſarios Ludouici Imperatoris Italorum, atque Francorum, qui ſederunt *in Concil. 8. act. 10.* Suppo. I. Concoſanariorum, ſiué (vt legẽdum eſt) Comes Confanonariorũ, Anaſtaſio Bibliothecario Romæ poſtponitur. Vnde vexilla Fanones, & Confanones, vexilliferos autem Cõfanonarios, tum Confalonerios dictos liquet.

2 Prouintiarũ veſtitura per vexillum fiebat, vti Duarenus *lib. 2. cap. de vſib feud.* & Cuiacius *in tit. 2. lib. 2. de feud.* obſeruarunt Italiã Theodorico Regi Oſtrogothorum, Zeno Imperator tribuens, Sacri etiam velaminis dono confirmauit, teſte Paulo Diacono *lib. 26. fol. 26.* Sed in Muſiuo Triclinij Leonis III. quod Eminentiſſimus Cardinalis Barberinus, reſtituendum curauit. Hinc Sanctus Petrus claues Pontifici, & vexillum Conſtantino; inde Sanctus Petrus Orarium Leoni Tertij, & vexillum Carolo Magno tribuens, rurſus exprimitur, eiſdem alternatis coloribus purpureo, & croceo, ſicut modo ĩ Cõfalonibus cernitur, & per vexillum tutela Eccleſiæ, atq; victoria deſignantur. Adrianus Papa claues confeſſionis S. Petri, & vexillum Romæ direxit Carolo Magno, vt habetur in vita Caroli *in pith. a. p. 45.* Tũ Iudices Romanos ad triginta milliaria, vt Carolum exciperent, præmiſit cũ Bandora, ſeu vexillis, ſic Anaſtaſ. *pagina 155. in Hadria.* vexillum à Leone III. miſſum Ciaconius, *p. 266. & 278.* addit, & claues, quamquàm iã anteà Gregorius III. illas miſiſſet Carolo Martello in formula donationis Vrbis à Conſtantino, quæ Græcè habetur, apud Photium *in homo. can. f. 8. cap. 1.* & in codicibus Vaticanis concedit Pius Auguſtus, S. Sylueſtro; ſic quos Confanones donarat Sylueſtro Conſtantinus, Carolo Hadrianus, & Leo tradiderunt, & illum primum Eccleſiæ Confaloneriũ conſtituerunt, tanquam tutorem, & protectoré, qui armis, eius iura defenderet,

ſeu

ſeu potius Conſtantinus, & Carolus Magnus à S. Petro, vel à Pōtificibus eius ſucceſſoribus, vexillo donati renunciantur Eccleſiæ aduocati, atq; defenſores, & Cōfalonerij, & per bāda tradita Sylueſtro à Cōſtantino donatio Vrbis, & Italiæ declaratur.

3 Verum cū Imperatores obliti ſui muneris, in Eccleſiam ipſam graſſarentur, inque Pontifices ſęuirent, nec illis (vti par erat) obtemperarēt, alios, illi Confalonerios præficere compulſi, vexilla demandarūt Regibus, & Principibus viris, quos Chriſt. religionis propagandæ, & conſeruādæ ſtudioſos opinati sūt, ſub Gelaſio II. Stephanum Normānum protectorem, ac vexilliferū Vrbis cuſtodem, cōperi in Pandulpho Piſan. *in vita Gelaſij II.* Diu poſt ab Innocentio IIII. Thomā Sabaudiæ Comitem Gonfalonerium Eccleſiæ delectum; eique demortuo ſuffectum Philippum Thomæ fratrem, ait Panſa. *in vita Innocentij IIII pag. 33*. Vexilliferum Eccleſiæ, Regem Aragonum deſignauit, etiam Bonifacius VIII. vt tradit Ptolem. Lucen. in anna. lib. *pag 228. ad a 299.* & D. Antoninus, vt inferius, & plures alios, diuerſis temporibus, Romani Pontifices conſtituerunt.

4 Inter quos fuit Archiepiſcop. Calaritanus, qui immemoriali traditione multorum ſæculorū, nuncupat ſe vexillarium S. R. E. & vtitur eius vexillo, vulgo dicto *Canfalon.* eiuſdem formæ, & colorum, quo vtuntur plures Eccleſiæ collegiatæ Romæ, & facit illū deferri in proceſſionibus generalibus, quod vt in plurimū geſtat Fiſcus presbyter, & Beneficiatus Eccleſię Calaritanę, & Curię Archiepiſcopalis, inſedens equo, & amictus ſuperpelliceo, & Dalmatica ſerica, capite tecto ſuo clericali birreto, nunc indagādum eſt de origine huius tituli, & vexilli in Sardinia.

5 Et quidem in Calaritana Eccleſia, & Vrbe conſtans traditio eſt, eſſe titulum, & vexillum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ collatum Archiepiſcopo Calaritano, à Sereniſſimis Aragoniæ Regibus, accedente approbatione, & conſenſu Summi Pontificis, vt in re, & præeminētia Eccleſiaſtica, neceſſariò ſupponendum eſt; quomodo autem hoc dare, pertinuerit Sereniſſimis Aragoniæ Regibus, & quo iure, hic paucis abſoluam. Etenim vt refert D. Antoninus *tom. 3. hiſtor. titu. 22. cap. 8. §. 5. fol. 81. col. 3. anno 1297. Ptolem. Lucen. in Annal. pag. 228. ad annum 1299.* quibus concordant Surita in Annalibus Aragonię ad illum annū, & alij hiſtorici, Bonifacius VIII. Pōtifex Maximus Iacobum II. ſeu Don Gaimum Aragonum Regem, compoſita pace cum Carolo II. Rege Apuliæ, cū Regno Siciliæ à ſuo parēte

Petro

Petro III. Aragonum Rege, hæreditario iure, accepto, in gratiā Pontificis ceſſiſſet, illum gratificans Pontifex inſtituit Admiraldum, & vexilliferum Sanctę Romanæ Eccleſiæ in mari, quando fieret expeditio contra Sarracenos, ad conquæſtum Terræ Sanctæ, ac etiam dedit ei priuilegium Regni Sardinię, ita tamen, quod educeret ipſum de manibus Piſanorum, & aliorum occupantium illud. *Hæc D. Anto. & Ptolem. Luc.*

6 *Poſteà* verò non ſecuta illa expeditione Terræ Sanctæ, nec alia ſimili, Sereniſſimi Aragonię Reges, cupientes Calaritanam Primatialem Eccleſiam, eiuſque Archiepiſcopum Sardiniæ, & Corſicæ Primatem, ſplendidis titulis, & honoribus exornare, Pontificis permiſſu, & authoritate, in Archiepiſcopum Calaritanū, hoc munus, & titulū perpetuo tranſtulerunt.

7 Hæc, inquam, conſtant immemoriali traditione Eccleſiæ, & Vrbis Calaritanæ; cuius illuſtre hic proferimus teſtimonium, in quibuſdam litteris exhortatorijs, quarū originale in Archiuio Curiæ Calaritanæ ſeruatur, in quibus manifeſtè continetur; tuiſſe iuridicè probatam, & approbatā à Prorege, tunc Don Antonio de Cardona, & Miniſtris Regijs, hāc immemorialem traditionē collationis huius tituli, & vexilli, Archiepiſcopo Calaritano, à Sereniſſimis Aragoniæ Regibus. Etenim cum tempore harum literarū vacaret ſedes Calaritana proprio Paſtore, tunc deſtituta, optimam ratus occaſionē Alepuſius Turritanus Antiſtes, titulum vexillarij S.R.E. (quod Calaritano inuiderat) propria ſibi authoritate vſurpauit, de qua vſurpatione certioratum Capitulum Calaritanum à Prorege poſtulauit, vt illi nouitati, conueniens remediū adhiberet, vtpotè rei pertinentis ad Regiam regaliam, à Rege, annuente Pontifice (vt in antiquis præſumi debet) Calaritano conceſsā; cuius poſtulatis, vtpotè iuſtis, & præuia iuridica informatione probatis, expediri mandauit cōtra Turritanum literas exhortatorias tenoris ſequentis.

Lo Emperador dels Romans, &c.

DON Antonio de Cardona Comendador de la Orde, y milicia de S. Iaume de la Eſpaſa, Camerlench, y Conſeller de la Sacra Ceſaria, Catholica, y Real Mageſtat, Reyna, y Rey noſtres Señors, y per ſa Mageſtat Llochtinent, y Capita general en lo preſent Regne de Cerdeña. Al Reuerendiſſim Don Saluador Alepus Archibisbe de Torres, ſalut, ab continua proſperitat. Apres de noſtra vinguda en la preſent Ciutat de Caller, hauem viſt vna ſupplicacio per lo Ve-

lo Venerable Procurador del Reuerent Capitol de la Seu de Caller, preſentada
à vint y vuit del mes de Abril propaſſat, al molt Spectable Lloctinent general,
Don Hierony de Aragaill, per los grans è innumerables ſeruiſis, y bones obres,
que à la Santa Igleſia Apoſtolica, y à los Reyes de Arago, de indeleble memo-
ria, ſon fetes, entre las altres coſas, que la dita Santa ſede Apoſtolica per moſtrar-
ſe en part grata de tants ſeruiſis feu, fonch esta, quals dits Reyes in perpetuum
fonch, dat, y acomanat lo Conſalo de la Igleſia Romana, y de aquell à los Reyes
qui per temps ſeran, foren criats Canſaloners perpetuos, de hont apres ſeguit, que
vn Rey de Arago, volent molt declarar, y denotar les prerogatiues, dotar la
Igleſia Calaritana, volgue ab dignitat de la Santa Sede Apoſtolica, que lo Ar-
chibisbe de Caller, que lauors era, y per temps ſeria en lo preſent Regne de Cerde-
ña, en nom, y per part de la Regia Mageſtat fos Canſaloner, y tingues lo Can-
ſalo, etiam applicantlo aquell, ales armes, y inſignes del que procederia en dita
Igleſia Calaritana, com es publich, y notori, y axi en las Profeſſons ſolemnes dels
dies del Corpus, de noſtra Señora de Agoſt, primer die de Quareſma, y de la fe-
ſta de la Concepcio, ſempre ſe hà portat lo Canſalo de tant de temps en ça, que no
hy hà memoria de homes en contrari, y en totes les armes dels Archibisbes qui ſon
eſtats ſe troba lo Canſalo, ſegons atteſtan, y es à veure en moltes parts de las
Igleſias, del Palaci Archibiſpal, per hont no es licit ad algun Prelat en lo preſent
Regne vſar del Ganſalo, ni portar aquell en profeſſons, ni altres Feſtes, ni ſolem-
nitats, ni applicarlo en armes, ni vſarlo en altra manera, per que à los Archi-
bisbes de Caller tant ſolament es otorgat, y no pot algu vſurparſe les honors, y
prerogatiues à altri otorgades, que vltra lo perjudiſi de la Igleſia Calaritana, y
del qui preſidex en aquella, reſultaria gran deſeruici de la Santa ſede Apoſtolica,
y de ſa Mageſtat, y com à noticia dels Reuerents Vicari, Canonjes, y Benefi-
ciats de la dita Igleſia Calaritana, haurà peruingut que lo Reuerendiſſim Elect
de Torres, preparantſe com ſe diu per acantar Miſſa, ſe prepara de voler vſar
del Canſalo, lo que no pot, per las coſas ſobreditas, y ſeria coſa ſcandaloſa, que
tal ſe fes, y axi ab propria authoritat, enterres de ſa Mageſtad, vſurparſe coſes
de altri, com à V.S. pertenga obuiar ſcandalos, y mantenir à caſchu ſon dret, y
preſeruar los vaſſaills de ſa Mageſtat, eſpecialment los Eccleſiaſtichs de inju-
ries, y violenties, ſupplican à V.S. dits Reuerents Vicaris, Canonjes, y Bene-
ficiats de dita Igleſia Calaritana ab lletres opportunes, y condecents, proueeſca,
y mane que lo Reuerendiſſim elect, en manera alguna per via directa, ni indi-
recta, no vſe el Canſalo, com axi de juſticia fer ſe dega, y ſobre açò lo Noble offi-
ſi de V.S. imploren, ne dum præmiſſo, ſed etiam alio quocunque meliori modo,
&c. & licet, &c. Et nos volents ſobreſdites coſes ſupplicadas degudament pro-
uehir, per que de quant preſidim en lo preſent Regne, hauem viſt, y ſom informats
de molt temps en ça, lo Illuſtriſſim Archibisbe de Caller està en poſſeſſio del Can-

falo, y ningun altre Prelat del preſent Regne es eſtat viſt vſar de aquell, y per que es juſt, y à raho, y juſticia conforme, que al Archibisbe de Caller no li ſia fet perjudiſi per voſtra Paternitat en la poſſeſſio, que te del dito Canſalo, haja de vſar. Perço inſtants lo Reuerent Vicari de Caller, y dit Procurador, de part de ſa Mageſtad requerim à V.P. y de la noſtra exortam, que vos ſligau, y no permitau vſar de dit Canſalo ſins altrament per ſa Mageſtat, ò per nos oydes les dites parts, hy ſia prouehit, com axi conuenga al ſeruici de ſa Mageſtat per euitar contenſions, y ſi per V.S. fos fet lo contrari, lo que no creem, nos couendria, juſticia ſuadente per lo ſeruici de ſa Mageſtat prouehir, y proſcehir ſegons per dret, y juſticia, y raho trobaran ſer fahedor. Dat en Caller à 6. de Maig M. D. XXXXIII.

Don Antonio de Cardona.

V.B. Simonis Reg. *S. Oliuar Not. &c. pro Serra.*

Hæ autem litteræ exortatoriæ in latinum verſæ ab interprate Romæ, ſic habent.

Romanorum Imperator.

DON *Antonius de Cardona Commendator, Ordinis, & militiæ S. Iacobi de Spata, Camerarius, & Conſiliarius Sac. Cæſareæ Catholicæ, & Regiæ Maieſtatis, Reginæ, & Regis Dominorum noſtrorum, & pro ſuis Maieſtatibus Locumtenens, & Capitaneus Generalis in præſenti Sardiniæ Regno. Reuerendiſſimo Don Saluatori Alepus Archiepiſcopo Turritano ſalutem, cum continua proſperitate; Poſt noſtrum ad præſentem Ciuitatem Calaritanam acceſſum, vidimus quandam ſupplicationem per venerabilem Procuratorem R. Capituli Sedis Calaritanæ præſentatam, die 28. menſis Aprilis, proximè præteriti. Admodum Spectabili Locumtenenti Generali Don Hieronymo de Aragall, propter magna, & innumerabilia ſeruitia, bonaq; opera Sanctæ Eccleſiæ Apoſtolicæ per Reges Aragonum indelebilis memoriæ præſtita, inter alia, quæ dicta Sancta ſedes Apoſtolica, ad oſtendendum ſe in parte gratam pro tot ſeruitijs illi præſtitis, hoc fecit, quod videlicet dictis Regibus in perpetuum dedit, commendauit, & communicauit vexillum, ſeu Confalonem Eccleſiæ Romanæ, quodque Reges, qui pro tempore forent, creati, eſſent illius Confalonerij perpetui. Inde poſteà ſequutum eſt, & contigit, quod vnus Rex Aragonum cupiens ſummoperè declarare, & denotare prærogatiuas, ac decorare Eccleſiam Calaritanam, voluit mediante dignitate Sanctæ ſedis Apoſtolicæ, quod Archiepiſcopus Calaritanus,*

qui

qui tunc temporis erat, & pro tempore foret in præſenti Sardiniæ Regno, nomine, & ex parte Regiæ Maieſtatis, eſſet Confalonerius, & teneret, ac haberet Confalonem illum, etiam applicando, apponendo in armis, & inſignijs illorum, qui ſuccederent in Eccleſia Calaritana, vt eſt publicum, & notorium, & ſic in proceſſionibus, ſolemnibus dierum, & Feſtiuitatum Corporis Chriſti, Beatæ Mariæ de menſe Auguſti, & prima die Quadrageſimæ, ac in Feſtiuitate Conceptionis, ſemper delatus fuit Confalon, ſeu vexillum à tanto tempore, & citra, quod non adeſt memoria hominum in contrarium, & in omnibus armis Archiepiſcoporum, qui pro tempore fuerunt, repetitur Confalon, ſeu vexillum, vt atteſtatur, & videre eſt in multis Ianuis Eccleſiarũ, & Palatij Archiepiſcopalis, quapropter non eſt licitum alicui Prælato in præſenti Regno vti Confalone, nec illum geſtare in Proceſſionibus, nec in alijs Feſtiuitatibus, nec ſolemnitatibus, nec eum applicare armis, nec illo vti alio modo, quia ſolũmodo Archiepiſcopis Calaritan. conceſſus eſt, & nequeunt aliqui alij, illum ſibi vſurpare, nec prærogatiuas alij conceſſas: Etenim vltra præiuditium Eccleſiæ Calaritanæ, & illius qui in illa præſidet, ſequeretur, & reſultaret magnum damnum ſeruitio Sanctæ ſedis Apoſtolicæ, & ſuæ Maieſtatis, cumque ad notitiam R.R. Vicarij, Canonicorum, & Beneficiatorum dictæ Eccleſiæ Calaritanæ deueniſſet, quod Reuerendiſſimus electus Turritan. præparando ſe: prout dicitur ad canendum Miſſam ſe præparat velle vti Confalone, quod non poteſt facere, præmiſſis de cauſis, & rationibus, & eſſet ſcandaloſum, quod tale fieret, & quod ſic propria authoritate in terris ſuæ Maieſtatis vſurparet alijs competentia, & ſpectantia, quia Dominationi veſtræ incumbit, & ſpectat ſcandalis obuiare, & quemquam in ſuo iure manutenere, & præſeruare vaſſallos ſuæ Maieſtatis, & ſignanter Eccleſiaſticos ab iniurijs, & violentijs, ſupplicant Dominationi veſtræ, prædicti Reuerendi Vicarius, Canonici, & Beneficiati dictæ Eccleſiæ Calaritan. vt mediantibus litteris oppoſitionis, & condecentibus prouideat, & mandet, quod dictus Reuerendiſſimus electus, nullo modo, via directa, nec indirecta, vtatur Confalone, prout ſic, iuſtitia mediante fieri debet, & ſuper hoc, nobile offitium Dominationis veſtræ implorant, nedum præmiſſo, ſed & alio quocumque meliori modo, &c. & hæc, &c.

Et nos volentes ſuperi præmiſſis ſupplicationibus debitè prouidere, quia à tempore quo præſidemus in præſenti Regno, vidimus, informatiq; ſumus, quod à multo tempore, & citra, Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Calaritan. exiſtit in poſſeſſione Cõfalonis, & nullus alius præſentis Regni Prælatus viſus fuit, illo vti, & quia iuſtum eſt, rationiq;, & iuſtitiæ conforme, quod dicto Archiepiſcopo Calaritano præiuditium non fiat, nec inferatur per veſtram Paternitatem in poſſeſſione, in qua exiſtit, quamque habet prædicti Confalonis, illoque vtendi. Propterea inſtantibus R. Vicario Calaritano, & dicto Procuratore ex parte ſuæ Maieſtatis

requirimus Dominationem veſtram, & ex noſtra hortamur, quod vos abſtineatis, & non permittatis vti dicto Confalone, donec aliter per ſuam Maieſtatem, & per nos, auditis dictis partibus, deſuper ſit prouiſum, cum ita conueniat ſeruitio ſuæ Maieſtatis ad euitandas contentiones, quod ſi per Dominationem veſtram contrarium factum fuerit, quod non credimus, nobis conueniet, iuſtitia ſuadente pro ſeruitio ſuæ Maieſtatis prouidere, & procedere, prout de iure, & iuſtitia, ac ratione inueniemus fore faciendum, & procedendum. Dat. in Ciuitate Calaritan. die 6. menſis Maij anno 1543.

Don Antonius de Cardona.

V. B. Simonis R. *S. Oliuar Not. &c. pro Serra.*

8 Ex quibus litteris conſtat primo, eo tempore, quo emanarunt, ſolum Archiepiſcopum Calaritanum, fuiſſe in antiqua poſſeſſione vtendi Canfalone, nullumque alium Prælatum Regni Sardiniæ fuiſſe vnquam viſum illo vti, atq; adeò recenter tunc fuiſſe illius vſurpationē ab Archiepiſc. Turritano, vt clarè cōſtat ex illis verbis; *Quia à tempore quo præſidemus in præſenti Regno vidimus, informatiq; ſumus, quod à multo tempore citra, Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Calaritanus, exiſtit in poſſeſſione Canfalonis, & nullus alius præſentis Regni Prælatus viſus fuit illo vti:* vbi, & ſe teſtem occularé poſſeſſionis huius prærrogatiuæ Archiepiſcopi Calaritani, Prorex ille fatetur, & hoc ſibi conſtare ex præuia informatione teſtium, de hac immemorabili poſſeſſione, tunc deponentium, & ex ſtematibus Archiepiſcoporum Calaritanorum antiquiorū, in quibus fuit repertus Canfalon in multis ianuis Eccleſiarum, & Palatij Archiepiſcopalis, vt libellus Vicarij, Canonicorum, & Beneficiatorū Eccleſiæ Calaritanæ autumat.

9 Conſtat ſecundo ſufficienter motum fuiſſe illum Proregem ad has litteras expediri, iubēdum, per teſtium informationem, qui depoſuerunt, ſolum Archiepiſcopum Calaritanum in Sardinia vſum fuiſſe Canfalone, teſtes autem in rebus antiquioribus viuētiumque memoriam planè excedentibus; tamquam de publica voce, & fama, nec non traditionibus antiquis deponētes, probant plenitſimè. *Innoc. in cap. veniens nu. 6. verſ. & non mireris de verb. ſignif. Abb. in cap. inter dilect. nu. 6. de fid. inſtrum.* latè *Felinus in cap. veniens el. 1. num. 26. de teſt. & in cap. cum cauſam nu. 9. verſ. ſed dicas de probat. Bellam. deciſ. 70. Caſſad. deciſ. 2. de probat. Caputaq. deciſ. 344.*

344. num. 3. & 347. num. 4. part. 3. Put. deciſ. 74. num. 2. lib. 1. quos refert, & ſequitur Rota in Cæſarauguſtana Cathedralitatis corã R. D. Coccino Decano. 1. Martij 1630.

10 Cõſtat etiam ſufficienter motum fuiſſe Proregem, eo quod in ſtẽmatibus antiquorum Archiepiſcoporum Calaritanorum, in ianuis Eccleſiarũ, & Palatij Archiepiſcopalis, poſitis, fuerit repertus ſculptus, ſeu pictus Canfalon, nam his inſignijs picturis, vel ſculpturis, maxime, vt hic, in antiquiſſimis plurimum defferri, docetur *in cap. cum cauſam*, & ibi *Gloſa in verb. libros de probat. cap. audentiam el 2. de præſcript. cap. cum olim de cẽſib. Aym. de antiquit. temp. part. 1. limit. 8. num. 14. Bald. conſ. 319. & 310. vol. 5. Dec. cõſ. 13 1. num. 1. Guido Papa deciſ. 341. nu. 3. Rota deciſ. 482. num. 4. part. 1. recent.* quos omnes citat, & ſequitur, eadem Rota, citata deciſione in cauſa Cæſarauguſtana Cathedralitatis. Nõ enim eſt veriſimilem, prędictas picturas, ſeu ſculpturas ſtẽmatum Archiepiſcoporum Calaritanorum in locis publicis poſitas, fuiſſe ſemper per Proreges, & Miniſtros Regios toleratas, ſtante hoc, quod Canfalon fuit prærogatiua à Sãcta Sede Apoſtolica Aragoniæ Regibus, conceſſa, ſi contra veritatem, leuioribus ĩnixæ probationibus, ac fundamentis, pro libito, ab Archiepiſcopis Calaritanis appoſitæ fuiſſent.

11 Quia autem propter has litteras ad Regiam Maieſtatẽ, & eius Supremum Concilium prouocatum eſt, in eo lata fuit ſententia, eaque iuſſum, vt Archiepiſcopus Saſſaritanus, expoliaretur dicto exercitio Canfalonis, quod executioni mandauit, dictus Dõ Antonius de Cardona Prorex Sardiniæ, vigore Regij decreti, & ſententiæ ſub dat. Valliſoleti die 28. Iunij anno à Natiuitate Domini 1548. in Sardiniæ 4. fol. 25. prædictum Priuilegium Confalonis, ſoli Archiepiſcopo Calaritano reſeruando. Et tunc Alepuſius deſtitit ab hac vana prætenſione, quoad vſq; eius moderni ſucceſſores, illam iterũ redintegrarunt, quod inter alia, ex recenti facto Canfalone, quo vtuntur, aperte conſtat, nec præſſic Calaritanos Antiſtites, cura eos cohibendi, neſcio, an neglectu, vel parui pẽdendo eos, cum ipſi hoc ſignum, ad Confraternitatem Canfalonis Vrbis Romæ deferant, & reducant. Nos autem curabimus de nouo cohiberi.

12 Ex quibus manifeſte conſtat, ex Canfalone, ſiué vſurpato, ſiuè male intellecto, nullum fundamentum etiam apparens ſuffragari iu fauorem Primatus prætenſi Turritani.

Obiecta

Obiecta cōtra Primatum Calaritanum diluuntur. Cap. XXXXIII.

1 CONtra Primatum Calaritani, primo obijci poteſt, quia Calaritanus neque habet titulum, nec Priuilegium Primatus, igitur non eſt Primas. Reſpondetur, Calaritanum eſſe Primatem, non ex ſpeciali aliquo Priuilegio alicuius Summi Pōtificis, ſed per aſſiſtētiam iuris, adiunctis omnibus, quæ in ſuperioribus dicta ſūt præſertim poſſeſſione immemoriali nuncupationis Primatis, & exercitij iuriſdictionis aliquorū actuum, ex qua de iure præſumitur *Menoch. lib. 6. præſump. 67. etiā ex tit. præambulo*, nam poſſeſſio immemorialis, tres effectus principaliter operatur. Primus, inducit præſcriptionē, vt eſt notoriū. Secundus, eſt firma ratio, & cauſa interpretandi, & declarandi res dubias *l. minima; & l. cum de interpretatione ff. de legibus Menoch. lib. 3. præſump. 103. num. 36. Moli. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 57. & 58.* Tertius eſt ſupplere præſūptiuè, interueniſſe in illo actu quācumque ſolemnitatem, de iure requiſitam, & primum titulum, & conceſſionem, ſiué quamcunque aliam cauſam neceſſariam ad validitatem talis actus; ita vt eadem immemorialis poſſeſſio, deſeruiat loco tituli, *l. hoc iure §. diutius aqua ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, & ibi DD. Gozadi. conſ. 73. nu. 15. & 19. verſ. 15. Ancharan. conſ. 69. num. 3. Menchaca illuſtr. quæſt. lib. 2. cap. 36. nu. 4. Maſcar. concl. 1317. num. 1. Menoch. præſumpt. 131. num. 50. lib. 3.*

2 Secundo obijci poteſt contra Calaritanum; nam ſi antiquitus, omnes Antiſtites Regni erāt eius ſuffraganei, igitur non habebat ſubditos Metropolitas, atq; adeò, non poterat eſſe Primas. Reſpondetur primo, quod eſto Turritanus, & Arborenſis fuiſſent antiquitus Metropolitani, potuerunt eſſe, & nūcupari ſuffraganei Archiepiſcopi Calaritani tamquam Primatis, quia non repugnat eſſe Archiepiſcopum, & ſimul eſſe ſuffraganeum Primatis, *Sebaſtia. Cæſar. de Eccl. Hierarch. diſp. 4. §. 4. nu. 3. Abb. in cap. antiq. de priuil. Petr. Greg. Toloſa. Syntag. iur. vniuer. lib. 15. cap. 10. num. 6.*

3 Secundo. Reſpondetur non eſſe de eſſentia Primatis habere actu Archiepiſcopos ſubditos, ſed ſufficit illos habere poteſtate, & aptitudine, quod duplici ratione Probatur, prima quia Apoſtoli inſtituerunt Primatus in Ciuitatibus Primarijs, vbi antea reſidebant primi Flamines Gentilium (nam tempore Apoſtolorum, inſtitutio Primatum, facta à Beato Petro habuit initium) at hoc nullatenus fieri potuiſſet, ſi adhoc fuiſſet neceſſarium, erectas eſſe in illis Prouintijs Sedes Archiepiſcopales, quæ poſtea, dilatata fide,

& Euan-

& Euangelij prędicationem fundatæ ſunt; imò D. Petrus, quando primam Sedem Romæ fixit, quæ ſimul eſt caput totius orbis, & Patriarchalis Occidentis, vt tenent *Matthæus Vgo, in tract. Doctorum Sebaſt. Cæſar. de Eccleſ. Hierarch. diſp. 4. §. 2. & alij*, tunc certum eſt neque in Italia neq; in Occidente fuiſſe Archiepiſcopos, ne dum vix Epiſcopos, & idem accidit in fundatione Sedis Alexandr. Antiochen. & aliarum.

4 Secundo. Probatur manifeſtis exemplis, tùm Primatum Africę, præcipuè illarum Prouintiarum, in quibus, Epiſcopus conſecrationis ęuo antiquior, Primatum adipiſcebatur: tùm etiam exemplo Primatis Aquileiæ in Italia, qui non habet Metropolitas, ſiuè Archiepiſcopos, ſibi ſubiectos, vt referunt, *Alberic. in rubr. ff. de ſtatu hominum, & Nicolaus Boerius de ord. grad.* Idem conſtat de Primatibus Mediolanen. & Rauenat. quia antiquitus nullos habebant Archiepiſcopos ſuffraganeos.

5 Tertio. Obijcitur, quia Eccleſia Calaritana eſt moderna, conſtructa tempore Piſanorum, ante illam autem non reperitur alia prior, ſiquidem Baſilica S. Saturnini nō potuit eſſe Sedes Archiepiſcopalis, multo minus Primaria, quia fuit Eccleſia prioralis à Beato Fulgētio erecto prioratu, ergo neque eſt, neque potuit eſſe Primatialis. Reſpondetur de Eccleſia Calaritana dupliciter poſſe loqui, vel formaliter, quatenus dicit cōgregationem fidelium, ſub vno capite in Vrbe Calaritana, *Bald. conſ. 416. circa medium lib. 4. Tuſch. concl. 2. num. 113. tom. 3. & alij*. Et hoc modo Eccleſia Calaritana eſt antiquior in tota Sardinia, & in qua prima Sedes Epiſcopalis, inſtituta eſt, à B. Clemente *anno Domini 46.* vt cap. 5. huius lib. probatum eſt; & ſemper inuariabiliter permanſit in eodem loco, vbi nunc ſita eſt Vrbs Calaritana, quia nunquam funditus fuit euerſa, ſicut reliquæ Vrbes Sardiniæ, non obſtante, ꝙ contrarium autumet Fara Saſſarēſis in Codice manuſcripto; ſed ſine fundamento, nullum pro ſe citās authorem, imò contrarium, tenuit Arca author neutralis; *lib. de Sanctis Sardiniæ*: licet cum aliqua variatione ſitus, & figuræ, ſicut accidit Romæ, & alijs Vrbibus; nam aliquādo, fuit magis longa, quam lata, iuxta illud Claudiani *lib. de bello Gildonico, tenditur in longum Calaris*, aliquando magis lata quā longa, ſicut modo cernitur, ſemper tamen in eodem loco, & ſitu, huiuſmodi enim variatio figuræ in eodem loco, non mutat Vrbem, vt eſt per ſe notum.

6 Secūdo modo poſſumus loqui de Eccleſia Calaritana materialiter, pro tēplo materiali, & Primatiali, & ſi ſummatur hoc modo. Reſpondetur, vſque ad tempora

Con-

Conſtantini Magni, dùm perſecutio Eccleſiæ durauit, non extitiſſe, niſi Oratoria ſecreta in criptis, & cementerijs martyrum, & hoc Calari erat conſtructum, in loco nũcupato *noſtra Domina Portu*, vbi poſtea fuit fundata Eccleſia, in qua reſident Religioſi Sanctiſſimæ Trinitatis, & in qua B. Petrus Apoſt. prædicauit Chriſti fidem, & Baptizauit aliquos Calaritanos, vt late Bonfant in Triumpho Martyrum lib. 1. cap. 5. & ſeq. & lib. 13. cap. vlt.

7 Poſtea, adueniente aureo ſęculo Conſtantini Magni, cum Calari Baſilicam S. Saturnini, regia magnificentia extruxiſſet, vt habetur in Relatione Don Franciſcī Deſquiuel, facta Paulo V. de Sacris pignoribus martyrum in ea inuentis, & in alijs Authoribus Calaritanis hæc fuit tunc, Templum, & Eccleſia Maior Calaritana, propter ſuam magnitudinem, & magnificentiam, vt refert Diſcipulus S. Fulgentij in eius vita, quæ habetur, *apud Suriũ to. 1. & apud Faram lib. de rebus Sardois pag. 104.*

8 Nec refert, quod poſtea in ea S. Fulgentius erexerit Prioratum, ratione cuius Archiepiſcopi Calaritani nuncupantur Priores S. Saturnini, quia hoc nõ tollit fuiſſe Eccleſiam Maiorem Cathedralem, & Primatialem, ſicut neque obſtat, quod in Baſilica Sãcti Ioannis Lateranen. Romæ fuerit erectus Prioratus eiuſdem Ordinis S. Auguſtini, vt referunt Prouincialis omnium Eccleſiarum, relatus à Rebuffo *in practica Cancellariæ Apoſtolicæ Alberic. in rubr. ff. de ſtatu hominum, Card. Tuſch. tom. 6. concl. 91.* & ſicut Canonici Regulares S. Auguſt. fuere inſtituti viuente D. Auguſt. & ortum habuerũt à Nazaræis, quibus cõmittebãtur Sancta Sanctorum, ita commiſſa fuit eis Baſilica Lateranen. Eccleſia Primatialis Orbis dicta à D. Cyrillo *Sacra Martyrũ ædes, Tuſch. to. 1. concl. 2. nu. 3. l. B. & Cach: alupo conſ. 4. poſt. conſ. Zabarel. num. 2. Ioannes de Deo in ſuo paruo opere de dipenſat.* Pari exẽplo Baſilica S. Saturnini, Sacra innumerabilium Martyrum ædes, & Sardiniæ Primaria, fuit commiſſa D. Auguſtini alumnis.

9 Poſtea Vandalis, Sarracenis, & alijs, Sardiniam bello vaſtãtibus, cùm partem Vrbis, & Baſilicæ S. Saturnini ſolo æquaſſent, Calaritani, ad partem tutiorem, & mõtanam, vbi hodie extructum eſt Caſtrum, ſe receperũt, & ibi edificarunt maiorem Eccleſiã, quæ hodie S. Ceciliæ nuncupatur. Ad hanc autem mutationem, ſiuè tranſlationem, à Baſilica S. Saturnini, ad Templum S. Ceciliæ non fuit neceſſariũ reſcriptum Apoſtolicum, ſed ſola authoritas ordinarij, quia fuit intra eandem Vrbem; & ſi neceſſarium fuiſſet indultum Apoſtolicum, in antiquis

præ-

præſumitur, *Tuſch. tom. 7. concl. 322. Maſcard. concl. 179.* qui plures alios allegant, & ſtante immemorabili, non requiritur tituli allegatio. *Alex. conſ. 6. in prin. lib. 1. Iaſ. l. de quibus num. 49. ff. de legibus, late Crauet. de antiq. temp. part. 4. n. 49. & ſequent.*

10 Quarto obijcitur, quia Vrbs Calaris dicta fuit à Sigoniæ *Opidum*, igitur non fuit Vrbs maxima, & Clariſſima Sardinię. Reſpondetur nomen *Opidum*, eſſe commune Vrbibus, etiam maximis, vt videre eſt in Calepino verbo, *Opidum*.

11 Quinto in Concilio Epheſino reperitur *Epiſcopus Caraliæ*, non inter Primates, ſed inter Epiſcopos, igitur Archiepiſcopus Calaritanus non fuit Primas. Reſpondetur Caraliam nō eſſe Calarim ſed aliam Vrbem Pamphiliæ, cuius meminiſſe *Conc. Epheſinū, tradit Hortelius in Theſauro Ciuitatū, verbo Caralis, & Caralia*, datur etiam alia Caralia in Iſauria, *vt ex Stephano Liuio, & Strabone, tradit idem Hortelius*, nam Calaris ſolū fuit dicta Caralis, vt in Concilio Arelatenſi primo, Quintianus dicitur *Epiſcopus Caralitanus*, vel Caralos, qua ratione Zozomenus vocat B. Luciferum *Epiſcopum Caralorum*, vel *Carados*, vt Nicolaus Germā in ſuo Regiſtro alfabetico ſuper octo lib. Ptolomei, Paulo II. Sūmo Pōtifici dicato, nunquam autem, & in nullo authore reperitur dicta Caralia.

12 Sexto obijcitur, quia Don Andreas Baccallar, cum eſſet, Patria, Calaritanus, fuit accerrimus propugnator contra Primatum Calaritanum, ergo ſenſit, Calaritanum nō eſſe Primatem. Reſpondetur negando conſequentiam, quia, & ſi Baccallar ſenſerit contrarium, quia tamen fuit Archiepiſcopus Turritanus, poſt adeptā dignitatem, promouit ius, quod à ſuo anteceſſore iam fuerat inchoatū; ſaltim vt Turritanis morem gereret, & ne videretur plus Patriæ, quàm ſuæ ſponſę deferre, propter quam *relinquet homo Patrem, & Matrē, & adhærebit vxori ſuæ*, & heu miſero, ſi id non feciſſet, effeciſſent enim eum Socium Protomartyris. Quid quod, poſt acceptas Regias litteras ſuper hoc, anno 1609. cuius in ſuperioribus facta eſt mentio, ceſſit vanæ prætenſioni.

Proponuntur, et ſoluuntur aliæ obiectiones Ioannis Franciſci Faræ Saſſarenſis contra Primatum Calaritanum.

Cap. 44.

1 IOannes Franciſcus Fara Saſſarenſis Archipreſbyter Turritarus, quia nō inuenit fundamentum aliquod, vt Archiepiſcopo Turritano tribueret Primatum Sardiniæ, compoſuit libellum quemdā, manuſcriptum, in quo

ex profeſſo impugnat Primatum Calaritani, hoc præcipue ductus fundamento, quod in Sardinia non reperitur talis dignitas, de ea, haud benemeritus, à qua demit hanc prærrogatiuam, & excellentiam, cum magna etiã iniuria Regij patronatus, ſolum, quia eam Saſſari nullatenus deſſerre potuit; proferam hic eius fundamenta, alioqui infirma, & inſulſa, vt ex eorum ſolutione magis eluceat iuſtitia Primatus Calaritani. Prima eius Obiectio eſt, quia Primates fuerunt conſtituti ab Apoſtolis in primis Ciuitatibus Metropolibus Prouinciarum, in quibus antea erant primi Gentilium Flamines, & prima iudiciaria poteſtas, *cap. in illis 80. diſt. et ibi DD. Polidor. Virg. lib. 4. de inuentoribus rerum cap. 2. Lanzelot. Conrrad. indic. lib. 2. cap. 3. nu. 3.* ſed in Sardinia nunquam vlla fuit Vrbs, cui prædictæ prærrogatiuæ conuenirent, quia in Sardinia nunquam fuit prima iudiciaria poteſtas, nec primi Flamines, ſed ſolũ tres Archiflamines, & Quindecim Flamines, quibus correſpondent tres Archiepiſcopi, & quindecim Epiſcopi, qui modo reperiuntur in Sardinia; quia ſolum fuit Prouintia præſidialis Romanorum, *Fara de rebus Sardois anno ſalutis 118. & anno 535. de quo eſt textus in l. 1. & 2. C. de off. præfect. prat. Affrica*, quæ ſecundum vel tertium gradum dignitatis obtinebat, *Gloſ. in rubr. ff. de off. prætot. et ff. de off. præſidis Deci. Iaſon. Calefat. Claud. Piſſel. et DD. in l. 1. ff. de off. eius Boer. in tract. de ordine graduum part. 1. nu. 14.* cui ſoli Archiflamines, nõ primi Flamines, correſpõdebant, *Alberich. in rubr. de ſtatu hominum Bald. in l. 1. §. 1. ff. de off. Præfecti Prætor. Cato Papienſis in rubr. ff. de Senator.* nam illi æquiparabãtur Præfectis Prætorijs, & Cõſul. &c. ergo nec Primates. Item quia Calaris non potuit cõputari inter maximas Ciuitates, quia nõ habuit magnum forum cauſarum, & multas Ciuitates ſub ſe, quæ habebant merum Imperium, *Bart. et Angel. in l. 1. C. de metrop. Berit. lib. 11. Riminald. Senior in l. eiquiuect. n. 18. ff. de verb ſignific.* Tertio, quia in Sardinia nõ fuit ſufficiẽs numerus Ciuitatum *cap. ſcitote 6. quæſt. 3.* vt ideò, præter tres Archiflamines, & quindecim Flamines, conſtituendi eſſent primi Flamines, atque adeó nec Primates, quibus poteſt addi quarta ratio, quia Sardinia eſt Inſula, ſicut Sicilia, igitur caret, ſicut illa, Primate.

2 Huic obiectioni reſpondetur, negando antecedens, & ad primã probationem, reſpõdetur, Sardiniam fuiſſe Prouintiam proconſularem, tempore Romanorum, multis annis antea, & poſt prædicationem Apoſtolorum, ſicut Antiochena, & aliæ; quod probatur, *l. 2. §. 32. ff. de origine iuris*, ibi

capta

capta Sardinia, mox Sicilia, itē Hiſpania, deinde Narbonenſi Prouintia, totidem Prætores, quot Prouintiæ inditionem venerūt, creati ſunt. Prętores autem idem erant, ac Conſules, ſiué Procōſules. Petrus Magno in introd. Reip. Rom. vt optime notauit Fara *lib. de rebus Sardois, ad annū 3728. pag. mihi 33. poſt Onufrium, Sigonium, et alios*; ex quibus cōſtat, Sardiniam factam fuiſſe eo anno, primam Prouintiam populi Romani; poſtea verò, anno 3730. cū Papinus Conſul, de Corſis in Vrbe triūphaſſet, propter domitam, armis eorum Inſulam, decem millibus ſolum à Sardinia diſtantem, eam, Sardiniæ adhæſerunt, & ex vtraque Inſula, vnam Prouintiam Romanam effecerunt, tributo ei nomine Sardiniæ, vtpotè maioris, & principalioris Inſulæ, cuius gubernio inter alios Conſules Præfecti fuerunt, Caius Atilius Regulus anno 3736. Titus, Sēpronius, Grachus, anno 3785. Lucius, Aurelius, Oreſtes Queſtor, anno 3835. vt notauit Fara poſt Guſpianum, Polibiū, & Liuium; licet autem poſtea tempore Iuſtiniani, fuerit facta Prouintia præſidialis, vt conſtat *ex l. 1. C. de offic. Præfecti Præto. Africæ*; hoc non ſuſtulit Primatum, ſicut nec Numidiæ, & Mauritaniæ Sitifenſi, quæ fuerunt Prouintiæ, ſolum Præſidiales, vt conſtat *ex eadem l. citata*, quæ nihilominus, ſuos Primates habuerunt, vt conſtat ex decreto Conc. 3. Carthaginenſis ibi, *Mauritania Sitifenſis, non Primatem Numidiæ Prouintiæ, ſed proprium habeat, aliorum Primatum Africæ, et Epiſcoporum conſenſu, propter longinquitatē*, & additur, quod in conſtitutione Primatum, non fuit habita ratio prædictæ æquiparationis dignitatum, cū in Oriēte, & in Africa fuerint quāplures Primates, & vnus ſolum fuerit Præfectus Prætorius in Oriente, & alius in Africa *l. 1. et 2. C. de off. præf. præt. Aff. et l. 1. C. ad de off. præf præt. Orient.*

3 Ad ſecundam probationem reſpondetur falſum eſſe, Vrbem Calaris in Sardinia, non computari inter maximas Ciuitates, & nō habere magnum forum cauſarum, & multas Ciuitates ſub ſe, quæ habebant merū Imperium, quia huius contrarium late probatum eſt *cap. 3. et 4. huius lib.* imò, & his tēporibus, & hodierno die, in cauſis maioribus, & meri Imperij, prouocatur ad Vrbem Calaritanam, à Saſſarenſi, Arborenſi, & alijs Vrbibus, & Oppidis totius Regni, quia in ea reſidet prima, & ſuprema iudiciaria poteſtas illius, & magnum forum cauſarum,

4 Ad tertiam probationē obiectionis reſpondetur, illum authorem, laboraſſe inopia notitię, ſiué ignorantia antiquarum rerum Sardiniæ, exiſtimās, in illa, ſolum

fuiſſe tres Archiflamines,& quindecim Flamines, propter exiguũ numerum Ciuitatum, etenim ſi perluſtraſſet authores, quos refert Abrã Hortelius, in ſuo Theſauro, Regnorum, & Ciuitatum mundi,proculdubio inueniſſet, quinquaginta, & amplius Vrbes, in quibus Flamines reſidebant,& multas magnas, quæ habebant Conuentus iuridicos, in quibus Archiflamines; & maximam,& Metropolim Calarim,in qua reſidebant primi Flamines; ſiquidẽ in Sardinia præter Calaritanam, maximam,& Primariam,de qua ſcripſerunt Ptolomeus, Lucius, Plinius, Strabon, Eſchedel, Mela, Pauſanias, Hircius, Claudius, Solinus, & multi alij authores,eam titulo Capitis,Primariæ, Metropolis, & alijs inſignibus exornãtes, fuit *Culcitana*, de qua ſcripſerunt Plinius, Ptolomeus, Strabõ,Mela,Hircius, Pauſanias, & alij authores, quæ habuit Epiſcopum ab initio naſcentis Eccleſiæ. ***Araditana***, quam expugnauit Mena, vt ſcribit Dion, & habuit Epiſcopum, vt refert Victor Vticenſis; ***Neapolitana***, de qua ſcripſerunt Plinius, & Ptolomeus, quæ habuit conuentum iuridicum, & multa Opida à Plinio nũcupata, Neapolitæ Populi. *Ipſitana*, de qua meminit Ptolomeus, quæ habuit conuentum iuridicum, cuius tractus dicitur vſque hodie, *Parte Ipis. Leſitana*, de qua meminit idem author. *Vſſellenſis*, quam Ptolomeus ait, fuiſſe Coloniam Romanorũ dictam ab eo *Valeriam*, quę habuit Epiſcopum; *Valẽtina*,quę habuit conuenium iuridicũ, cuius tractus, à Plinio, & Ptolomeo, imò, & hodierna die nũcupatur,*Parti Valenſa Celcitana*,cuius meminit Varro, quæ habuit conuentum iuridicũ, cuius populi, ſecundum Ptolomeum,ab ipſa fuerunt nuncupati Celcitani, *Carmi*, cuius meminit Stephanus à Carthaginenſibus fundata. *Querſoneſa*, cuius meminit Ptolomeus. *Coclearia*, *& Godearia*, quarum meminit Antoninus, & Simlerus, quas propter vicinitatem, eſſe ſolam vnam Vrbem, Hortelius exiſtimauit. *Cornu*, cuius meminit Liuius, & Antoninus, quæ habuit conuẽtum iuridicum, & multos populos ab ipſis Cornenſes nuncupatos. *Aquileienſis*, quæ habuit conuentum iuridicum, à qua, ſecundum Ptolomeum, Aquileienſes populi nuncupati. *Carbia*, cuius meminit Antoninus. *Tyrſa*, cuius meminit idem Antoninus, quę à fonte, vel fons ab ipſa ſũpſit nomenclaturam. *Pulmna*, cuius meminit S. Paulinus. *Euizus*, quæ ſecundum Victorem Vticenſem, Epiſcopũ habuit. *Agrilenſis*, cuius meminit Stephanus. *Biorenſis*, quam refert Antoninus. *Elephantaria*, quam Epiſcopum habuiſſe deducitur ex S. Auguſtin. *Forum*

Traiani,

Traiani, vel ſecūdum alium Codicem. *Forum Troiani*, cuius meminerunt Antoninus, & Procopius, quamque Iuſtinianus Imperator muniuit, & fortiſſimis muris cinxit. *Ferraria, et Gemelenſis*, quarum, meminit Antoninus. *Heraclenſis*, vt refert Stephanus. *Herta; Iuliola, et Macopſita*, quarū meminit Ptolomeus. *Lugudonec*, cuius meminit Antoninus; *Medienſis*, quæ ſecundum Victorem Vticenſem, Epiſcopum habuit. *Metalla, et Molaria*, quarum meminit Antoninus. *Nora*, de qua ſcripſerūt Ptolomeus, Stephanus, Pauſanias, Solinus, & Antoninus, *Olbia*, ſic à Ptolomeo, & Liuio, nūcupata, à Pauſania, dicta *Egrilia*, ab Antonino *Vlbia*, ex qua ſcripſit Quintus Frater Ciceronis vt conſtat, ex quadam eius epiſtola, *Oſenſis, Feronenſis, et Pupulenſis*, quarum meminit Ptolomeus. *Othocenſis*, relata ab Antonino, *Saralapenſis*, de qua Ptolomeus, licet Antoninus, eam velit eſſe *Sorabolenſem Tegulatenſis*, relata ab Antonino. *Tibulenſis*, cuius meminerūt Ptolomeus, & Antoninus, *Viniolenſis, Turritana, et Arborenſis*, quarum meminerunt Plinius, Ptolomeus, & Leander Albertus. Præter alias Vrbes, regionum, & populorum, qui à Strabone, Ptolomeo, & alijs fuerunt nūcupati, *Aconites, Coracinſes, Arſaronēſes, Carincij, Corpicenſes, Corſenſes, Ruacenſes, capitani, Ciculenſes, Balari*, & alij, quos omnes citato loco refert Abrā Hortelius. Licet ex omnibus prædictis Vrbibus, ſola Calaris reliquarum caput, & Metropolis remanſerit ſuperſtes, dirutis alijs, Vandalorum, & Saracenorū infeſtis armis, vt ſcripſit Arca lib. de Sāctis Sardiniæ in illis verbis, *dirutæ iacēt omnes veteres Ciuitates, et opida, vrbe ſola ſuperſtite Calari.*

5 Cum igitur ſola Inſula Sardiniæ, tot Ciuitates, regiones, & cōuentus iuridicos habuerit, abſque his, quæ Corſica ei adhærens, habuit, proculdubio fuit apta, vt in ea Primas inſtitueretur, *Anaſtaſ. Germon. de Cacror. immunit, lib. 2. cap. 5.* ſiquidem in ea reperiebantur plures Ciuitates paruę, in quibus Antiquitus Flamines reſidebant, aptæ, vt in eis eſſent Epiſcopi; fuerunt etiam aliæ Ciuitates magnæ, cum conuentibus iuridicis, in quibus antiquitus Archiflamines reſidebant, aptæ, vt in eis eſſent Archiepiſcopi; ac denique in ea fuit Vrbs maxima Calaris, caput, & Metropolis totius Regni, & Prouintiæ, in qua Primatus fuit inſtitutus, vt in ſuperioribus probatum eſt.

6 Ad quartam denique probationem obiectionis reſpondetur, non obſtare Primatui Sardiniam eſſe Inſulam, quia Anglia, Scotia, & Ciprus habuerunt ſuos Primates, quarū vltima, eſt Inſula multo minor, & inferior Sardinia, vt videre eſt *in Ant. Auguſt. dicto epit.*

lib.

lib.2.tit.9. cap.6. & in alijs relatis; imò in Inſulis viguit maior ratio conſtituendi Primates, quam ea quam adduxit Conciliũ Carthaginenſe 3. ad decernendum, *vt ſingulæ Prouintiæ Africæ ſuos haberent Primates, etc. propter longinquitatem*, ſcilicet Patriarcharum maiorum, & dificultatem ad eos recurrendi,& adeũdi. Argumentum autem ſumptum ab Inſula Siciliç, quia negatiuum eſt, nihil probat, maximè vbi militat diuerſa ratio.

Proponuntur, et ſoluuntur aliæ obiectiones contra Primatum Calaritanum. Cap. 45.

1 SEcunda obiectio eſt, quia Primas præcedit, dignitate, cæteros Antiſtites Prouintiæ, & loco præcedit illos *Archidiac. in cap. de ſtatu regular. lib. 6. Tiraq. de nobilit. cap.37.num.36 Marcus Anton.Colum.de redditu Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 11. num. 15. et ita vocatur Princeps Patrum cap.Cleros 21. diſt.* quorum neutrum Calaritano conuenit, cui coęquantur Archiepiſcopus Turritanus, & Arborenſis. Reſpondetur ita verum eſſe Archiepiſcopum Calaritanũ vti Primatem pręcedere dignitate Archiepiſcopos Turritanum, & Arboren. vt in ſuperioribus latè probatum eſt, & ita nuncupari poteſt *Princeps Patrũ*, licet modeſtiæ cauſa, hoc titulo non vtatur. Præcedit etiam loco, & voce dictos Archiepiſcopos in comitijs generalibus Regni, vt cap. 21. huius libri probatum eſt, cui conforme eſt prouinciale Eccleſiarum, & Albericus *rubr. §. de ſtat.hom.* qui numerando Archiepiſcopos Sardiniæ, primo loco ponunt Calaritanum. Et quamuis in Parlamento celebrato per Don Ioannẽ Coloma reperiatur pręceſſiſſe Archiepiſcopus Saſſaritanus reliquos Antiſtites, hoc obtinuit, tanquã Archiepiſcopus antiquior, quia vacabat prima Sedes Calaritana, ſicut in Parlamento, ſiuè congregatione totius Regni, habita anno 1626. in quo interfuit Don Ludouicus Blaſco Supremi Regij Aragonum Conciliarius, pro parte ſuæ Catholicæ Maieſtatis, præfuit Epiſcopus Alguarẽſis, tanquam antiquior Antiſtites, & quia vacabat Sedes Primatialis, & nullus alius Archiepiſcopus fuit in ea repertus.

2 Tertia obiectio, in Eccleſijs Pimatialibus, quæ referuntur in prouintiali Eccleſiarũ, & ab Alberico *rubr.§.de ſtat. hom.* non reperitur Calaritana, neque in alijs, qui agunt de hac materia, ſed ſolum *Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, Epheſina, Theſalonicenſis, Teſinopolitana, Ancencis, Aphricanæ, Italicæ, Galliæ, Hiſpanicæ Anglicæ*, & aliæ, quas refert Fara *à cap.6. vſq; ad caput 18.* Igitur Eccleſia Calarita-

ritana non eſt Primatialis. Reſpondetur, quod Argumentum concluderet, ſi nominatio illa Eccleſiarum Primatialiũ eſſet adæquata, quod non habet, quia inter eas non nominatur Heraclea Thraciæ, cuius Archiepiſcopus in Concilio Florent. ſub Eugenio IIII. ſubſcripſit ſe, Primatem Thraciæ. Neque Cæſarea cuius Archiepiſcopus in 6. Synodo generali ſubſcripſit ſe Primatẽ Ponti. Neque Eccleſiæ Medionali, & Rauẽnę, quę sũt Primatiales Italiæ, vt tradit Azor loco mox citãdo, neque aliæ multæ, quæ reperiuntur in orbe. Nam vt dicitur in iure Orientali, relato ab eodem Azor *inſtitut. moral. parte 2. lib. 3. cap. 35* ſolus Patriarcha Conſtantinopolitanus, habebat ſubditos 39. Primates; cum igitur nõ fuerit adequata numeratio omnium Primatum orbis, quam ipſe Fara, Albericus, & prouinciale afferũt, ex illa nullum ſumitur efficax argumentum contra Primatũ Calaritanum.

3 Quarta obiectio, ſi Archiepiſcopus Calaritanus fuiſſet Primas Sardiniæ, proculdubio egiſſet aliquando munus Legati Apoſtolici, ſicut multi alij Primates nouæ Iuſtinianæ in Lyria *cap. quæritur 63. diſt. authentica, & Eccleſiaſticis titulis in principio*, Nicoſię ĩ Regno Cipri, *vt traditur in Cathalogo PP. Sacri Cõcily Tridentini*, Theſalonicen. in Maced. *Leo Papa epiſt. 82.* Cantuarien. in Anglia *c. 1. de offic. legati*, & Andrean. in Scocia *cap. 1. de appellat. cap. 3. 25. quæſt. 2.* Arelaten. in Galliſ. *c. in Gall. 25. quæſt. 2.* & Vienen. Iacobad. *de cõſ. lib. 1. art. 12. et Gambar. de off. et author legat. lib. 1. cap. 1. nu. 9.* igitur cum nunquã fuerit legatus Sedis Apoſtolicę Calaritanus, ſequitur nunquam fuiſſe Primatem. Reſpondetur legationem Apoſtolicam non eſſe de ratione, & eſſentia Primatus, ſed actum volũtarium Summi Põtificis, cõmitti ſolitum; non ſolum Epiſcopis, ſed etiam Abbatibus, & Presbyteris, vt latè à nobis *cap. 36. huius lib.* diſcursũ eſt. Videantur dicta in eo, & in *cap. 35.*

4 Quinta obiectio. Archiepiſcopi Calaritani nunquam nũcuparunt ſe Primates, niſi poſt quam Don Antonius Parragues de Caſtillexo 80. abhinc annis, hunc ſibi titulum arrogauit; neque in antiquis generalibus Cõcilijs reperitur ſubſcriptus Primas. Item in præſentationibus Antiſtitum Eccleſiarum, quę fiunt à Sereniſſimis Regibus Hiſpaniæ, Pontifici maximo, ſemper vtuntur nomine Archiepiſcopi Calaritani, & non Primatis, quando præſentant aliquèm ad Archiepiſcopatum Calaritanum. Item in multis ſcripturis; non intitulatur Primas Sardinię. Ac denique decreto Sacræ Congregationis, prohibitum illi fuit, ne intitularetur Primas,

mas, igitur non eſt Primas.

5 Reſpondetur falſum eſſe ſuppoſitum, nempè à Caſtilexo incepiſſe vſum huius tituli, nã etiã in inſtrumẽtis antiquis archiui Calaritani, Barchinonenſis, & aliorum inuenitur, Antonium Archiepiſcopum Calaritanũ ab anno 1409. hunc titulum ſibi tribuiſſe, & antiquiora proculdubio inſtrumenta inuenirentur, niſi accidiſſet combuſtio Archiui Calaritani, *vt cap. 11. huius lib.* dictũ, & probatum eſt; præterquã quod iam anno 1087, à Victore III. hoc titulo decoratus fuit *vt cap. 7. huius lib.* oſtendimus, multo etiã antiquior eſt inſcriptio vetuſtiſſimi marmoris inuenti in ſepulchro Sancti Luciferi, qui obijt anno 371. in qua apellatur Primarius Sardiniæ, & Corſicæ.

6 Ex quo cõſtat quam ſine fundamento Morquecho in quodam libello pro Primatu Turritano, aſſererit, Calaritanos ad fundandam intentionem Primatus ſui Archiepiſcopi, ſedulo curaſſe, vt authores in execuſionibus ſuorũ ſcriptorum in hac materia affirmarint, Calaritanũ eſſe Primatẽ, cũ luce merediana clariora ſint fundamẽta Primatus Calaritani, à nobis in toto hoc libro propalata, quæ Barboſam Miræũ, & alios impulerunt, poſtquam norunt, ad hoc aſſerendum, niſi tãquam veſpertiliones cæcutiant, tantorũ radiorum ſplendore, & inuidiæ ſuæ liuore, excæcati.

7 Et ad primam cofirmationem reſpondetur, in Cõcilijs generalibus antiquis, Archiepiſcopos Calaritanos non ſe ſubſcripſiſſe Primates, modeſtiæ cauſa, ſicut neque alij noti, & ſine cõtrouerſia Primates, vt Aquileiẽſis, Theſſalonicenſis, Hieraclienſis, Cyprius, & alij qui nunquam ſe tali titulo antiquitus ſubſcripſerunt, ſicut regulariter omnes, etiã Patriarchę maiores, ſolo titulo Epiſcopi contenti erant. Addo quod in eiſdem Concilijs, Calaritanus nuncupatur Epiſcopus Sardiniæ, quod adiuncta aſſiſtentia iuris, idem eſt quod Primas.

8 Neque maiorem vim habet quod D. Gregorius in ſuis epiſtolis nunquam Ianuarium Calaritanum, titulo Primatis ornauerit, ſed ſolũ Epiſcopi, vel Archiepiſcopi; nã fęre nullis Primatibus Orbis, hunc titulum S. Gregorius dedit, imó neque Patriarchis maioribus, vt conſtat ex *lib. 1. regiſtri epiſt. 24.* in quo ſcribens quatuor Patriarchis ait, *Gregorius Ioanni Epiſcopo Conſtantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, &c. & in epiſt. 6. eiuſdem lib.* ait *Seuero Epiſcopo Aquileienſi*, quèm conſtat eſſe Primatem. *Et in 35. Ioanni Epiſcopo Rauennati*, qui etiã erat Primas, in Italia; *& in lib. 2. epiſt. 33.* ait *Columbo Epiſcopo Numidiæ*, quem, ex alijs eiuſdẽ Epiſtolis, conſtat fuiſſe Primatẽ Numidiæ,

midiæ,ſiuè Epiſcopum Primę ſedis,quod in Africa idem erat.

9 Similiter nil refert, quod Caſtilexo in Concilio Tridentino nõ ſubſcripſerit ſe Primatem, ſicut ſubſcripſerũt ſe Primates, Cypri, & Seruiæ, nam in eodẽ Concilio, Archiepiſcopi Bracarenſis, & Senonenſis, qui in ſuis Prouintijs Primatum prætendunt, nullatenus ſe ſubſcripſerunt Primates, neq; Piſanus, qui iniuſtè Primatum Sardiniæ ambit in Concilio Florẽtino ſub Eugenio IIII. cum hoc titulo ſubſcripſit, neque in alio vllo Concilio.

10 Ad ſecundam cõfirmationem Reſpondetur, illam inſtantiam ſumptam ex præſentationibus, & collationibus Archiepiſcopatus, Calaritani, ſine titulo Primatis, nihil vrgere, ſicut neque vrget cõtra Primates Hiſpaniæ, & aliarum Prouintiarũ, in quibus nulla fit mentio huius tituli, quia ſupponitur, ſicut etiam in dictis pręſentationibus, non nominari Archiepiſcopos Calaritanos Dominos Inſulæ Sãcti Antiochi, & Baroniarum Suelli, & Sancti Pantaleonis, & Priores Sancti Saturnini, non tollit, quo minus verè habeãt huiuſmodi titulos, quia omnes ſunt connexi, & ſupponũtur. Addo nomine Archiepiſc. ſi ſit primi gradus (ſicuti eſt Calaritanus) optimè ſignificari Primatẽ, quia *vt* §. *1. cap. 2. huius lib.* laté à nobis probatum eſt, Archiepiſc. primi gradus, & primas, idem re ipſa ſunt, & ſolo nomine differũt, ſic ſenſit Imperator Iuſtinianus *nouell. 1. coll. 10.* q. primę Iuſtinianę Patriæ ſuę Antiſtitem, Primatus decore ampliare volens, nomine Archiepiſcopi illum exornauit, in illis verbis. Volumus, *vt primè Iuſtinianæ patriæ noſtræ Sacroſanctus Antiſtes non ſolũ Metropolitanus; ſed etiã Archiepiſcopus fiat, & cæteræ Prouintiæ ſub eius ſint authoritate*. Antiſtitẽ autem primæ Iuſtinianæ fuiſſe tũc factum Primatem, docet inter alios, *Mirreus c. 9. lib. 1. & 11. lib. 4. notitiæ Epiſcopatuum orbis*.

11 Ad tertiam confirmationem reſpondetur, quod dato, & non conceſſo, quod in aliquibus ſcripturis, Archiepiſcopus Calaritanus non nominetur Primas, ſufficit quod in multis alijs, præcipuè iuridicis, ita nuncupetur.

12 Ad quartam denique confirmationem, negatur dari tale decretum in forma probãti, & eſto daretur (quod negatur) haberet manifeſtam nullitatem, vtpote datum ſine cognitione cauſæ, citatione partis, & alijs ſolemnitatibus de iure requiſitis; pręter quã quod, iàm ſuper hoc, pluribus abhinc annis, fuit lis in Sacra Rota introducta, ad quam finiendam, & terminandam, Romam venit præſens Archiepiſcopus.

Proponuntur, & ſoluuntur alia obiectiones Fara contra Primatum Calaritanum. Cap. 46.

1 SExta obiectio. Archiepiſcopus Calaritanus, non vtitur galero Primatus, nec veſtibus, & inſignijs, nec defert Crucem, nec vtitur Pallio in tota Sardinia, & Corſica, nec ſupplet defectus Metropolitanorum, nec habet ſub ſua iuriſdictione omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos Sardiniæ, & Corſicæ, neque ab eis ad illum prouocatur, neq; facit alios actus pertinentes ad Primatem, relatis *à Matthæo Vgo. de præſtantia Patriarch. Barbo. de u. vniuer. Eccleſiæ lib. 1. c. 6. Sebaſt. Caſ. de Eccleſiaſt. Hierarc. par. 1. diſp. 4. §. 3. Gambar. de offic. & poteſta. legat. lib. 2. cap. 1. tract. 21. Rodoan. de Symon. par. 1. cap. 12. num. 17. Iacobat. de conſ. lib. 1. art. 12. Lanzellot. Conrrad. lib. 1. cap. 3. num. 7. & DD. cap. antiqua de priuilegijs*, igitur nõ eſt Primas.

2 Reſpondetur in primis Calaritanum non vti veſtibus, & inſignijs Primatus, quia hoc iam eſt abolitum, neque cęteri Primates, eis vtuntur, cum ſint actus volũtarij; nam Hieronymus Lando Patriarcha Cõſtantinopolitanus, cuius meminit idẽ Fara fuit Primus, qui reaſſumpſit inſignias Patriarchales, à ſuis prędeceſſoribus, iã ommiſſas, vt refert *Matth. Hugenius de præſtantia Patriarch. charum to. 13. tractatuum DD.* & poſt dictum Lando, eius ſucceſſores nullatenus talibus inſignijs vſi ſunt.

3 Et in eo, quod additur, Callaritanũ non vti Pallio, & Cruce in tota Sardinia; idem reſpondetur, ſcilicet eſſe actum voluntarium, neque aliquã ſeſe obtuliſſe occaſionem, multis abhinc annis, & quamuis D. Franciſcum Eſquiuel, ratione cuiuſdam cõmiſſionis particularis Apoſtolicæ, ferũt Saſſarim apuliſſe, & Crucem erectam ante ſe non detuliſſe, ſi hoc verũ fuit; ideò voluntariè ommiſit, quia perrexit ad particulare negotium delegationis Apoſtolicæ, contra Proregem, non pertinens ad iuriſdictionem Primatus, ſicut etiam ſæpè ſæpius in propria Dioceſi, multoties ommiſit illam deferre.

4 Similiter dicẽdum eſt, omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos Sardiniæ, & Corſicæ eſſe ſubditos Calaritani, ad quem pertinet ſupplere defectus Metropolitanorũ, & ad quem, ab eorum grauaminibus debetur prouocari, ſicut & alios actus debet exercere, quãdo ad eum recurrunt, ſicut præſtitit Epiſcopo Vſſelen, Archiepiſcopus Pilares, & in materia ſpoliorũ in Prouincia Arboren, & Turritana à Summis Põtificibus Pio V. & Sixto V. Calaritano fuit delegata cõmiſſio, tanquam Primati; & niſi Archiuium Calaritanum fuiſſet combuſtum, reperirentur

alij

alij actus antiquiores, quid quod, vſque in præſentem diē, ſemper in comitijs generalibus, tāquam Primas ius dicit, vt in ſuperioribus oſtenſum eſt.

5 Addo, his temporibus, multos actus iuriſdictionis Primatialis deferri ex cōſuetudine Sedi Apoſtolicæ, & ita non exerceri actu à Primatibus Hiſpaniæ, Italiæ, Galliæ, & alijs, vt refert *Barboſ. de iur. vniuerſ. Eccleſiæ lib. 1. cap. 1. & de poteſt Epiſcopi par. 1. tit. 3. cap. 1. Sebaſt. C. æſar. de Eccl. Hierarch. par. 1. tit. 4. §. 4. num. 21.* quod in Calaritano, multo magis vrget, propter lites Piſani, & Turritani ſuper Primatu, quibus turbatum, & impeditū, ex parte fuit pacificū exercitiū Primatus Calaritani.

6 Septima obiectio, in Sardinia antiquitus fuerunt defenſores Sedis Apoſtolicæ, vt conſtat ex pluribus epiſtolis *36. lib. 2. et 65. lib. 7. indic. 2.* D. Greg. qui erant Iudices Apoſtolici appellationum, & tempore Pij II. anno 1260. fuit inſtitutum officiū iudicis appellationum, ad inſtantiam Vrbis Calaritanæ, igitur nō fuit Primas in Sardinia, ad quem à grauaminibus prouocari poſſet.

7 Reſpondetur primo deffenſores, non ſolum fuiſſe in Sardinia, ſed etiam in alijs Prouintijs, vt in Italia, vbi Sedes Apoſtolica ſita eſt, nam in Vrbe Neapolitana, erant defenſores, vt cōſtat *ex epiſt. 20. lib. 6. S. Greg.* & in Idruntina, vt conſtat *ex epiſt. 106. & 107. lib. 7.* & ex alijs quod non tollit, quominus in ea, & in alijs Prouintijs eſſent Primates, ſicut nec noſtris temporibus tollit Primatiales dignitates Hiſpaniæ, Galliæ, & aliarum Prouintiarum, reſidere in eis Nuntios Apoſtolicos.

8 Secundo Reſpōdetur inſtitutionem officij Iudicis appellationum ad inſtantiam Ciuitatis Calaritanæ, arguere eius Archiepiſcopum fuiſſe Primatē, à quo non erat recurſus, nec prouocatio, niſi ad Sanctā Sedem Apoſtolicam, ſed quia maris pericula, & piratarum incurſiones, iter obſtruxerāt à Sardinia ad Sanctam Vrbem, omnibus alijs Eccleſijs Sardiniæ, idem conceſſit.

9 Octaua obiectio. Ad ordinationē Primatis cōgregabātur Archiepiſcopi, & Epiſcopi Prouintiæ, & ipſe confirmabat electionem Archiepiſcoporum, conſentiebat confirmationi Epiſcoporum, diſpenſabat cum ſuſpenſis, propter malam collationem, conſtituebat Economos, diſponebat de rebus pertinētibus ad Metropolitanum in ſede vacāte, dabat pallium Archiepiſcopis Suffraganeis, & ab eis recipiebat iuramentū, *cap. Archiepiſcopus 66. diſt. Clement. in pleriſque, & ibi glo. in verb. ſuperius de electionib. cap. placet 65. diſt. c graue de præbendis cap. præſent. de off. ordin. in 6. cap. conuenior. 23. quæſt. 8. Rodoan. de ſpolijs quæſt. 1. Siluuſt. &*

 Ta-

Tabien. verb. Patriarch. & alij cit. num. 1. nil horum exercuit Calaritanus, igitur non eſt Primas.

10 Reſpondetur iuxta dicta in ſolutione ſextæ obiectionis, Calaritanum antiquitus exercuiſſe hos, & alios actus Primatiales, licet poſtea inualeſcentibus cõtra eũ litibus, prius Piſani, & deinde etiam Turritani, ex parte turbata fuerit eius pacifica poſſeſſio, ſicut accidit in multis alijs Primatibus Hiſpaniæ, Galliæ, & Italiæ, qui nõ habẽt exercitium horum actuũ, vt referunt Barbos. & Cæſar locis ſup. cit.

11 Quod autem intendit Fara, & poſt eum Morquecho, Turritanum ſolitum fuiſſe recipere Pallium à Summo Pontifice, *Anton. Auguſt. epit. iur. Pontificij par. 1. lib. 3. tit. 4. cap. 7.* nihil ei ſuffragatur, quia Pallium fuit donum, & gratia collata à Sede Apoſtolica non ſolum Archiepiſcopis, ſed etiam Epiſcopis, vt late *cap. 36.* à nobis oſtenſum eſt, vbi diximus collatione Pallij, antiquitus non habuiſſe connexionem cum dignitate Archiepiſcopali, nec Primatiali, ſed fuiſſe conceſſam pro libito Summorum Pontificum, vt notauit Picolus *de antiquo iure Eccleſiæ Siculæ par. 1. cap. 9. & 10.* & ita ex hoc nullum ſumitur argumentum.

12 Nona obiectio. Primas conuocat Metropolitanos, & Suffraganeos ad Concilia Nacionalia, *cap. 1. de off. legati cap. 51. Epiſc. cap. cum trib. ſeq. 18. diſt. Iacoba. de conſ. lib. 1. pag. 4.* item Eccleſia Calaritana non gaudet prærrogatiuis Eccleſiarum Primatialiũ, ſed Metropolitanarum, verbi gratia non poſſe extrahi delinquentes ab Eccleſijs Primatialibus, etiã in caſibus expreſſis in Bulla Gregoriana, ergo non eſt Primatialis.

13 Reſpondetur ad primam partem obiectionis, Archiepiſcopũ Calaritanum, antiquitus conuocaſſe Concilia Nationalia Sardiniæ *vt cap. 21. huius lib.* probatum eſt, & in comitijs generalibus pręſidet, vt Primas in Stammento Eccleſiaſtico, quod habet vim Concilij Nationalis, quod ſufficit vt poſſeſſio conſeruata, vnius actus, inducat poſſeſſionẽ in alijs, *vt cap. 29.* probatum eſt.

14 Ad ſecũdam partem obiectionis reſpõdetur, illam claudicare, tùm quia nec refert priuilegia Primatialium Eccleſiarum, nec probat Calaritanæ non conuenire; tùm etiam quia minus probat, nec verum eſt, Eccleſijs omnibus Primatialibus conuenire illud priuilegium, vt ab eis extrahi non poſſint delinquentes, etiam in caſibus expreſſis in Bulla Gregoriana.

15 Decima obiectio. Reſidentia Principis in aliqua Vrbe, & primę iudiciariæ poteſtatis, non arguit eius Epiſcopum eſſe Primatem, igitur ex hoc fundamento non benè

bené arguitur Primatus Calaritani,& quod Calari reſideat Prorex, & Prima iudiciaria poteſtas, antecedens probatur, *ex Leone I. epiſt. ad Marcianum Auguſtum, contra Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Gelaſio, epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ contra Acaſium Epiſcopum.*

16 Reſpondetur in primis,authorem ſibi ipſi non conſtare, quia cum prius negauerit dari in Sardinia primam iudiciariam poteſtatem, & magnum forum cauſarum, vt *cap. 40.* cum illo obiecimus in hac obiectione fatetur dari Calari primam iudiciariam poteſtatem, quod tãdem,ipſa veritate compulſus, confeſſus eſt. Deinde Reſpondetur ex eadem epiſt.Gelaſij Papæ conſtare,in ea, & in epiſt. Leonis,dictum, non contradicere decretis Apoſtolicis relatis *cap. 2.* huius libri,imò corroborat, & confirmat illorum diſpoſitionem, ſiquidem diſpoſuerunt, quod quamuis ſupræma iudiciaria poteſtas ab vna Vrbe in aliam, ob commorationem Principis,transferretur, non ideò mutandam fuiſſe dignitatem Eccleſiaſticam, quæ in Ciuitatibus Metropolibus Prouintiarum Romanorum, tempore inſtitutionis Apoſtolorum primitus fuerat inſtituta, quod, & Calari ſeruatũ eſt,vbi,& tempore Romanorum & inſtitutionis Primatum à Beato Petro Apoſtolo, & poſtea ſemper reſedit prima iudiciaria poteſtas, & Principatus, vt *cap. 3. et 4. huius lib.* probatum eſt.

17 Alia parui momenti affert iſte author, contra Primatum Calaritanum,quæ iam ex ſuperius dictis ſoluta ſunt.

Satisfit alijs obiectis nouiſſime deductis à Turritano. Cap. 47.

1 TAndé Archiepiſcopus Turritanus in vltimis informationibus,quæ in lite Primatus coram Sacra Rota produxit, alia obiecit ad probandam maiorem antiquitatem ſuæ ſedis,vt inde inferat dignitatem Primatialem illius,& non Calaritanæ.

2 Primum obiectum eſt, nam D.Gabinus Martyr, qui paſſus eſt anno Domini 100. fuit primus Epiſcopus Turritanus, in quo euincitur maior antiquitas Sedis Turritanæ, nam firmum fundamentum, quo nititur Calaritanus ad probandam antiquitatem ſuæ ſedis, eſt Concilium Arelatenſe I. celebratum anno 314. in quo reperitur ſubſcriptus Quintus Archiepiſcopus Calaritanus. Reſpondetur primam antiquitatem ſedis Calaritanę,ſumi à B. Clemẽte Diſcipulo Chriſti,deinde dica omnino falsũ eſſe S. Gabinum Martyrẽ fuiſſe Epiſcopum, quod probatur multis. Primo quia primus inuentor huius nouitatis,fuit Redeoliues Notarius

tarius Menſe Turritanæ, vt dicitur in Cathalogo Antiſtitũ Turritanorum, excuſo Saſſari à moderno Archiepiſcopo poſt conſtitutiones Synodales, anno 1625 qui nullum citans authorem, nec traditionem, ſolum dixit, ſe à Bibliotheca Vaticana, illum Romæ extraxiſſe, cuius falſitas detegitur, quia neque affert atteſtationẽ Bibliothecarij, vel alterius fidem facientis, neque citat Scamnum, librum, Codicem, vel authorem à quo extraxit, neque Turritanus pro defenſione S. Proti in ſimili caſu, præſens Romæ, hũc Cathalogum extraxit, nec pro ſuo iure citauit, quia non potuit; falſa verò in particulari, & implicantia huius Cathalogi, late impugnantur à nobis cap. 18. huius lib.

3 Secũdo impugnatur, quia hoc aperte cõtrariatur Martyrologio Romano, qui Diuum Gabinum, vt ſimplicem martyrem ponit, ſimul cum Cryſpolo, cum ſemper in omnibus Sanctis, ſuas qualitates notet, ſcilicet Confeſſoris, Martyris, Presbyteris, Epiſcopi, &c. Quo fundamento, nixa Sacra Congregatio Sanctæ Inquiſitionis, menſe Iulij, anni præteriti 1637. decreuit, ne Diuus Protus (quem etiam Turritani, vt Epiſcopum, iuxta prædictum Cathalogum nouiter depingebant) amplius depingeretur, niſi vt ſimplex Sacerdos, imò neque Turritanus cõtra Martyrologium; probationes etiam in Vrbe conceſſit in hoc caſu, quia hoc ſolum de illo aſſerit Martyrologium Romanum, cui omnino ſtandum eſt, cum ſit pars Breuiarij, & quotidie recitetur in Choro, ſicut ſancitum eſt per conſtitutionẽ Gregorij XIII. quæ extat excuſa in principio Martyrologij Romani ſub his verbis, *in peragendo diuino in Choro officio, omni alio Martyrologio amoto, hoc tantũ noſtro vtantur, nulla re addita, mutata, adempta.* Ex vi cuius conſtitutionis cõſtat, quod etiam ſi in alio Martyrologio, vel in aliqua antiqua hiſtoria conſtaret B. Gabinum fuiſſe Epiſcopum, præferendam eſſe authoritatem Romani Martyrologij, cui nihil addi mutari, vel adimi, vetat Pontifex.

4 Tertio quia, neque hoc pro ſe habent Turritani, cum nullum vnquam Martyrologium, nullus antiquus author, vel hiſtoria hoc aſſenſerint, imò neque authores Turritani, qui ſcripſerunt ante excuſum fictum illum Cathalogum Antiſtitum Turritanorũ, vt Fara Archipresbyter Turritanus lib. 1. de Rebus Sardois pag. 71. vbi nominat illum, vt ſimplicem Martyrem, nõ Epiſcopum, quod nõ potuiſſet eum latere ſi verum fuiſſet, nec ſiluiſſet, ſi ſciuiſſet, & Iacobus Pintus Turritanus Societatis Ieſu in ſuo tomo de Chriſto Crucifixo lib. 3. tit. 4. loco 12. nominans hunc Gabinum Martyrem,

rem, non dixit Epiſcopum, ergo ſignum euidẽs eſt fuiſſe merum figmentum Redeoliues.

5 Dixi ante excuſum illum Cathalogum, nam poſt excuſionem illius, anno 1625. Nobilis Antonius Canales de Vega, in quadam relatione facta, circa comitia generalia vltimo celebrata in Regno Sardinię poſt annum 1630. ea quæ ſcripſit curſim de viris Illuſtribus Turritanis, excerpſit ex illo Cathalógo Turritano, quem ſolum citat in margine, & non alium authorem, & ideò in hoc nõ maiorem fidem habet, quam Cathalogus, imò, & ego idem retuli, in quodam Epilogo Primatus, quem Romæ excuſi, ſolummodo recitatiuè, ex illo Cathalogo, vt cõſtat ex illis verbis, *vt aduerſarij autumant*, atque adeò nihil hoc illis ſuffragatur.

6 Secundum obiectum, quia negari non poteſt, ſaltim primam aſperſionem ſanguinis Martyrũ Gabini, & Chryſpoli fuiſſe Turribus in Sardinia, ex quo infertur primos ibi Chriſtianos fuiſſe in Sardinia, atque adeò primam Eccleſiam, & ſedem. Reſpondetur in primis negando vltimam conſequentiam, nam per hoc non concluditur antiquitas ſedis, aliàs eam concluderet in Bethlem, reſpectu vniuerſi Orbis, quia in ea fuit primo effuſus ſanguis Innocentum.

7 Secundo Reſpondetur, etiam aſperſionem ſãguinis Martyrum prius fuiſſe in Vrbe Calaritana, in qua paſſi ſunt Æmilius Lucianus, Priamus, & Fœlix, quorum corpora fuiſſe Calari inuenta cõſtat in actis Curiæ, & tradunt Eſquirro Capuchinus de Sãctis Sardiniæ, & Bonfant in Triumpho Martyrum, & fuiſſe Calaritanos tradit Cabilonenſis in ſua Typographia, in verbo Calaris, & cum eo authores citati; ſupradictos autem paſſos fuiſſe Martyrium longè ante Gabinum, & Cryſpolum, præter Bonfant, tradit Fara Saſſarẽſis lib. 1. de Rebus Sardois, pag. 70. vbi in primo ſęculo ponit prius martyrium ſupradictorũ quatuor martyrum, & poſteà tranſit ad martyriũ Gabini, & Cryſpoli, tamquam poſterius, ſimiliter Calari paſſus eſt S. Bonifacius Epiſcopus, qui fuit ex Diſcipulis Chriſti, vt conſtat ex actis eius inuentionis, & tradunt citati authores & omnino veriſimilimum eſt, quod cũ primi prædicatores Euãgelij, teſte Baronio, & alij ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ad Vrbes Metropoles, & Capita Prouinciarũ, ſuas miſſiones deſtinauerint, prius in Sardinia Calarim veniſſe ibique Euangelium diſſeminaſſe, quę inter alias Vrbes ſẽper Principem locum obtinuit, vt in cap. 3. huius lib. à nobis probatum eſt, ibique à Præſidibus Prouinciæ, primos martyres mortu traditos fuiſſe.

8 Ter-

8 Tertium obiectum fuit, quia S. Simplicius Epiſcopus Pauſanẽ: paſſus eſt ſub Diocletiano, anno 300. ad diem 15. Maij, prout in Martyrologio Romano: Epiſcopatus autem Pauſanen. eſt vnitus Ampurien, qui eſt ſuffraganeus Turritani, atque adeò illo anno 300. iam ſupponebatur Archiepiſcopus Turritanus, tamquam Metropolita S. Simplicij, igitur præcedit antiquitate Archiepiſcopũ Calaritanum, qui ex Conc. Arelatẽſi I. celebrato anno 314. probat antiquitatem ſuæ ſedis.

9 Reſpondetur in primis Calaritanum probare antiquitatem ſuæ ſedis à B. Clemente, qui anno 46. à Natiuitate Domini fuit primus Epiſcopus Calaritanus, vt cap. 5. huius lib. probatũ eſt. Deinde, quia eſto antiquitas Calaritani primo demõſtraretur ſolum ab illo Conc. Arelatenſi primo, vt Turritanus ex ſuo iure Metropolitico poſſet inferre ſuam antiquitatem à tempore S. Simplicij, deberet oſtendere, tunc ipſum fuiſſe Metropolitam illius; at nullo modo poteſt legitimè, & certo oſtendere Turritan. ante annum 1000. ſuam ſedem eſſe Metropolim, nam quod Ioannes Arca lib. 2. de SS. Sardiniæ fol. 27. aſſerit ſcilicet Archiepiſcopum Turritanum incepiſſe denominari Archiepiſcopum à die Conſecrationis Templi Sancti Gauini (quam ex ſolo Codice antiquo Turritano ab ipſo relato, fuiſſe anno 517. conſtat) falſum eſt, ſiquidem deceptus eſt à prædicto Codice manifeſtè, qui dicitur (lingua Sardoa) *Fundague*, id eſt fundatio Templi S. Gauini, quem Codicem fuiſſe purum commentum Turritanorum, manifeſte probat Bonfant lib. 13. Triũphi Martyrum cap. 31. & nos etiam oſtendimus § 1. c. 7. huius libri. Primo, quia in illo tẽpore, in quo ædificatum fuit Templum S. Gauini à Comita Iudice Turritano, vt ille ſupponit, non erant Iudices in Sardinia, qui cõſtituti ſunt, anno 1050. à Piſanis, quando ſũma rerũ in Sardinia potiti ſũt, vt conſtat ex Hiſtorijs Reipub. Piſanę, his verbis, *facta fuit hæc diuiſio anno Domini 1050. ab Aldobrando Reynutio Conſule Piſanorum poteſtate à Repub. miſſo ſingulas partes ſingulis Iudicibus comendandi*. Concordant Sigonius, Maynoldus, & alij, hoc enim nomen Iudicis pro Thetrarca, nunquam fuit vſurpatum à Romanis, Vandalis, & Saracenis, qui ante Piſanum Sardiniam occuparunt, vt conſtat ex omnibus hiſtorijs. Neque illo anno 517. Inſula erat ſub Imperio Romano, vt ille Codex apertè affirmat, etenim ab anno 471. vſque ad 530. fuit à Vandalis occupata, vt referunt Victor Vticenſis lib. 1. de perſecutione Vandalica, & Franciſcus Balduinus, à Fara citatus pag. 96. Procopius

copius lib. 3. & 4. de bello Vandalico, Zonara, & Bergomenſis, à Fara citati ibidem, & idem Fara pag. citata. Secundo quia in illa Conſecratione ait ille Codex, interfuiſſe Piſanum cum titulo Archiepiſcopi, quod etiam falſum eſt, quia Piſanus poſt annũ 1000. ab Vrbano II. fuit factus Archiepiſcopus, vt conſtat ex productis à Piſano in hac lite, & ex hiſtorijs.

10 Tertio, quia inueriſimile eſt id quod aſſerit ille Codex, ſcilicet ad petitionem Iudicis Turritani fuiſſe miſſum Cardinalem Sãctæ Romanæ Eccleſiæ ad Canonizãdum, Turribus in Sardinia, Sanctos Martyres Gauinũ, Protum, & Ianuarium; itemque ad Conſecrandum Templum Sancti Gauini; tum quia eo tempore Presbyteri Cardinales Romani, multò inferiori fulgebant dignitate, quam Epiſcopi, vt notum eſt, & poteſt videri in ſubſcriptionibus antiquorum Cõciliorum; tum etiam, quia canonizatio Sanctorum præcipue martyrum fiebat ab Epiſcopis in ſuis Eccleſijs, poteſtate ad id delegata, à Sede Apoſtolica, quæ hoc ſibi reſeruauit à quadringentis ferme annis. Tum denique quia ad Conſecrationem illius Templi ſatis erat Epiſcopus Turritanus, eſt enim hæc functio propria Epiſcopi, ad quam ſolam peragendam nũſquã in Eccleſia Dei fuit deſtinata delegatio Apoſtolica. Vt mittam multa alia omnino inueriſſimilia & generalibus hiſtorijs cõtraria, quæ videri poſſunt in Bonfant. cit. loco. Et ita, quæ Ioannes Arca refert ex cit. Codice nullius ſunt momẽti, ſicut neque quæ Baron. refert in annotationibus ad Martyrologium ſub die 3. Maij, lit. B. cum fateatur excepiſſe ex prædicto falſo Codice, licet ibi Baronius, ſolo Eccleſię Cathedralis titulo, Turritanam exornet.

11 Nec poſt dici titulum Archiepiſcopalem fuiſſe datum Turritano (vt aliquis autumat) in Conc. Nicen. 2. anno 789. tum quia in eo Conc. ſolum fit mẽtio Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ, qui potius ſupponit pro Calaritano, quam pro Turritano, vt cap. 16. huius lib. probatũ eſt, tum etiam, quia in Concilijs non dabatur de nouo titulus Archiepiſcopalis alicui Epiſcopo, nam hoc fuit ſemper reſeruatum Summo Pontif. Rom. & ita cũ ante annũ 1000. non conſtat Turritanum fuiſſe Metropolitam, ex ſuo iure Metropolitico, nihil probat ab antiquitate S. Simplicij Epiſcopi Pauſanię. Sed dato, & nullo modo cõceſſo, quòd verũ eſſet, quod erectio Eccleſiæ Turritanæ in Archiepiſcopalem, fuiſſet facta anno 517. (vt falſo autumat ille Codex) ex illo etiam infertur euidenter, tempore S. Simplicij, nempe anno 300. Turritanũ non fuiſſe Metropolitanum Pauſaniæ; ſed

potius Calaritanum, quèm fuiſſe Metropolitanum anterioribus ſęculis ante annum 517. ſcilicet anno 350. conſtat teſtimonijs D. Atanaſij, & Tripartitæ numcupantibus B. Luciferũ Antiſtitem Calaritanum Metropolitanum Inſularum Sardiniæ. Imò, & anno 314. cum in Concil. Arelat. 1. īterfuerit Quintius Calaritan. ex Prouintia Sardinia, & cũ Baron. ad illum locum, & annũ dicat, ad illud Conciliũ fuiſſe vocatos Metropolitanos Prouinciarum Occidentalium, ſequitur, Calaritanũ tunc fuiſſe Metropolitam Sardiniæ.

12 Addo Epiſcopum Pauſaniæ antiquitus fuiſſe Suffraganeum Archiepiſcopi Calaritani à quo, ſcilicet à Iannuario, fuit Epiſcopus in illa Eccleſia ordinatus, quod ſpectabat ad Metropolitanum, vt expreſſe habetur in epiſto. 29. Diu. Gregor. libro 3. fuiſſe autem Ianuarium Calaritanum tunc Metropolitam conſtat ex eodem D. Greg. epiſt. 47. lib. 1.

13 Addo Secundo non ſolũ Epiſcopum Pauſaniæ, ſed etiam Turritanum fuiſſe antiquitus ſuffraganeum Calaritani, vt probatum eſt cap. 31. huius lib. ex quo etiã cõſtat falſitas illius Codicis Turritani vulgo dicti *Fundague*, nã quo pacto anno 517. potuit Turritanus fieri, & nominari Archiepiſcopus, ſi D. Greg. qui inijt Pontificatum anno 690. Marinianum Epiſcopu n Turritanũ (vt cõſtat ex eius epiſt. 59. lib. 1.) numerat, epiſt. 8. lib. 7. inter ſuffraganeos Metropolitani Sardiniæ? quém fuiſſe Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanũ aperte tradit Fara Saſſaritanus lib. 1. de Rebus Sardois pag. 132. Imó, & idem Baron. tom. 8. ad annum 686. vbi refert Citonatũ Archiepiſcopum Calaritanum ordinaſſe Eccleſiam Turritanam, cõferendo illi Epiſcopum, nominat electum nouellum Epiſcopum, & Citonatum Archiepiſcopum.

14 Quarto obijcit Turritan. quia Concilio Prouintiali Carthaginenſi celebrato (vt ipſe aſſerit) anno 326. reperitur Gaudentius Epiſcopus Turritanus, ex quo infert antiquitatem ſuæ ſedis. Reſpondetur, admiratione dignam eſſe variationem Turritanorum circa hunc Gaudentium, nam Fara dixit, illũ interfuiſſe Concilio Carthaginenſi celebrato ſub Melchiade anno 313. Pater Pinto afirmat Gaudentiũ interfuiſſe cuidam Concilio Romano ſub Silueſtro incępto, & nũc Archiepiſcopus Turritanus aſſerit interfuiſſe Concilio Carthaginẽſi ſub Iulio I. anno 336. ex qua varietate, ipſos potius diuinare, & more cæcorum errare, quam certum aliquid aſtruere manifeſte colligitur. Sed hoc omiſſo ad obiectionem reſpódeo primo, quod licet hoc,


hoc, quod aſſerit Turritanus eſſet verum, illud Concilium (vt ipſe ait) fuit celebratum ſub Iulio I. anno 336.

14 Sed melius, vt notauit Binius in notis ad illud Concilium anno 348. vel 349. poſt celebratum Cōcilium Sardicenſe, cuius fit mentio in illo Carthaginenſi, & vtroq; modo fuit poſterius illo Arelatē ſi primo, celebrato anno 314. Secundo, quia in illo Concilio Carthaginenſi, in corpore ponitur Gaudētius Tuſdritanus, & quamuis in margine ponatur Turritanus, magis textui, quam margini credendum eſt: Tuſdritanus autem, ſiuè Tuſdritenſis (quod idem eſt, ſicut Saſſaritanus, & Saſſarenſis) vnus eſt ex Epiſcopatibus Africæ Suffraganeis Carthaginenſis, vt refert Mirrheus in notitia Epiſcopatuū orbis lib. 2. pag. 101. Tertiò, quia eſto illa nota marginis eſſet vera, intelligenda eſſet de Epiſcopo Turris albæ Africano, & Suffraganeo Carthaginenſis, vt refert idem Mirrheus citato loco, pag. 100. quia ſicut Saſſaritanus dicitur Turritanus à Turri Libiſonis in Sardinia, teſte Plinio, & Fara; ita à Turri alba, Turritanus dicebatur in Africa, & veriſimilius eſt, Turritanum Africanum interfuiſſe illi Concilio, in quo ſuffraganei Carthaginēſis interfuerunt, quam Turritanum Sardiniæ, qui non erat ſuffraganeus illius, neque aliqua ibi Sardiniæ fit mentio, cum Carthaginenſis non haberet ius conuocandi, niſi ſolos ſuos Epiſcopos ſuffraganeos. Sardiniā autē tempore huius Cōcilij Carthaginenſis anno 348. vt dictum eſt, non fuiſſe Prouinciam Africæ, niſi poſt annū 500. quando poſt Africam à Tirannide Vandalorum liberatam, facta fuit à Iuſtiniano Prouincia Africæ, refert Mirrheus lib. 1. Epiſcopatuum orbis cap. 4. & 6. Ruffo, notitia Imperij, & Indice Sconhouiano.

15 Quinto, obijcit arborem Abbatis Ioachimi ſuper Iſaiam, in qua cum ponat Turritanum in recta ſerie, Calaritanum ponit ad latus inter ſimplices Epiſcopos. Reſpondetur arborem Abbatis Ioachimi potius eſſe pro Calaritano, cum eius prouintiā ponat in ſublimiori loco Sardiniç; quod autem Calaritanum non ponat in recta ſerie, ſed in latere dextro hoc prouenit, quia nomē Regni, nempè Sardinia, quod in medio culmine ſitum eſt, diſtinctum eſt à nomine Calaris, & eius ordo in hac, & in alijs arboribus talis eſt. in ſigno quadrato, ſeu lōgo, medio ponit nomē illius prouintiæ, ſeu Regni, quod deſcribit, & in primo rotūdo ſigno dextro, præcipuam ſedem Metropoliticam nobiliorem, cū hoc tamen diſcrimine, ꝗ quando aliqua Ciuitas Metropolis, retinet nomen totius

Regni, in Sphericis ipſius ponit Eccleſias Suffraganeas tãtum; & in quadrato nomen Regni, principaliori ſedi, & Ciuitati, commune, vt in Romano, Neapolitano, & alijs.

16 Quãdo verò deſcribit Regna, quorum Ciuitas Metropolis, non retinet nomẽ commune Regni, ponit in quadrato nomẽ Regni, & in primo Spherico dextro, nomen principalioris Ciuitatis, & primæ ſedis: Exempla ſunt manifeſtá in Dalmatia, quia ponitur in medio quadrato, & à latere dextro, in primo Spherico *Aquilꝫienſis*, qui ſine dubio eſt Patriarcha. Item in deſcriptione Franciæ, ponitur ipſa in quadrato medio; & in primo Spherico dextro *Senonẽſis*, qui eſt Primas illius prouintiæ. Item in deſcriptione Hiſpaniæ, ipſa ponitur in quadrato, in primo verò Spherico dextro *Tarraconenſis*, qui eſt Metropolita, & Primas. Similiter in deſcriptione Lombardię, hæc ponitur in quadrato medio, in primo verò Spherico dextro *Mediolanenſis*, qui eſt Metropolita, & Primas; & idem videre eſt in alijs arboribus. Horum autẽ exemplorum formam hic ſubijt animum exarare, vt ex ipſis magis eluceat, quã eluſus fuerit Turrit. in hac arbore Ioachimi propalanda.



Sardinia
Calaritanus
Sulsitanus
Suellenus
Doliensis
Turritanus
Forensis
Othanensis
Planadensis
Ampuriensis
Guisardensis
Bosanus
Clanstrensis
Arborensis
Vsellensis
Sancta Iusta
Terra alba
Ciuitatensis
Gallurensis
Hispania
Terraconensis
Barchinonensis
Grandensis
Ausonensis
Vrgellensis
Et alij Sufragani
Francia
Senonensis
Parisiensis
Aurelianensis
Niuernensis
Autisiodorensis
Et alij Sufragani.
Lombardia
Mediolanensis
Bergomensis
Brixiensis
Cremonensis
Laudonensis
Nouariensis
Et alij Sufragani.
Dalmatia
Aquilleiensis
Mantuanensis
Tridentinus
Veronensis
Paduanensis
Et alij Sufragani.

PROTESTATIO DOCT. ANTIOCHI VSAI, *Canonici Algaren Commiſs. S. Inquiſitionis, Procuratoris Archiepiſcopi Calaritani, ad extractionem quarundam litterarum Turritani, vi litterarum Apoſtolicarum compulſorialium.* Cap. XXXXVIII.

NE fictis ſcripturis, poſt excuſſum hoc opus moliantur Turritani ignauos decipere, opere pretium duximus, hanc proteſtationem Typis mandare, tanquam pharmacum, ſiuè antidotum callidæ falſitatis, ſi contra veritatem attollere caput conata fuerit. Eſt autem tenoris ſequentis.

Doctor Antiochus Vſay, Canonicus Pœnitentiarius Algaren. & Commiſſarius Sanctæ Inquiſitionis, necnō ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Dño Dō Fr. Ambroſio Machin, Archiepiſcopo Calaritano, Sardiniæ, & Corſicæ Primate, Procurator deputatus ad quarundā Scripturarū, extractionem, quas Promotor Fiſcalis Turritan. Ioſephus Litala, Procurator Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Don Iacobi Paſſamar, Archiepiſcopi Saſſaren. compulſare intendit, vigore quarundam litterarum à R.D. Cornelio Enrriques V.I.D. Sanctiſs. D. N. Papæ Capellano, & Iudice Commiſſario obtentarum, prout in actis, &c.

Vt ſuis tempore, & loco fraudis, dolis, litis, ignorantiæ, & excuſationis, anſa abigatur, quæ poſſent ſuboriri, proteſtatur, & proponit ſequentia, tàm contrà dictum Promotorem Fiſcalē Turritan, vel potius contrà ſuum Principalem, quàm contrà R. D. Leonardum Redeolives, Scribaniæ Saſſaren. Notarium, & in iſtis aſſertum eius Tabelliones, & Cuſtores, Scribaniæ, & eiuſdem omnes Saſſarenſes, & intereſſe habentes.

Non ignorāt, nec ignorare poſſunt prædicti, & numeratu, quod prædictus Vſay longè antequam litteræ remiſſoriæ ad hanc Ciuitatē Saſſaris peruenerint, occularem oſtenſionem fecerit ſuæ Procuræ, ſeu facultatis, in hac Saſſaritana menſa, die 28. Octobris, proteſtans per Notarium publicum, ſcilicet Leonardum Virde, & Sillene, de nullitate agendorum, & extrahendorum, niſi ipſo Vſay citato.

Poſtmodum, vix litteræ remiſſoriales, apparuerunt, cum præfatus Vſay perſonaliter in hac Saſſaritana Menſa comparuit, vt ſic, vel ad minimā ſui requiſitionem facilius occurreret, quod animaduertentes prædicti Iudex, Fiſcalis, Promotor, & Notarius, volentes, nolentes ipſas litteras compulſoriales præſentarunt præfato Vſay, præfigendo terminum ſex dierum ad dicendum quicquid, &c.

Nec

Nec mora eodem die præſentationis, qui numerabatur decimus dies Decembris 1637. præfatus Vſay tranſtulit ſe ſe perſonaliter in Scribaniam Saſſaritan. & ad reſpódendum dixit ſe promptú extitiſſe, & fore ad quarúcunq; rerum extractionem vellent; Dummodò ſignanter terminus, & hora, & locus, & de his commoneretur iuridicè; aliter proteſtatus fuit de nullitate vniuerſorum, & ſingulorum, ipſo non citato, &c.

Quare prædicti Iudex, Fiſcalis, Promotor, & Notarius, licet aſſignauerint ſextum diem pro præſentatione, in quo dixerunt ſe extracturos, quicquid vellent, &c. Ipſe Vſay comparuit ſemper mane, & Veſpere in dicta Scribania, ab ipſo die decimoſexto Decembris, vſque ad diem 23. eiuſdem menſis, in quibus diebus, nihil prædicti Saſſarenſes innouarunt, nihil mouerunt, nihil dixerunt, vt ita dixerim obmutuerunt, non ſtantes, nec verbis, nec dictis, nec ſcriptis, nec citatis, quod minimè negare poſſunt, nec excuſare, cùm innoteſcat omnibus, & probatione non indigeat, & quia ex his iam didiſceram, prædictos Iudicem, &c. Nō procedere ex ſinceritate animi, & veritate, qua procedere debebāt cum in tantis defecerint, crimine enim ab vno diſce omnes occinit ille, &c. Ideò ſemper in his ſupradictis attuli mecum duos, pluresvè teſtes, ſcilicet Ioannem Mariam de Are, & Sebaſtianum Coſſu Clericos, Diaconū vnum, Subdiaconum alterum, vt ſic illorum aſtutiam, ne dicam dolum euitaret dictus Vſay.

Quibus ſic ſtantibus prædicti Iudex, &c. Quia nullam tergiuerſationem habebant die 23. Decembris, præſentibus omnibus, & me, quia imminebat Natale Domini, in quo Feriari ſolitum eſt, vſque ad diem ſeptimā Ianuarij excluſiuè, ad quem diem citauerunt, vt prima manus admoueretur compulſandis ſcripturis, credideram enim prædictos id inuiolabiliter ſeruaturos, ſed contrà opinionem ſucceſſit, & qui in primis defecerant, defecère etiam in ſecundis. Itaque peruentum eſt ad terminū ſignatum, ſcilicet 7. Ianuarij, & ille dies intactus præterijt, ne ſolum ille dies, ſed Hebdomadæ integræ, etiam menſis totus, cum alterius dimidio effluxit, cum nullum adhuc ipſa compulſatio ſortita fuit effectū, donec ad 24. diem Ianuarij, & ipſe Vſay in tot elapſis diebus ſemper comparuit eodem modo, quo ſupra, teſtibus eiſdē, qua propter non poterāt nō verecundari, vt verecundabantur, nec habebant verbum, quod reſponderent, nec aliquid, quod offerrent.

Itaque in ipſo 23. die Ianuarij adfui ipſe Vſay, videnſque, quod ipſe Iudex delegatus ſemper deſiderabatur, nec comparebat vnquam proteſtatus fui, de his omnibus ſupradictis in ipſa Scribania contra ipſum Iudicem, Promotorem Fiſcalem, & Notarium coram teſtibus præfatis Ioanne

Maria

Maria,& Sebaſtiano,dicens inter alia,quod viderentur,tàm Iudex,Promotor Fiſcalis, quã Notarius in tot procraſtinationibus tergiuerſari, & deludere in craſtinum,ſemper procraſtinando, nec vnquam veniebat cras illud,ideoque ad iuris remedium recurrẽs,nomine quo in actis per eandem ſcripturam,omni meliori modo,quo de iure facere potui, iterum,iterumque, & cencies proteſtatus fui contrà prædictos Iudicem, Promotorem Fiſcalem,& Notarium, qui ex ſupradictis habent contrà ſe ſe omnem iuris præſumptionem, de his omnibus tergiuerſantibus, circuitionibus,deluſionibus,dolis,moris,inualiditatibus,& nullitatibus, cum pro me nunquam ſteterit,quo minus non compulſarint, & extraxerint,compulſanda,& extrahenda, atque adeò ſi quæ auſi ſunt, vel audeant clam,furtim,& doloſè extrahere,tanquam inualida attẽtata, nulliuſq; roboris fore in Romana Curia,& extra, ex defectu ſolemnitatum requiſitarum,& ſeruandorum non ſeruatorum.

Et quia copiam Notarij confidentis nõ habui,cum in loco Saſſaris, nullus ſit,qui Saſſarenſis non ſit, & intereſſe non haberet, de qua agitur, vſus ſui eo iuris remedio, quo potui, præſentando ſupradictam proteſtationem de verbo ad verbum, vt hic aſſero coram prædictis teſtibus,Sebaſtiano,& Ioanne Maria,cum ſint neutrales,die eadem 23.

Quòd cum aduerteret Vicarius generalis Saſſaren. qui ijs interfuit ſedulã dedit operam,vt Iudex præfatus,qui à Ciuitate aberat,& abeſt de more in ſua Plebania,admoneretur,miſitque vnum ex Curſoribus, vt illi ſuo nomine nunciaret,ac ſubito veniret, nec tamen Iudex prædictus obtẽperauit, quare neceſſe fuit mittere eundem Promotorem Fiſcalẽ Saſſaren, vt ita tandem accederet, nec viſus eſt vſque ad 23. diem Ianuarij ferè ſub nocte,in qua obiter initium datum fuit, recognoſcendis ſcripturis in Archiuio Saſſaren. contentis,eiuſque extrahendis,&c. Quæ iuxta ſummam ab eiſdem per Iudicem, Promotorem, & Notarium mihi exhibitam, traditamque. Hæc fuit in ſpecie,Italico Idiomate.

Primo il Breue originale della translatione della Chieſa Turritana à queſta di Saſſari, conceſſa per la felice memoria di Eugenio IIII. ſub Dat. Florentiæ 1441. tertio nonas Aprilis.

Secũdo vn Regiſtro antiquo, coperto di pergameno, e gli fogli ſcritti ancora in pergameno, doue conſta, che nell'anno 1253. Kalendis Iunij. Proſpero Arciueſcouo Turritano come delegato Apoſtolico, celebrò Concilio generale nationale del preſente Regno in Bonarcato, aſſiſtendo in quello l'Arciueſcouo Calaritano, lo de Oriſtano con molti altri Prelati di queſto Regno di Sardegna.

Terzo nel quale ci è tra altri Conſigli Prouinciali celebrati per l'Arciueſcouo Otto di Arborea, doue detto Arciueſcouo dize, e comanda, che ſi guardi il detto Conſiglio

celebrato per detto Arciueſcouo Turritano. In quo notanter animaduertatur, quod præfati Iudex, Notarius, &c. Addiderant *come è Primato di Sardegna*, cum reuera ſic non eſſet in dicto Conſilio. Quare coacti ſunt illud delere, ſcilicet *come Primato di Sardegna*.

Quarto più una conceſſione in pergameno dell'anno 1164. doue il Veſcouo di Craſtro Atho, fece una conceſſione di una Chieſa al Monaſterio de Frati Camaldulenſi dal Iudice Bariſonio Turritano, e con authorità, e decreto dell'Arciueſcouo Alberto, come Primato di Sardegna, vt illi extrahebant, ad q; notādū eſt, q; attinet ad dictam Cartā Pergamenam, & in ea contenta, quod ſcilicet vetus quidem, & veteri characteres in his, quę continet donationem illam, ſed in fine illius ſcripturæ, vbi legitur *Alberti Turritani Primatis*, illas litteras eſſe ſuſpectas, etiam alteratas, & conſtat ad oculū, ex attramento nouo, & nouiter ſuperpoſito, qui reuera ex cōparatione eorumdem characterū veterū, cum his qui ſuperpoſiti ſunt, elucet alteratio prædicta, qua propter huic non poteſt dari fides, & ita proteſtatus fui de iſta alteratione, ne ſic extraheretur, ſed originaliter mitteretur ad Sāctam, & Romanam Rotam, vt ſic illa compos fiat iſtius, & aliorum, quæ in progreſſu huius ſcripturæ erunt notanda.

Più un Regiſtro coperto di tauole, inuolto in Bergameno, intitulato Condagues, & inſtrumentos eſcripto in foglio in Pergameno dell'anno M.C.I. inſino M.C.XI. doue gli Arciueſcoui Turritani ſono chiamati Primati: & il Giudice Turritano Rè, doue conſta che detto Arciueſcouo Turritano haueua molti Veſcoui, & Abbati Suffraganei. Ad quod aduertatur, quód prædictum Regiſtrū, & in eo contentum non eſt veridicum, nec ita diſpoſitum, vt illi fides habeatur, quia prima facie, vt illud vidi, reuolui que eius folia, reperi eius alterationem, nec amplius moratus ſum in eo legendo, quia Regiſtrum illud paſſim alteratum eſt cum attramento nouo, nouiſque elementis, vt etiam id appareat, ijs qui litteras non norunt. Et ideó proteſtatus fui de eius nullitate, & inualiditate, atque ideò ne extraheretur, ſed ſi quid vellent, mitteretur originaliter, vt erat, ad Sacram Rotam, quę his viſis non ſineret impunitos, huius alterationis conſcios.

Più un'altro libro antiquo coperto di pelle roſſa, e ſcritto in Pergameno dell'Anno M. C. X L. I. doue conſta di molti Condagui fatti dal Rè Turritano, di molte Chieſe, Abbatie, e renouati nell'anno 1150. e più anni. Ad quod etiam aduertatur, quod Regiſtrum hoc, eodem vitio laborat, quo ſuperius, & fide indignum eſt, nec conſenſi ad illius extractionem, cum in eo ſint folia integra, ſcripta nouiter, & nouo attramento, comparatione facta cum alijs paginis, & folijs in eo Regiſtro contentis, veteri, & antiquo attramento, quare proteſtatus fui eodem modo, quo ſupra.

Più

Più vn libro coperto di Pergameno, Intitulato Concilio generale, celebrato per Gaudenciu Archibiſcamu de Turres, doue detto Arciueſcouo Turritano Gaudencio, celebrò Synodo Prouinciale nella Chieſa Cathedrale di Turres, San Pietro, con con aſſiſtentia de ſuoi Suffraganei, in Pergameno molto antiquo, nelquale ci è il Condague della Chieſa di San Gauino di Porto di Torres, con altre conſagrationi di Chieſe. In hoc præcipuè notandum, quod folia omnia cartæ pergamenæ, vetera quidem ſunt, nec ſcripta antiquitus, ſed totum quod in eo continetur, ſcriptum eſt nouiter; Congeſſit enim, & compaginauit, quiſquis ille fuerit, pergamena illa in folia, & poſtmodum ſcripſit his diebus, quod libuit. Itaque non admiſi illud extrahendum, cum nec extractione, nec fide, nec luce ſit dignum; Et ideò iudicaui de his omnibus certiorem facere Sanctam, & Romanam Rotam iuxtà conſcientiam, ne dixerim ſcrupulum.

Più vn Regiſtro grande ſcritto in papiro, coperto di pergameno molto antiquo, intitulato Auit, principio Beatæ Mariæ, & Beati Gauini, & Nicolai, primus liber Regiſtri litterarum patentium, & præceptore inſcriptas redigendarum, ac Bullarum, & aliornm reſcriptorum, tempore Reuerendi in Chriſto Patris, & Domini Antonij Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Archiepiſcopi Saſſarenſis, & Turritan. *Primatiali, ad effetto di eſtrahere da quello moltiſſimi Synodi, celebrati per detto Illuſtriſſimo, & altri Prelati Turritani dell'anno M. C C C C L. inſino all'anno M. CCCCLXXXXVIIII. con aſſiſtenza delli ſuoi Veſcoui, & Abbati Suffraganei, e che li ſudetti Veſcouati erano obligati pagar gli ſpogli di eſſi Veſcoui defunti alla Mēſa Turritana.* Ad calcem huius Regiſtri intelligatur, quod *li Primitiali* non eſt in illo Regiſtro, vt extrahebat Notarius, & ita demendum eſt, & Regiſtrum illud vetus quidem eſt, & in multis locis attritum, & exeſum. Ita vt principia Synodorum non legantur, & omne quod in eis continetur, nihil aliud eſt, quàm celebratio Synodorum, vbi conuenerant quidam Epiſcopi Suffraganei Saſſarenſis Archiepiſcopi, & aliqui Canonici, & Procuratores eorumdem, & in toto illo, nec verbum legitur de Primate, nec de aliquo alio ad eundem pertinēte. Et quod attinet ad illud de ſpolijs, ſolum leguntur duo inſtrumenta paucorum characterum, in quibus fatetur menſa Turritana, fuiſſe ſolutum ſpolium cuiuſdam Epiſcopi Bolanen. & alterius eius ſuffraganeorum, nec aliud reperitur in toto illo Regiſtro.

Più vn'altro Regiſtro molto antiquo ſcritto in papiro, Intitulato pro Synodis, & Beneficijs colendis, cum ſuis dotalibus, & prima tonſura 1 5 2 3. *Doue conſta de altri Synodi celebrati de gli Arciueſcoui Turritani, con aſſiſtencia delli ſuoi Veſcoui, & Abbati Suffraganei, doue ci è vna lettera ſcritta di mano di*

Solar Notaro della Menſa Turritana, in riſpoſta de vna lettera dell' Arciueſcouo Turritano; doue dize che gli papiri de queſta Menſa, per la diſtrozza de inimici ſono ſtati perſi, nell' anno 1534. Ad quod aduertatur, quod in hoc Regiſtro continentur Synodi ſupradicti Archiepiſcopi Turritani cum ſuis ſolis Suffraganeis, nec eſt aliud ad Primatem pertinens.

Più vn Breue delli Signori Auditori della Camera Apoſtolica, Ioanne Dominico Spinola, ſpedito nell' anno 1623. doue commette all' Arciueſcouo Turritano, e gli dice Primato de Sardegna, la ſolutione de vna cenſura, che erano dichiarate per il Giudice de Appellatione di queſto Regno. Ad quod notandum eſt, qnod illud non eſt Breue, ſed monitorium quoddam particulare, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, his diebus factum nempè 1623. quod nec ius, nec vetuſtatem inducit cũ hæc monitoria fiant ſecundum narratiuam petentis, nec ad illud attendunt Notarij Romanorum Offitiorum, vt nouimus, qui Romæ commorati ſumus, & ad rem non facit.

Più lo officio antiquo di San Gauino Turritano, fatto per il Illuſtriſs. Don Saluatore Alepus naturale di Cagliari, e recopilato da gli Condagui antiqui di detta Chieſa à 30. di Maggio 1498. impreſſo in Venecia, doue dize, & è chiamata Torres Metropoli di Sardegna.

Più vn' altro officio dell' iſteſſo San Gauino, & ſuoi compagni, impreſſo in Roma l'anno 1532. doue chiama Torres Metropolis Sardiniæ. Ad quæ duo vltima notẽtur, quod licet Notarius, Iudex, &c. Dicant, & vocent Libros, non ſunt re vnà Libri, ſed quædam foliola in decimo ſexto folio, & quædam Relatiunculę parui ponderis, & momenti factæ, & compoſitæ ab ipſo Archiepiſcopo Saſſaren. ſeu Turritanen. vnde nõ vrget, quod ille arrogauerit, ſibi nomen Metropolis Sardiniæ, licet ille Archiepiſcopus fuit Patria Calaritanus, conſuluit tamen ſuæ dignitati.

Più il Condague della Abbacia de Sacargia, doue lo Arciueſcouo Turritano. (Refero verba, quæ illi extrahebant) *conuocò lo Arciueſcouo de Arborea, e lo Arciueſcouo di Cagliari per conſecrare la Chieſa della Santiſſima Trinità di detta Abbacia nell' anno 1116. impreſſo in Cagliari, con licencia dell' Arciueſcouo di Cagliari.* Quod omne, viſo ipſo Cõdague, inuenitur falſam fuiſſe ipſam extractionem, nec illi conſonam, ſolumque illud Condague refert, Iudicem quendam Turritanum inſtanter rogaſſe Summum Pontificem, vt Eccleſia illa prædicta conſecraretur ob ſuam deuotionem, quare Summus Pontifex, his precibus commotus, effecit, vt Epiſcopi Sardiniæ illic conuenirent ad eam conſecrandam, inter quos fuit Archiepiſcopus Calaritanus, Arboren. & Turritanus, nec refert aliud, vt illi extrahebant, *ſcilicet Archiepiſcopum Turritanum conuocaſſe illos.* Itaque reuiſo illo Condague

dague, omnia illa verba correcta ſunt, & deleta, ſcilicet *doue lo Arciueſcouo Turritano conuocò, &c.* vſque ad, vel anno excluſiuè, nec multum refert illud Cõdague fuiſſe Typis mandatum Calari, noſtris temporibus, nempè tempore Martini Sabba Typographi, quia Cõdague illud in ſuo origine, & fonte nihil continet contra ius Calaritanæ dignitatis.

Più il Libro de Iulio Roſso, intitulato Triumpho martyrum, impreſſo in Roma, nel l'anno 1577. doue chiama à Iudice Comida Prefetto di Torres, e che in quel tẽpo la Chieſa Turritana era capo di tutta Sardegna. Aduertendum eſt illa verba, ſic extracta ab illo libriculò, vt ita dicam paruarum paginarum, cuius author fuit Iulius Roſcius, eſſe quandam relationem inſertam ad ipſum Triumphum Martyrum, vt videre eſt in illo, cuius copia habebitur Romæ, & illam relationem tranſlatam fuiſſe à lingua Sarda in Italicam, ex quo deducitur, illã non fuiſſe dicti Authoris, qui Sardorum idioma non nouerat, ſed alicuius Saſſarenſis, quam poſteà intexuit illi Triumpho, in qua relatione inueniuntur multa contradictoria, & abſurda, vt dixerim falſa, vt ſunt. Primo vbi dicit Sardineam in tres partes diuidi, nempè Lugodorij, Arboren. & Galluren, addendo Gallurã, idem eſſe, quod Calarim, quod ridiculum eſt. Secundò Eccleſiam Sancti Gauini (vt ibi legitur) non extrahunt *illi Eccleſiam Turritanam*, cum reuera ſic non dicat, ſed Eccleſiam Sancti Gauini caput fuiſſe totius Sardiniç, tempore illo, quod etiam eſt à veritate alienum, vt norunt omnes qui de Sardinia ſcribunt: nam Eccleſia illa Sancti Gauini nunquã fuit, nec Metropolis, nec Cathedralis, quanto minus potuit eſſe Caput, quia illa ædificata fuit poſt deſtructionem Turritanæ Ciuitatis, ſemperque extitit citra populationem, nec potuit, nec fuit Cathedralis, vt dictum eſt, quare nulla fides illi relatiunculę danda eſt.

Più il libro de Dimas Serpi Calaritano, nel quale nel lib. 2. delle coſe di Sardegna dice, che il primo Veſcouo di Sardegna, fù San Iuuenal Veſcouo, ilquale fiorì nell'anno 303. e nell'iſteſſo Libro dize che gli Arciueſcoui Turritani erano immediati ſoggetti à la Sede Apoſtolica, e che il Sommo Pontifice gl'ordinaua, quod attinet ad librum iſtum dicti Dimas Serpi, nil eſt, quod dicã, quia cum poſſit præmanibus haberi, illi me refero, quãdoque in illo capite ſignato potius dicit contrarium, ſcilicet vt illius verbis vtar, *ni es de creer, que San Iuuenal fueſſe el primero Obiſpo de Caller.*

Più il libro del Dottor Giouan Carnicer Calaritano, impreſſo l'anno 1610. in Cagliari, con licencia del Ordinario, cioè dize l'iſteſſo, che il detto San Iuuenal è ſtato il primo Veſcouo di Cagliari nell'anno 303. videatur ille, qui refert verba ba dicti Dimas ſupradicta, atque adeò ommitto.

Più il libro di Canales de Vegas, natural di Cagliari, impreſſo nel detto luogo di Cagliari,

Cagliari, doue dize, e chiama à San Proto, &c. il grande Protogines Arciueſcouo di Torres, e che S.Gauino fu Arciueſcouo di Torres. Videndus eſt ille.

Più vn libro coperto di pergameno delli memoriali, e procedimenti fatti nel Conſiglio Prouinciale Turritano, celebrato per il Illuſtriſſimo Arciueſcouo Turritano, Don Andrea Baccaglar, natural de Cagliari, nell'anno 1606. doue il detto Arciueſcouo Turritano è Prelati ſuffraganei congregati nel detto Conſiglio, ſcriſſero à ſua Santità, che comandaſſe all'Arciueſcouo di Cagliari, che non ſi intitulaſſe Primato di Sardegna. Quod attinet ad has litteras in tota illa Synodo, nec verbum dicitur de illo decreto, nempè vt ſcriberet ad Sanctiſſimū, ſed litteræ illæ erant in quodam folio volatili, quod conſutum fuit Synodo illi, & parum intereſt, &c. Et hæc ſunt omnia, quæ Iudex, Promotor, Fiſcalis, & Notarius prædicti recondita habent in Archiuio Saſſaren. Quibus recognoſcendis adfui diebus illis, poſteà citarūt ad quartum diem Februarij, vt cōueniremus hora quarta poſt meridiem, quo ego acceſſi ſuo tempore, & loco, vbi nec inueni Iudicē, nec Notarium, nec Fiſcalem, ex inde vltra enim abſuere; qui re cum illos quærerem, non longè inueni in Platea Sancti Nicolai, cumque petiſſem ab eis, qua de cauſa non adeſſent in ipſa Scribania, reſponſum fuit ab eis, ſignatam fuiſſe dictam horam quartam poſt meridiē. Ideoque diſceſſiſſe eos à Scribania, occaſionem enim quærebant, imò dixerim vmbram aliquam excuſationis dicendo fuiſſe aſſignatam iam horā quartā, cum reuera ſic non eſſet. Teſtes adſunt innumeri aliquos refero Ioānem Niolum, Antiochum, & Fabium Lacono, Magiſtrum Aurelium, Proſperum Vicarium generalem Seruitarum, eiuſque ſociū quendam, Liperi, Niolu eiuſdem Ordinis, Antiochum Falque, Ioānem Arnaldos, Sebaſtianum della juſta; Quare alloquutus fui illico Illuſtriſſimum, & & Reuerendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Saſſaren. quem admonui de his excuſationibus ſuorum miniſtrorum, videnſq; illorum tergiuerſationem nullam eſſe, iuſſit illos conuenire, quare coacti ſunt oſtenſionem mihi facere earundem rerum, quas extraxerant, copias, illaſque cum ſuis originalibus coram me conferre, quibus collatis, & cōparatis dixi, quod ſentiebam circa earum fidē; & correctionem, eodem modo, quo ſupra retuli, ſicque proteſtatus fui bis, & millies, teſtor Deū, quia verum refero, ſic ſe ſe rem habere, vt aſſerui, nec vlla me animi paſſio mouit, cum ſic deceat Chriſtianum hominem, Sacerdotem, Doctorem, Canonicum, Maiorem Pœnitentiarium Sanctæ Eccleſiæ Algaren. & Commiſſarium Inquiſitionis Sancti Officij, &c. Et ſi quid prætendatur à contraria parte aduerſus relata, proteſtatus ſum, & proteſtor, Iterum iterumque, vt remittantur originalia ad Sacram, & Romanam

manam

manam Rotam,vt ita veritas rerum innoteſcat, vel recognoſcāt ſcripturas illas,Notarij neutrales, & fide digni, omniq́ue exceptione maiores,quibus ſic ſtantibus comparui, hortatuſq́ue ſum,vt me præſente, ſcripturas illas Sigillo communirent,ratione mittendi illas ad Sacram Rotam, ſed nihil horum actum eſt, qua propter proteſtatus fui omni meliori modo,&c. Rogans eodem modo,quo ſupra,duos pluresuè Teſtes,qui adeſſent,vt ſuo tempore, & loco fidem faciant, quādo vt ſuprà dixi,copia Notarij confidentis,non ſuppeditat in hunc modum.

Doctor Ioannes Antiochus Vſay, &c. Nomine quo in actis de Primatu Calaritanen.functus eſt munere ſuo recognoſcendo in Archiuio Turritan.ſcripturas contentas ad effectum prætenſionis aduerſæ, quarum ſcripturarum ſumma data,& exhibita mihi fuit ab eis Promotore Fiſcali,Notario,&c.In quibus tùm extrahendis,tùm conferendis cum ſuis originalibus dixit prædictus Vſay quicquid circa illorum fidē, & iuxtà illius ſcientiam,& conſcientiam ſentiebat, & alia, quæ ad Sacram, & Rom. Rot.deferret,& referret quamprimum,& interim dum expeditiori iuris remedio vtitur ad omnem fraudis, doliuè ſuſpitionem euitādam,omni meliori modo,quo de iure facere poteſt, & illi permiſſum eſt,proteſtatus fuit ſemel,& iterum,iterumq́ue tàm contra Promotorē Fiſcalem Turritan.ſeu Saſſaren.quàm contrà R. D. Paulum Aornano, &c.Iudicem, &c. & Don Leonardum Redeoliues eius Tabelliones, & Curſores eiuſdem Menſæ, ne audeant, nec eorum quilibet audere valeat,in aliquo prætenſi Primatus, vel alicuius rei ad eundem pertinen. intendere, vel mouere quicquam circa ſcripturas ad hanc rem facien. mouere,vel remouere quicquam, ſed ea omnia in eodem ſtatu, in quo ipſe Vſay reliquit ſeruare,ſub pœna, & pœnis periuri, quando iure iurando aſtricti ſunt de fide ſeruanda,& ſub pœna, & pœnis nullitatum, & attentatorum,& ſi quid intendāt, vel aliquis eorum prætendat in ſupradictis agere iuridicè,eundem Vſay,&c. citent, vel citare faciant coram,& in faciem euitandæ fraudis gratia in ſuo domicilio,& ædibus Algueri,etiam expenſis ſuimet,ſi opus ſit, quas contentus eſt prædictus Vſay ſoluere,quandoq́ue hic Saſſari pluries,& millies fruſtratus eſt,prout ſupra, & tempus non mediocre inſumpſit cauſa tergiuerſationum eorundem,qui prout ſupra millies citauerunt,intimarunt, nec ſeruarūt toties citationes, & intimationes, tùm quia in tota hac Ciuitate Saſſari nullus eſt,cui tantum negotium fidere, & committere poſſit, nec aliquem ſubſtituere, vbi omnes ſunt Saſſarenſes, quos generales legū tangunt, tum propterea, quod Ciuitas Saſſaris parum diſtet à Ciuitate Alguerij,vbi proteſtatus eſt ipſe Vſay,citari ſuis ſumptibus,vt dixit, & in-

terim

terim,quia copiam Notarij confidentis deſiderat,cauſa ſuperius allata. Ideò,quo poteſt iuris remedio vtitur,rogando teſtes,qui interſint. Quibus præſentibus, hæc proteſtatio præſentata fuit in Scribania Saſſaren. & eius Archiuio, Notario ſupradicto,& deputato ad hæc,nempè Don. Leonardo Redeoliues,proteſtando,vt eandem teneat, & retineat in dicta Scribania,eamque legat,præbeat,& exhibeat, tùm Fiſcali, tùm prædicto Iudici,qui de more abeſt,vt dictum eſt, nè aliquando excuſatio aliqua,vel ignorantia obrepat,Saſſari,& Febriarij 9. 1638.

Idem Vſay.

Teſtes interfuere R. Fabius Lacono, R. Ioannes Maria de Are, Ioannes Maria Sanna.

Et quia de vehementi ſuſpicor,& ſuſpicatus ſum (experto enim crede Ruperto, dicit tritũ illud) quando ad hanc ſuſpitionem tot anſæ mihi præbitæ fuere. Ideò iſtas proteſtationes prædictas facio,iterum, & de nouo contrà prædictos,&c.Ne audeant, vel intentent ſcripturas quaſcunque compulſatas,vel compulſandas,ſigillare,mittere, ſeu tranſmittere Romam ad R.D.Motmahnum,ſeu ad Sacram,& Romanam Rotam, niſi attexendo,ſeu inſerendo,ſeu cõſuendo,iſtaſmet proteſtationes,vt ſunt, eiſdem ſuis ſcripturis, aliter proteſtatus fui, & proteſtor de omnibus nullitatibus,& inualiditatibus earundem,& quòd nullius roboris ſint, nec fide aliqua dignæ,apud prædictum R.D.vel Sacram, & Romanam Rotam,& hoc omni meliori modo,quo ſupra,&c.

His addo ego quod certè ſciuerim, & fama eſt, quod prædicti contra quos proteſtatus ſum,& proteſtor,poſtquam ſupradictas ſcripturas,oſtenderunt,& extraxerunt eo modo quo ſupra relatum eſt, nempè iuerint, & curſitauerint per diuerſa oppida,& Pagos,quæritando, & emendicãdo aliquas alias ſcripturas,ſi forſan inueniſſent,quæ ad illorum petitionem facerent; ideò pro eo,quod poteſt contingere, proteſtor etiam atque etiam quo ſuperius, &c. Super iiſdem ne extrahantur, nec mittantur, nec ſint alicuius vigoris,vt dixi,de alijs, quando in eiſdem nõ fuerit ſeruatus modus iuridicus,me citando,& commonendo,vt citare, & commonere debebant,ſed ea omnia quaſi in tenebris, & in abſcondito faciant, quapropter eodem modo quo ſupra proteſtor, & proteſtatus fui, &c.

Idem Vſay.

Ego

Ego Notarius infraſcriptus fidẽ facio, qualiter rogatus, ratione offitij mei, & inſtatus ab Illuſ. & R. D. Doctore Ioanne Antiocho Vlay, Canonico Pœnitentiario Algueren. & Commiſſario Inquiſitionis Sancti Offitij, vt Procuratore Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Fr. Ambroſij Machin Archiepiſcopi Calaritani, Sardiniæ, & Corſicæ Primatis, qui, & acceſſi vſque ad Ciuitatem Saſſaris, vt præſentarem prædictas proteſtationes Domino Ioſepho Litala, Promotori Fiſcali Menſæ Saſſaris, & illum non inueni, nec in domo ſua, nec in tota illa Ciuitate, & feci omnes diligentias poſſibiles, quærendo, & inueſtigando eius perſonam per compita, & plateas totius Ciuitatis, ſi forſan inueniſſem illum, vel aliquẽ eius ſubſtitutum, etiam in Scribania Saſſaris, & Palatio eiuſdem Menſæ Archiepiſcopalis, & tamen non potui, nec illum, nec aliquem in loco illius inuenire, cum reſponſum mihi fuerit ab omnibus, illum diſceſſiſſe longé ab illa Ciuitate, qua propter fidem facio harum omniũ diligentiarum quas ego feci portans mecum, teſtes infraſcriptos, Antonium Angelum Sanna Saluren. Petrum Andream Pinna, Bolotonen. & Ioſephũ Belotto aliàs Rodo Algueren. omnes eius Ciuitatis incolas, die 18. menſis Februarij, anno à Natiuitate Domini M. DC. XXXVIII.

I E S V S.

✠ Signum mei Leonardi Virde, & Sillent Ciuis Alguer. Authoritatibus Apoſtolica, vbiq; Regia verò per hoc omne præſens Sardiniæ Regnũ Notarij publici, qui præfatas ſubproteſtationes aliena manu exaratas, præſentationes egi prædictas diligentias, quas mea manu ſubſcripſi, & hic me ſubſcribo, & requiſitus clauſi.

Idem Sillent clauſi, &c.

Atteſtor, & fidem facio ego Antonius Iaime Alguaren. authoritate Apoſtolica, & Regia, publicus Notarius in præſenti Sardiniæ Regno, & Illuſtris Ciuitatis Alguerij Secretarius, retroſcriptum Leonardum Virde, & Sillent, de quo retroſcriptum proteſtationis inſtrumentum eſt ſignatum, & clauſum fuiſſe, & in præſentiarum eſſe publicum Notarium, authoritatibus quibus ſe intitulat fidelem, & legalem, (uiſque ſcripturis, notis, & inſtrumentis, in iuditio, & extra plenã adhiberi fidem. In cuius rei teſtimonium hic me ſubſcribo, & meum ſolitum artis notariæ, quo in publicis inſtrumentis claudendis, vtor appono ſignum. Locus ✠ ſigni.

Atteſtor,& fidem facio, ego Io. de Medina Alguaren. Apoſtolica,& Regia, autoritate publicus Notarius in præſenti Sardiniç Regno,& Mēſç Epiſcopalis Alguaren Secretarius, retroſcriptum Leonardū Virde,& Sillenc de quo reſcriptum proteſtationis inſtrumentum eſt ſignatum, & clauſum, fuiſſe, & in præſentiarum eſſe publicum Notarium authoritatibus, quibus ſe intitulat fidelem, & legalem, ſuiſque ſcripturis notis, & inſtrumentis in iuditio, & extra plenā adhiberi fidem. In cuius rei teſtimonium hic me ſubſcribo,& meum ſolitum artis Notariæ, quo in publicis inſtrumentis claudendis vtor, appono ſignum.

Loco ✱ ſigni.

DECI-

DECISIONES SAC. RO. ROM.

In fauorem Iuris Primatialis Archiepiſcopi Calaritani emanatæ.

Primo diſputatum fuit in Sacra Rota Romana, de maiori antiquitate Sedium Calaritanæ, Turritanæ, & Arborenſis, qua, ad oſtendendum ius Primatialis dignitatis (per aſſiſtentiam iuris) ſterneretur via. Et deciſum fuit in fauorem Calaritani, vt conſtat in deciſione ſequenti.

DECISIO SACRAE ROTAE ROMANAE CORAM R. P. D.

MOTMANNO

In Cauſa Calaritana Primatus.

Veneris 27. Nouembris 1637.

FVIT aliàs commiſſa bo. mem. Horatio Cardinali Lancellotto, tunc Romæ Auditori, cauſa, quę vertitur ſuper Primatu Inſulæ & Regni Sardiniæ inter Calaritan, Turritan, & Arboren. eiuſdē Regni Archiepiſcopos: Et hodie coram me in dicti Cardinalis Lancellotti locum poſt Eminentiſſimum D. Cardinalem Veroſpium ſuffecto; dubitaui; An Sedes Calaritana ſit prima Metropolis, & antiquior Sardiniæ? Quo dubio propoſito, ac pluribus ex veterum Scriptorum, & Conciliorum monumentis, vtrinque prolatis appellationibus, nuncupationibus, ſubſcriptionibus, & enunciatiuis, ijſque partim admiſſis, & partim reiectis, vti æquiuocis, aut parum, aut nihil ad huius articuli deciſionem facientibus; viſum fuit Dominis probari, quod Sedes Calaritana ſit antiquior, reſeruato, vt de reliquis ad Iuris Metropolitici cognitionem ſpectantibus particulariter videatur.

Nam Sedis Calaritanæ antiquitatem primo loco demonſtrat illius Eccleſiæ celebris traditio, quod Beatus Clemens ante adeptum Summum Pontificatum fuerit primus Epiſcopus Sardiniæ, & in Ciuitate Calaritana primam Sedem Epiſcopalem fixerit; Vnde Capitulum eiuſdem Eccleſię, & Clerus tàm Ciuitatis, quàm Diœceſis à tempore, cuius initij, hominum memoria non extat, diem S. Clementi Papæ, & Martyri feſtum, quotannis ſolemni ritu cum proceſsione, Miſſa, cantu, & Concione celebrare conſueuerunt.

Dictæ traditioni, & conſuetudini teſtimonium medio iuramento perhibuerunt Viri Eccleſiaſtici Calaritani; affirmantes inſuper Altare Maius dictæ Eccleſiæ dicatum eſſe Beato Clementi, ac Beato Saturnino etiam Martyri Calaritano. Qui Teſtes cum deponãt de communi reputatione ſine contradictione à tempore immemorabili, plenè probant, quia indubitanter eſt tenendum, quod omnes opinantur. *Innoc. & alij Can. in cap. veniens, num. 6. verſ. indubitanter de verb ſignific. Dec. in cap, cum cauſam nu. 10. de probat. & DD. communiter in l. ſi arbiter, ff. eod titu.*

Cui traditioni conſenſit Hiſtoria Eccleſiaſtica de Diſcipulis à Beato Petro Apoſtolo, miſſis ad diuerſas Eccleſias inſtituendas, quos ordinauerat Epiſcopos, & inter illos fuiſſe Sanctum Clementem, confirmant omnes tàm antiqui, quàm recentiores, qui Diſcipulorum Domini Cathalogum ediderunt. Præſertim verò Primus Cabillonenſis Epiſcopus in Cathalogo edito poſt Typographiam Sanctorum Martyrum, quæ extat in Martyrologio Franciſci Maurolyci Abbatis Meſſanenſis, & Petrus Subertus Epiſcopus S. Papuli prouintiæ Tholoſanæ *in trac. de cultu Vineæ Domini par. 7. cap. 3.* vbi ponit Clementem Epiſcopum Sardiniæ quinquageſimum ſecundum in ordine Diſcipulorum, & Ioannes Chappius, tàm in epiſtola dicti libri Dedicatoria ad Frãciſcum Rothomagenſem Archiepiſcopum, quàm in calce operis profitetur ſe exemplar eius cenſuræ, in quo nulla ademiſſe, aliqua verò addidiſſe affirmat. Quorum authorum, hic nimirum Subertus obijt anno M. CCCCV. Alter verò, nempè Epiſcopus Cabilonenſis ſcripſit anno M. CCCCL. Cuius dictum debet intellig de Beato Clemente Epiſcopo non Sardis, vt in eius Cathalogo legitur, quæ Ciuitas eſt Lydiæ in Aſia minori, ſed Sardiniæ quemadmodum ſcripſit Petrus Subertus, & intellexit illius operis euulgator accuratiſſimus Ioannes Chappius, & annotauit Franciſcus Sanarinus Eccleſiæ Lateranenſis Beneficiatus, in Cathalogo Diſcipulorum Chriſti, edito quarta parte Theſauri Sacerdotalis fol. 6. vt conueniat cum Hiſtoria Eccleſiaſtica Cardinalis Baron. annal. tom. 1. pag. 343. editionis Vaticanæ, in qua habetur, quod annò à Chriſti natiuitate 46. Sanctus Petrus poſt ſtabilitam Romæ Sedem, Diſcipulos, quos ſibi adſciuerat ad diſſeminandum Chriſti Euangelium, ad cæteras orbis Occidentalis partes ablegauit, ideſt, vt dicitur *in cap. quid neſciat* 11. *diſtinct.* ad omnem Italicam, & Galliam, Hiſpaniam, & Africam, Inſulaſque interiacentes, & ſic Sardiniã, quæ à *Pompon. Mela de ſitu Orb. lib. 2. cap. vlt.* ponitur inter Inſulas Maris Mediterranei, quod ad occaſum vergit, vt idem *Auctor ſcribit lib. 1. cap.* cum anteà ex *S. Leone Papa ſerm. 1. natal. SS. Apoſtolorum tradit Baron. Annal. d tom. 1. anno 44. fol.* 309. Idem S. Petrus Aſiam, & cæteras Orientis Regiones peragraſſet, & populos, qui ex circumciſione erant, Euangelicæ prædicationis legibus imbuiſſet; & ex ijs presbyteris, qui eum ſequebãtur ſingulis Ciuitatibus, quas pertranſibat dediſſet Epiſcopos, & quod Clemens eundem Beatum Apoſtolum vlterius progredientem ad Sedem primam Romæ ſtabiliendam, comitatus fuerit non obſcurè indicat *Niceph. hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 18.* vbi quod SS. Clemens, Ignatius, & Papias fuerunt Beati Petri Apoſtoli diſcipuli; Polycarpus verò Smyrnæ Epiſcopus, quæ Ciuitas Aſiæ minoris eſt ſectator fuit eius Diſcipuli, qui ſupra pectus Dñi in Cœna recubuit, ſubdens paulò inferius ꝙ idem Clemens Principis Apoſt. familiaris extiterit.

Vnde cum in Cathalogis Archiepiſcoporum Turritanorum, & Arborenſium nõ reperiatur inter illarum Eccleſiarum Præſules adſcriptus Sanctus Clemens, magis confirmatur antiqua, & conſtans traditio, quod ipſe fuerit primus, qui in Sardinia præfuit Eccleſiæ Calaritanæ, iuxta Apoſtolorum conſuetudinem vnicuique Ciuitati, eum præficiendi in Epiſcopum, quem ad prædicandum mittebant, vt ex Tertull. Irenæo, & alijs rerum Eccleſiaſticarum auctoribus, obſeruauit *Rota in Cæſarauguſtana Cathedralitatis, corã Reuerendiſſimo D. meo Decano, quæ eſt deciſio 353. inter impreſſ. par. 5. recent.* Eccleſiarum autem traditiones eſſe ſeruandas, & cuſtodiendas, ac in rebus, & factis vetuſtiſſimis communi maiorum opinione receptis, retinendum eſſe morem fidelisſimæ antiquitatis ad effectum firmandi primæuum Cathedralis Eccleſiæ Statum, probauit Rota in eadem Cæſarauguſtana Cathedralitatis. Primo coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano in deciſione impreſſa, vt ſupra, & deinde coram me vti vlterioris inſtantiæ Iudice, ſub

dic 14. Ianuarij 1637. *per text. in cap. ridiculum, & cap. illam 12. diſtinct. & in l. teſtamenta, C. de teſtam. Bart. alijque Doct. in l. more, ff. de iuriſd. omn. iudic*, *ita idem Card. Baron. d. tomo 1. annal. ſub anno 57. pag. 474. & 493. ex S. Hieronymi epiſto. ad Lucin.* ſcribit traditiones Eccleſiarum ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, ac veluti leges Apoſtolicas, quę reuerentia eorum, qui illis ab initio præfuerunt, ac ſucceſſorum inualuerunt, vt ex *Niceph. hiſt. meminit Petr. Tholoſ. de Repub. lib. 12. cap. 9. in fin.*

Maximum verò fundamentum pro firmanda antiquitate Sedis Calaritanę fecerunt Domini in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, qui anno Domini 314. Concilio Arelatenſi primo, interfuerunt in quo conſtat Quintium aliàs Quintianum, vt rerum Sardiniæ ſcriptores promiſcuè nuncupant, ſub his verbis ſubſcripſiſſe, videlicet ex prouintia Sardiniæ Ciuitate Carali, Quintus Epiſcopus, cũ ante hęc tẽpora nulla adferatur ſimilis probatio, ex parte Turritan. & Arboren. Archiepiſcoporum.

Aliud præterea antiquitatis Eccleſiæ Calaritanæ argumentum, ſeu veſtigium, educitur ex Concilio generali Nicæno primo, anno Domini 325. celebrato cum interuentu 318. Epiſcoporum, inter quos ſubſcripſit Protogenes, tanquam Sardiniæ Epiſcopus, vt ex Illeſca in vita Iulij PP. primi, recolit *Ioann. Franc. Fara de reb. Sardin. lib. 1. pag. 79.* vbi corrigit ſubſcriptionem in eo, quod loco Sardiniæ apponitur Sardiceñ. prouintiæ Daciæ, quia Eccleſia Sardiceñ quatenus intelligatur de Ciuitate Sardis, non eſt Prouintiæ Daciæ, ſed Lydiæ in Aſia minori, cuius Epiſcopus, tunc Artemidorus, eodem Concilio ſubſcripſit primus in ordine Epiſcoporum prouintiæ Lydiæ, his verbis: Artemidorus Sardeñ. Quatenus verò dicta denominatio deriuetur à Sardica, vbi Concilium Sardiceñ fuit celebratum, Ciuitas illa non in Datia, neque in Lydia, ſed in Thracia, ſiuè in Illyrico, vt in relatione dicti Concilij (inquit) *Niceph. hiſt. Eccleſ. libro 9. cap. 12.* Vnde licet ſuſpicari errorem Codicis in dicta ſubſcriptione, vt animaduertit idẽ Ioannes Franciſcus Fara de rebus Sardin. in loco præallegato. Dictũ verò Protogenẽ fuiſſe Epiſcopum Calaritanum ex eo deducitur, quod quemadmodũ Beatus Clemens ab antiquis ſcriptoribus fuit denominatus Epiſcopus Sardiniæ, ita Protogenes, non abs re in prædicto Concilio antonomaſticè nuncupauerit ſe talem.

His itaque vt ſupra firmatis non obſtat, quod Ciuitas Turritañ. præclara itidem, & antiquiſsima Romanorum Colonia, habuit SS. Prothum Presbyterum, & Ianuarium Diaconum fidei Chriſtianæ Prædicatores à B. Caio Summo Pontifice miſſos, anno ſalutis 290. vt ex hiſtoria Magiſtri Gribaldi, recolit *Fara d. lib. 1. de reb. Sardin. pag. 75.* Quia dictorum Sanctorum miſsio non excludit Sedis Calaritanæ initium à B. Clemente deductum, qui ducẽtorum ferè annorum ſpatio B. Caium anteceſsit. Id verò antiquius dicitur, quod tempore præcedit, quo argumento in cauſa præcedentiæ inter Canonicos Regulares Sancti Auguſtini Cõgregationis Lateranceñ, & Monachos D. Benedicti Cõgregationis Sanctæ Iuſtinæ de Padua, vſi fuerunt Profeſſores Collegiorum Bononieñ, Paduañ, & Ferrarieñ, necnon Io. Baptiſta Caccialupo, expendentes antiquiora iura, & monumenta, facientia mentionem de vna Religione, & poſteriora facientia mentionem de altera, quorum Doctorum Concilia extant impreſſa poſt volum. conſil. Cardin. Zabarell.

Neque viſum fuit quicquam detrahi poſſe antiquitati Sedis Calaritanæ ex eo, quod careat Suffraganeis cum id ius Metropolis reſpiciat, cuius articuli cognitio ad aliam diſputationem reiecta eſt, vltra quod videtur poſſe ſolui obiectum ex Prouintiali poſt *pract. Cancell. Apoſt. Hieronymi Pauli, & prax. benefic Rebuff. edito*, ac ex notitia Epiſcopatuum totius orbis Chriſtiani, per Aubertum Mirræum Antuerpieñ Eccleſiæ Canonicũ collecta, in quibus legitur Calaritano, æquè, ac Turritano aſsignatos eſſe plures Suffraganeos, & non diſſentit *Abbas Ioachim ſuper Iſaiam Prophet.* in deſcriptione Sardiniæ, dum ſuo Arbore inſcripta Sardinia, collocat Calaritanum cum tribus alijs Epiſcopatibus, deinde ſub Turritano Ampurienſem, & reliquos.

Minus dictæ antiquitati detrahere poſſe viſum fuit, quod in hiſtoria Sancti Simplicij Epiſcopi Pauſaniæ Ciuitatis Sardiniæ, de qua in Martyrologio Romano ſub die 15. Maij legatur eum fuiſſe paſſum martyrium anno ſalutis 300. ſub Diocletiano Imperatore, & ſic an-

& ſic antequam Concilium Arelateñ primum ſub Conſtantino celebraretur. Vnde Dominus Modernus Archiepiſcopus Turritañ. infert, quod cum Epiſcopatus Pauſaniæ, vti Ampurieñ vnitus, recenſeatur inter Eccleſias Metropolis Turritan. ſit antiquior Calaritana, cuius mentio in dicto Concilio Arelatenſi primo, facto ſub annum Domini 314. eſt poſterior præfato martyrio.

Quoniam quicquid ſit de antiquitate Epiſcopatus Pauſaniæ, ab eo non poteſt rectè inferri antiquitas Sedis Turritan. ex iure Metropolico, niſi ſimul doceatur, quod huiuſmodi ius eidem Eccleſiæ Turritanæ fuerit conceſſum, quo tempore Sanctus Simplicius Epiſcopus coronam martyrij accepit, & nihilominus ex *Baronio in annotatione ad Martyrolog. ſub die* 30. *Maij litt, B.* conſtat vetera Eccleſiæ Turritan. monumenta in Codice antiquo Sardico idiomate deſcripta teſtari, quod anno Domini 517. die 4. Maij, & ſic longè poſt martyrium S. Simplicij facta fuit Dedicatio illius Eccleſiæ, cuius dedicationis ſub eodem anno, & die, etiam meminit *Ioann. Arca de Sanctis Sardiniæ lib.* 2. *fol.* 517.

Reliquas verò denominationes, & enunciatiuas pro parte Domini Archiepiſcopi Turritani deductas, cum non ſint antiquiores, & collatæ cum alijs enunciatiuis Calaritani inuicem conquaſſentur, viſum fuit ad hunc effectum non eſſe habẽdas in conſideratione.

Et ita vtraque, &c,

POſt emanatam præcedentem deciſionẽ duo poſtulauit Turritanus. Primum, vt ei admitterẽtur quidam articuli probãdi per teſtes in Curia, quibus nitebatur oſtẽdere Diuum Gabinum martyrem, de quo in Martyrologio fit mentio, die 30. Maij fuiſſe primum Epiſcopum Turritanũ, anno 100. à Natiuitate Domini. Item, & Gaudentium anno 300. & alia probantia antiquitatem Sedis Turritanæ. Nam euerſo fundamento Epiſcopatus Calaritani, D. Clementis, & non cõfirmato à Sacra Rota (vt ſperabant) illa fundamenta præferebant maiorem antiquitatem in Eccleſia Turritanã, quam fundamentum Concilij primi Arelatenſis adductum pro Eccleſia Calaritana. Secũdum, vt iterum diſcutirentur fundamenta primę deciſionis, ſperans ex nouiter allatis, & ponderatis DD. non perſtituros indeciſis. Circa primum emanauit in fauorem Calaritani deciſio tenoris ſequentis.

DECISIO

DECISIO
SACRAE ROTAE ROMANAE,
CORAM R. P. D.
GHISLERIO

In cauſa Calaritana Primatus.

Lunæ 14. Iunij 1638.

POSTQVAM Rota coram bon. memo. Motmanno firmauit ſub die 27. Nouembris præteriti in cauſa vertente ſuper Primatu Inſulæ,& Regni Sardiniæ, inter Archiepiſcopos Calaritanum,Turritanũ,& Arboreñ, Sedem Calaritanam probari antiquiorem ex eo precipuo fundamento,quod in Concilio Arelatenſi celebrato de anno 314.interuenerit Quintius, ſeu Quintianus Præſul Eccleſiæ Calaritanæ, Archiepiſcopus Turritanus ad elidendam hanc ineuitabilem dicti Concilij veritatem, dedit Articulos ad probandum per teſtes de publica voce,& fama. Primo, quod Ciuitas Turritana tanquam proxima Italiæ, & Vrbi Romæ,inter cæteras Sardiniæ, in ipſo ferè primordio naſcentis Eccleſiæ fuerit aſperſa ſanguine Martyrum, ſub Imperatoribus Traiano,& Adriano,ac poſteà ſub Diocletiano,& alijs,eodemque tempore,& anteà habuerit Epiſcopos. Secundo,quod Sanctus Gabinus, qui paſſus eſt martyrium ſub Adriano,fuerit Epiſcopus Turritanus de anno 120.à Natiuitate Domini, & ſic quod de eo tempore Eccleſia Turritana eſſet iam erecta in Cathedralẽ. Tertio,quod inter alios Epiſcopos Ciuitatis Turritanæ de anno 300. fuerit vnus nuncupatus Gaudentius...

Quibus Articulis per DD.conſideratis,cum ageretur de probando facto ſupra annum milleſimum quingenteſimum,vltra hominum memoriam, & extra omnes terminos immemorabiles, illos dixerunt non eſſe admittendos. Quia cum in omnibus Martyrologijs SS.Gabinus, & Criſpulus inſcribantur ſimpliciter Martyres,& Martyrologia ſint ſatis exacta,in ponendo,qui fuerint Epiſcopi,& Martyres,& qui Martyres ſimpliciter;& Scriptores grauiſſimi, qui collegerunt vitas Sanctorum,non auſi ſint ſcribere vitas Sanctorũ Gabini, & Criſpuli,eſt ſignum euidens, quod nihil Canonicum inuenerunt, vltra id, quod dicunt Martyrogia antiqua.

In Mar-

In Martyrologio Romano, quod eſt liber authenticus, cum in eo cōcurrant eædem rationes, ex quibus Rota reſoluit, Pontificale eſſe librum authēticum apud *Mobed. deciſ. 5. de fid. inſtrum.* ſub tertio Kalendas Iunij, ſic habetur de Sancto Gabino. Turribus in Sardinia Sanctorum Martyrum Gabini, & Criſpuli. *Franciſcus Ferrarius in ſua Typograph. in Martyrologium Romanum in littera T: folio 130.* ita declarat Turres, quæ ſingulari nomine Turris Libiſonis, Torre, Ciuitas olim Archiepiſcopalis Sardiniæ clara, littoralis in ora Boreali, cuius hodie nihil aliud extat præter rudera Portus, Eccleſiam, & nomen, ſuccedit Saſſeris Vrbs Metropolis altera Sardiniæ, & Primaria, ex reliquijs Turrium ab eis 12. mill. paſſ. in Mediterraneis conſtructa à Calari in circium ad 30. mill. paſſ. diſſita, cuius Archi epiſcopus adhuc Turritanus inſcribitur.

Et quamuis dictum Martyrologium fuerit reuiſum de ordine Gregorij XIII. nihilominus idem San. mem. Gregorius in confirmatione dicti Martyrologij ſic ait. Martyrologium Romanum nonnullis in locis Librariorum, & Typographorum negligentia mendoſum per viros eruditos ad fidem hiſtoriæ, quæ rerum geſtarū perſonarum, & locorum veritate continetur, adhibitis etiam Codicibus vetuſtioribus, atque emendatioribus, corrigi, correctumque, & multis in locis auctū, edi vetuſtiſsimo Eccleſiæ more, in Choro legendum proponi ad Dei gloriam volumus, &c. *& Cardinalis Baronius in ſuis Prologominibus ad Martyrologium cap. 8. in fine*, dicit, quod nō fuit in præſens Romanæ Eccleſiæ inſtitutum nouum conſcribere Martyrologium, ſed vetus ex veteribus exemplaribus reſtituere, & ſubdit, quod hæc editio fuit facta anno Domini 1584. cui legitimæ, & germanæ atteſtationi fauent litteræ Apoſtolicæ Gregorij XIII. datæ die 14. Ianuarij eodē anno; in quibus inquit. Cui & ſi ex noſtris nationibus leuis certè aliqua acceſſit emendatio, vel ſi quid additum reperitur (quod quidem per ratò factum inuenietur) id nos eius, cuius ſumma in Eccleſia eſt authoritas, conſtanti voluntate feciſſe lectum intelligatur. Idque comprobatur ex eo, quod ante huiuſmodi emendationem aderat Martyrologium Romanum ſcriptum, emēdatum, ac editum ab Alexandro de Pellegrinis Presbytero Brixienſi, vt refert *Baronius in dictis Prologominibus cap. 9. in princ.* Et habetur impreſſum Venetijs apud Ioannem Variſium de anno 1560. & adeſt aliud Martyrologium antiquiſsimum, emendatum à Magiſtro Belino Patauino Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, impreſſum de anno 1564. & prius de anno 1509. in quibus Martyrologijs, prout in emendato tempore Sa. me. Gregorij XIII. ſub 3. Kalend. Iunij iiſdem verbis inſcribitur memoria SS. Gabini, & Criſpuli, videlicet, Turribus in Sardinia SS. Martyrum Gabini, & Criſpuli, cum quibus concordat etiam Martyrologium, recognitū de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Octaui, cui fuerunt addita SS. feſta, qui nuper Canonizati fuerunt, vt dicit *Gauantes in Theſauro Sacrorum Rituum ſeſſ. 5. cap. 21. num. 5. cum ſeqq. tom. 2.* Vnde apparet, quod in omnibus Martyrologijs ſub tertio Kalend. Iunij Sancta Romana Eccleſia memoriam habuit dictorum Sanctorum Gabini, & Criſpuli, ſolum ſub nomine Martyrum.

Authorem verò Martyrologij aliqui putant fuiſſe Euſebium Pamphili Epiſcopum Cæſarienſ, qui floruit tempore Conſtantini Magni; hoc eſt de anno Domini 326. vt refert Bellarminius de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Id enim in primis teſtatum habetur, tàm in Epiſtola Cromatij, & Eliodori, quàm ex reſponſione, vt fertur,

Sancti

Sancti Hieronymi ad dictum Eliodorum, de quibus *Io. Molanus Louanienſis in libello, quem ſcripſit de Martyrologijs cap.* 2. qui habetur in principio Martyrologij Vſuardi, & Card. Baronius in Prologominibus ad Martyrologium Romanum cap. 5. de quibus tamen Epiſtolis cap. 7. dubitat, & habetur in principio Martyrologij Romani Magiſtri Bellini de Padua, Alexandri de Pellegrinis, & aliorum, de quibus infra, & conſentit *Beda in retract. Act. Apoſt. cap. 1. & etiam Vualfridus lib. 1. de reb. Eccl. cap. 28. in fin. & Beda, & Vualfridus locis citatis* (vt refert *Baronius d. cap. 5. & Molanus d. cap. 2.*) putarunt, quod S. Hieronymus qui floruit anno Domini 380. vt teſtatur Bellarm. loco citato dictum Martyrologium græcè ſcriptum, latinum tradiderit, ſed *Baronius vbi ſupra cap.* 8. tenet Martyrologium Romanum, non ſumpſiſſe principium à dicto Euſebio, qui fuit Arrianus, vt refert Bellarminius loco ſup. allegato, ſed originem ducere ab ipſis Sacris Prothonotarijs, tempore Sancti Clementis Primi qui floruit anno Domini 77. vt teſtatur idem *Card. Baronius vbi ſupra cap.* 8. quod diuerſis temporibus incrementum accepit, vt colligitur ex *Caſſiodoro de inſtitutione diuinarum lectionum cap.* 32. & Vuſardus in principio ſui Martyrologij teſtatur, & quale fuerit Martyrologium Romanum ſic auctum, dicit Sanctus Gregorius Papa, qui floruit anno Domini 590 ſcribens ad Eulogium Alexandrinum *Epiſt. 29. lib. 7. indictione prima*, vbi dans rationem inquit, Nos penè omnium Martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus, collecta in vno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus, non tamen in eodem volumine, quæcumque quis ſit paſſus indicantur, ſed tantùm locus, & dies paſſionis ponitur. Vnde fit, vt multos ex diuerſis terris, atque Prouincijs per dies ſingulos cognoſcatur martyrio coronari; ſed hæc habere vos Beatiſſimos credimus; Et propterea dum S. Gregorius ait ſe exiſtimare eamdem collectionem Martyrum, quam nos Martyrologium dicimus, æque ac Romæ reperiri apud Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, & alios Collegas ſatis inſinuaſſe videtur fuiſſe in vniuerſali Eccleſia, vt conſiderat idem Cardinalis Baronius *dicto cap.* 8. Ado Epiſcopus Viennenſis, vt voluit Herebertus Roſuuerdus, & Baronius in præfationibus ad Martyrologium Romanum *cap. 9. & Annal. to. 10. ad annum Domini* 870. ſed Adonem Treuerenſem appellat *Aloyſius Lippomanus de vitis Sanctorum tom. 4. fol. 151. impreſſ. Venetijs de anno* 1544. quod etiam placet Card. Bellarmino de Scriptoribus Eccleſiaſticis, vbi agit de Adone Treuerenſi, & dicit quod ipſum maximè mouet auctoritas Aloyſij Lippomani qui primus ex manuſcriptis Codicibus in lucem edidit hoc Martyrologium. Attamen cum parum referat ad rem noſtram indagare quis ex iſtis Adonibus, fuerit author huius Martyrologij, ſatis eſt quod Viennenſis floruerit de anno 179. & Treuerinus de anno 1070. tempore Gregorij VII. & ſic vterque author eſt antiquiſſimus ante 500. annos; præpictus Ado in præfatione, quam facit ad ſuum Martyrologium, quam refert Lippomanus loco citato, & Heribertus in principio Martyrologij dicti Adonis, quod habetur poſt Martyrologium Romanum impreſſum de annò 1613. & Moſander loco allegando, & Baronius in præfatione ad Martyrologium cap. 8. inquit; Dictus Ado loquens de ſuo Martyrologio: Huic operi vt dies Martyrum veriſſima notaretur, qui confuſi in Calendario ſatis inueniri ſolent, adiuui venerabile, & perātiquum Martyrologium, ab Vrbe Roma Aquileiam cuidam Sancto Epiſcopo à Pontifice Romano dire-

 ctum,

ctum, & mihi poſtmodum à quodam Religioſo fratre, aliquot diebus præſtitum, quod ego diligenti cura tranſcriptum, poſitus apud Rauennam in capite huius operis ponendum curaui. Conqueritur Baronius in præfatione ad Martyrologium *dicto cap.* 8. quod Iacobus Moſander Chartuſiæ Colonienſis Alumnus, qui anno 1581. *tom. 7. de vitis Sanctorum fol.* 1083. Apud Surium, qui dedit integrum Martyrologium Adonis, non appoſuerit dictum Martyrologium Romanum, quod Ado in principio ſui Martyrologij appoſuit. Sed huic malo occurrit dictus Heribertus Roſtedus vt patet in præfatione ad lectorem dicti Martirologij Romani, in cuius initio poſuit dictum Martyrologium enunciatum in præfatione Adonis ad ſuum Martyrologium; inquit enim. Vetus hoc Romanum Martyrologium, expreſsũ ex Codice manuſcripto S. Pantaleonis, quæ Coloniæ ex Diui Benedicti familia celebris Abbatia eſt; quem mihi perbenignè Chartuſia Colonienſis ſubmiſit. Præfixum hoc erat Adonis Martyrologium, cui Ado ipſe præfixerat, vt teſtatur eius præfatio. Ex eo Codice Iacobus Moſander Chartuſiæ Colonienſis Religioſus ante annos aliquot, Adonis Martyrologium expreſsit, omiſſo hoc veteri Romano Martyrologio, magno tamen eius in Doctorum virorum animis relicto deſiderio. Et ſubdit idem Heribertus. Et ſi duos alios Codices manuſcriptos Martyrologij Adonis habuerim (de quibus dicam ad ipſum Adonem) in ſolo tamen hoc tertio S. Pantaleonis vetus hoc Romanum Martyrologium comparuit, quod Martyrologium Romanum antiquiſsimum habetur impreſſum ante dictum Martyrologium Adonis apud eumdem Heribertum loco ſupra citato.

Prædictus Ado in præfatione ſui Martyrologij, dans cauſam quare ediderit ſuum Martyrologium, ſic ait, Primum fuit Imperium, ac iuſsio Sanctorum virorum, vt ſupplerentur dies, qui abſque nominibus Martyrum in Martyrologio (quod Venerabilis flori ſtudio in labore Domini Bedæ accreuerat) tantum notati erant in hoc Martyrologio antiquiſsimo tertio Kalendas Iunij hoc eſt die 30. Maij ſic habetur. Turribus Sardiniæ, Criſpuli, & Gabini, & nulla fit mentio, an fuerint ſimpliciter martyres, an Epiſcopi, ſed tamen hæc deſcriptio multum facit ad punctum de quo hodie agitur; quia Heribertus in præfatione ad lectorem in dicto Martyrologio antiquiſsimo Romano ſic ait; Enim verò vetus hoc Martyrologium Romanuum fontem eſſe omnium Martyrologiorum, qui vel leuiter inſpexerit, non dubitabit aſſerere. Ado certè ex hoc fonte ſuas aquas deriuauit, & vt fontes, latere ab origine ſua recedens ſenſim augeſcit, & in riuum aquis vndique confluentibus abit, idem factum huic Martyrologio, quod nunc à Beda, nunc ab Vſuardo, nunc ab Adone, nunc ab alijs paulatim accreuit; licebit nunc ad fontem digitum ſemper intendere, eo enim fine caput fontis, quod hactenus latebat in apertum produxi. Et bene dicit prædictus Heribertus, quia verè quantum attinet ad rem noſtram poſteriores ſcriptorum Martyrologiorum interpretati ſunt, quod prædicti Gabinus, & Criſpulus ſint martyres, nulla facta mentione, quod fuerint Pontifices; Incipiendo enim à Venerabili Beda Presbytero, qui floruit de anno Domini 731. vt per Bellarminium de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & ſic ſcripſit ante annos 900. quod Martyrologium habetur impreſſum Baſileæ inter opera Bedæ tom. 3. fol. 380. ſic habetur, Turribus Sardiniæ Sanctorum Gabini, & Criſpuli martyrum: Vuſuardus quoque Monachus Gallus, Alcuini diſcipulus, qui floruit anno Domini 812. vt dicit Bellarmin. loco ſupra allegato, iuſſu

iuſſu Caroli Magni ſcripſit Martyrologium,& ipſe quoque,inquam,eadem deſcribit; Turribus Sardiniæ Sanctorum martyrum Gabini , & Criſpuli . De quo Vuſuardo ſic ſcribit Ioan. Molanus in ſuo tractatu de Martyrologio: ait Sigiſmundus Lomblacenſis in libro de Viris Illuſtribus cap. 85. (qui eſt manuſcriptus) Vuſuardus Monachus prouocatus ſtudio Hieronymi,& Bedæ,qui feſtiuitates Sanctorum annuatim recurrentes , maximè autem animatus ſtudio , & iuſſu Magni Caroli Imperatoris , cui diſplicebat, quod Hieronymus,& Beda,ſtudentes nimis breuitati,plurima neceſſaria,& quamplures Calendarum dies intactas reliquerint , in gratiam eius ſtuduit opus imperfectum ſupplere , & feſtiuitates Sanctorum per ſingulas Calendarum dies annotans integrum Martyrologium compilauit. Et eadem ferè habet Vuſuardus in operis ſui præfatione. Et Ado in ſuo Martyrologio locis citatis impreſſo,refert per eadem met verba, Turribus Sardiniæ Natale Sanctorum martyrum Gabini,& Criſpuli.

Præter ſupradictos Authores etiam alij antiqui compoſuerunt Martyrologia,nempe Florus , de quo nihil habetur,niſi id quod dicit,Ado,in præfatione ſui Martyrologij, videlicet nomina quædam martyrum,Flori ſtudio in labore Domini Bedæ accreuit , & ſic conſtat Florum fuiſſe Authorem antiquiſſimum. Vualdebertus exametro Carmine,de quo Sigibertus in dicto libro de Viris Illuſtribus ait,Vualderbertus ſcripſit Martyrologium metrico ſtylo,& Ioan. Strirenius ſic ait,Vualderbertus Monachus Ordinis Sancti Benedicti ſcripſit ad Marcuerdum Abbatem vitam Sācti Gregorij Presbyteri librum vnum, & Martyrologium metricè, vixit anno 850. vt refert etiam Ioan. Molanus in ſuo tractatu de Martyrologio cap.5.& quod vixerit de illo tempore ſatis patet,cum Sigisbertus qui ſcripſit de dicto Martyrologio floruerit tempore Gregorij VII. anno 1101. vt refert Bellarm. loco ſupra citato, & Martyrologium huiuſmodi eſt impreſſum Baſileæ to. 1.inter opera Bedæ fol.242.ſed non eſt opus Bedæ,vt probat Molanus loco proximè allegato,& conſenſit Baronius in ſuis Prologominibus ad Martyrologium cap. 9. & dictus Vualderbertus nullam facit mentionem de Sanctis Gabino , & Criſpolo in ſuis Legendarijs,Mombritius,& Iacobus de Voragine ſcriptores antiquiſſimi,Ribadeneira,& Villegas, & quod plus eſt Lippomanus loco ſupra allegato,qui facit magnum feſtum ex quo habuit Martyrologium Adonis, & fere per extenſum refert vitas Sanctorum in dicto Martyrologio contentas , nihil dicit de dictis Sanctis Gabino , & Criſpulo , prout nec etiam Surius in ſuo Legendario .

Ad hanc veritatem confirmandam plurimum facit,quod in Martyrologijs modernioribus ſub eadem die 3. Kalendas Iunij, hoc eſt 30. Maij,inſcribitur Sanctus Gabinus per eademmet verba,de quibus ſupra videlicet,Turribus in Sardinia Sanctorum martyrum Gabini , & Criſpuli , ſic in Martyrologio Ordinis Prædicatorum, ſic in Martyrologio Franciſci Maurolici, ſic in Martyrologio Galeſini & Petrus de Natalibus vir magnæ authoritatis in Vitis Sanctorum lib. 11. §. 159. ſic inquit,Gabinus, & Criſpolus martyres Turribus Sardiniæ palmam obtinuerunt,tertio Kal.Iunij, & quod plus eſt Authores Sardi appellant iſtos Sanctos ſolum Martyres , ſic *Fara de rebus Sardorum impreſſus Callari anno 1580. lib.1.fol.71.* vbi habet hæc verba,Gabinus,& Criſpulus Sāctitate inſignes Turribus Sandiniæ martyrium paſſi tertio Kalendas Iunij,decenter honorantur, eodem Vuſuardo referente. Vnde allucinatus eſt Franciſcus Ferrarius , qui in ſua

Typographia in Martyrologium Romanum in littera T. fol.130. ex Fara dicit, quod Gabinus fuit Presbyter, & martyr, quia Fara hoc non dicit, ſed adeſt alius Gabinus frater Beati Caij, Presbyter, qui fuit martyrium paſſus ſub Diocletiano, de quo in Martyrologio Romano ſub die 19. Februarij; *Iacobus etiam Pinto Societatis Ieſu in Academia Turritana, Sacræ Scripturæ profeßor de Chriſto Crucifixo lib.3.tit.4.loco 12.num.21. fol.439.* cuius verba ſunt. Plures in Sardinia Sanctitate conſpicuos, & miraculis claros floruiſſe in comperto eſt, & Sardinia martyres ſuos celebrat, inſigneſque Confeſſores, in quibus celebriores, Gabinus, & Criſpulus 30. Maij, & 31. Creſcentinus (quorum S. Hieronymus, Beda, Vuſuards, Ado, & Romanum Martyrologium meminerunt) Turribus paſſi, honorificè ſepulti, & martyres, item Emilius, Priamus, Lucianus, & Felix 28. Maij, & Saluſtianus Confeſſor illuſtris 8. Iunij, & Quadratus Sanctiſſimus Epiſcopus 21. Auguſti; & ſic dum dixit ſupra, martyres ſuos celebrat, inſigneſque Confeſſores, non dicit Gabinum, & Criſpulum martyres fuiſſe, ſed loquitur generaliter, & poſtea diſtinguit martyres à confeſſoribus. Nec eſt curandum de Antonio Canales de Vega Calaritano, qui dicit, Gabinum natum fuiſſe in Ciuitate Turritana, & fuiſſe Archiepiſcopum eiuſdem Ciuitatis cum ſit author modernus, & nõ moueatur authoritate, alij verò, qui dicunt ſimpliciter, martyrem fuiſſe, mouentur authoritate Martyrologiorum ante tot ſæcula editorum. Et propterea, cum ex traditione veterum Patrum, vt patet ex dictis Martyrologijs antiquis, quæ eſt tenenda, vt inquit *D. Paulus 2. ad Theſſalonicen.* dicens, tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiuè per ſermonem, ſiuè per epiſtolam, ideſt, ſiuè verbo tantùm, ſiuè ſcripto, &c. & ex Martyrologio Romano etiam antiquiſſimo, conſtet S. Gabinum ſimpliciter fuiſſe martyrem, dicti Articuli non ſunt admittendi, cum probatio facienda per publicam vocem, & famam ſit improbabilis, inueriſimilis, & ſuſpectiſſima, & quatenus etiam probaretur, quod continetur in Articulis, illud non eſſet attendendum in concurſu traditionis veterum Patrum, quia non attenditur famæ probatio, quando ex circunſtantijs rerum Iudex debet iudicare contra id quod deponunt teſtes circa famam, & propterea hoc relinquitur arbitrio Iudicis, qui dijudicatis circunſtantijs debet interponere arbitrium ſuum, an teſtibus ſit adhibenda fides, vel non; *Bart. in l. proprietatis C. de probat. quem ſequitur Felin, in cap. veniens num.11. verſ. quapropter de teſtib. & cap. veritatis in 3. col. verſ. quærit. Bart. de dol. & contum. Plot. in l. ſi quando nu. 891. C. vnde vi. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 261. in fin. lib.2. & quæſt. 89. num. 33. de præſump. lib.1.*

Inueriſimile enim eſt probari poſſe per famam id quod non dixerunt antiqui Patres ante tot ſæcula, videlicet Beda ante 900. annos, Vuſuardus ante 800., & Ado ante 500. annos, qui ſimpliciter reliquerunt in Martyrologijs ſcriptum, Gabinum martyrem ſolummodo, & quod non auſi ſunt dicere alij ſcriptores grauiſſimi in ſuis Legendarijs, & propterea ratione inueriſimilitudinis, articuli non ſunt admittendi, pro hoc facit, quod notatur *in cap. quia veriſimile de præſump. Specul. de probat. S. nunc dicendum, num.1. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. nu.38. in fin. C. de reuocan. donat. Imol. in d. cap. quia veriſimile nu.1. de præſumpt.* ita ſeruat *Rota deciſ.23. de teſtib. in antiq. in Toletana penſionis* 10. *Martij* 1593. *coram bo. mem. Pacen., in Valentina Parochialis del Carlet* 8. *Martij* 1602. *coram bo. mem. Cardinali Lancellotto, quæ eſt deciſ. 99. par. 4. diuerſ. coram Sa. me. Greg. XV.*

XV. deciſ. 414. *num.* 3. ; *& coram bo.mem.Cara. Caualerio deciſ.* 87. *num.* 3. Nec poteſt dubitari quin Articuli dati contineant inuerisimilia, quia materię videntur potius imaginariæ adhoc, vt Articuli fiant releuantes, quam quod verè ita res ſe habeat, vt dictum fuit in *Cauſa Hiſpalen. de Eueza* 16. *Nouembris* 1579. *coram Sa mem. Clem. VIII. Sa.mem. Greg. XV. deciſ.* 211. *num.* 5. & ita fuit reſolutum in *Cracouien. Iuris legendi.* 3. *Decembris* 1629. *coram me*; præſertim quando nullus datur fumus, & quando articuli dantur ad euitandas rationes Deciſionum Rotalium, prout in caſu iſto, quia tunc materiæ præſumuntur imaginariæ, vt in *Mediolanen.bonorum* 9. *Maij* 1597. *coram bo.me. Cardinali Pamphilio*, & in *Vlixbonen.Iuris conferendi* 7. *Februarij* 1607. *coram bo.mem.Cardinali Lancellotto. Adden.ad dictam deciſ.* 211 *littera* C. Nec facit, quod dicta concluſio limitetur quando datur fumus in contrarium, vt tenuit *Rota coram Sa. mem. Greg. XV. d. deciſ.* 414. *num.* 4. Quia in hoc caſu nullus datur fumus, & quatenus daretur non debet eſſe fumus leuis, quia teſtes non ſunt de facili audiendi contra inuerisimilitudinem. *Anchar. conſ.* 330. *num.* 8. *ante fin. verſ. quinimò contra id. Tiraq. in d.l. ſi vnquam in præfat. nu.* 39. *in fin. C. de reuoc. donat.* Nec dicatur, quod pro fumo poſſint deſeruire ſcriptores, qui aſſerũt S. Gabinum fuiſſe Epiſcopum Turritanum, quia illi ſcripſerunt de recenti, & poſt motam litem, vel ſunt Turritani, vel ſunt deſcendentes ab eis, & habent contra ſe traditiones tot antiquorum Patrum, Calendarium Turritanum, picturam ipſius Sancti, & Martyrologium Romanum, in quo appellatur Gabinus martyr, & non Epiſcopus ſub die 30. Maij.

Non obſtat, quod ſi teſtes ad Curiam deducerentur poſſent examinari etiam quod articuli ſint inuerisimiles. *Rota deciſ.* 542. *num.* 4. *par.* 1. *in poſthumis*, & quando materia per ſe eſt probabilis ſub ſpecie inuerisimilitudinis non denegatur remiſſoria. *Rota deciſ.* 277. *num.* 3. *par.* 1. *in poſthumis*; quia cum in caſu, de quo agitur maxima ſit inuerisimilitudo, non admittitur pars ad probandum ſine cauſæ cognitione. *cap. ſuper eo de renunc. Imol. in d. cap. quia veriſimile ſub nu.* 1. *verſ. quandoque eſt tanta. Abb. ſub num.* 2. *verſ. quandoque veriſimilitudo eſt maxima, Sa.mem. Greg. XV. d. deciſ.* 414. *num.* 5. Nec ſimpliciter eſt vera concluſio, quod ſub ſpecie inuerisimilitudinis non denegatur probatio, quando materia eſt per ſe probabilis, quia hoc eſt verum, niſi adſit maxima inuerisimilitudo ex ſupradictis, & deciſio allegata non loquitur in caſu maximè inuerisimilitudinis, quia in dicta Deciſione dicebatur. Quod non erat veriſimile, quod N. non accepiſſet ſine mandato Cardinalis tantam quantitatem tritici, quæ inuerisimilitudo in caſu illo non erat maxima, vt de ſe patet.

Supradictis accedit vehemens calumniæ ſuſpicio, vt patet ex prædictis, quo caſu articuli non ſunt admittendi, vt fuit reſolutum in caſu *Cauren. Iuriſdictionis* 16. *Februarij* 1587. *coram Robuſterio*, *& coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano deciſ.* 121. *num.* 1. *&* 339. *num.* 1. *coram Sa. mem. Gregor. XV. d. deciſ.* 414. *num.* 8. & pendet ab arbitrio Iudicis iudicare, an calumnia vehemens ſit, & ex varijs cauſis, & perſonis calumniam concipere, vel non concipere, *l. Iudices*, *& Auth. apud eloquentiſſimum de fid. Inſtr.* & ita fuit dictum coram *Orioſen. in Regien. S. Thomæ* 10. *Decembris* 1576. *in verſ. & dicebant.* Ita *Rota coram Mantic. deciſ.* 312. *num.* 10. In propoſito autem caſu velle probare Sanctum Gabinum fuiſſe Epiſcopum, & non ſimpliciter martyrem contra tot aſſer-

tiones Martyrologiorũ,& in materia tam antiqua,cum floruerit de anno 100., inficiari non poteſt quin vrgeat, vehemens calumniæ præſumptio habilis ad impedien. remiſſoriam, eoque magis cum nullus detur fumus, quo caſu denegatur remiſſoria etiam, quod calumnia non ſit vehemens, & quod Articuli ſint releuantes, vt tenuit *Rota in Hiſpalen. præeminentiarum* 15. *Decembris* 1617. *coram bon. mem. Andrea Add. ad Sa. mem. Gregor. X V. deciſ.*81. *Caſſad.deciſ.* 3.*num.* 12.*de dilat.Caputaq.deciſ.*56.*num.*3.*par.*3. *Rota in Burgen.ſepulturæ* 26. *Aprilis* 1606. *coram bon.mem. Epiſcopo Attrebaten.*, *& in Cremonen. Prioratus* 4.*Maij* 1635. *coram Reuerendiſs.D.meo Decano.*

Neque obſtat, quod in iſtis terminis cum materia ſit antiqua admittatur probatio per famam, vt in *Cæſarauguſtana Cathedralitatis* 1. *Martij* 1630. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano inter recent.* 353. *par.* 5. *vbi num.* 28. *firmatur*, quod teſtes,qui in antiquioribus ſupra viuentium memoriam deponunt de publica voce, & fama, & traditionibus antiquis pleniſſimè probant ad tradita per *Innoc. in cap. veniens num. 6. verſ. & non mireris de verb. ſignif. Abb. in cap. inter dilectos num. 6. de fid. Inſtr. & Felin. in cap. veniens il primo, num.* 26.*de teſtib.*, *& in cap. cum cauſam num.* 9.*verſ. ſed dicas de probat.* Quia adhoc vt probatio per publicam vocem, & famam ſufragetur, & admittatur, nihil debet habere in contrarium, ex quo debilitetur, vt bene per *Seraph. deciſ.* 355. *num.* 5. *Sa. mem. Greg. X V. deciſ.*455. *num.* 6., *&* 498. *num.* 13. quæ qualitas non concurrit in iſto caſu,cum fama articulata ſit contra traditiones veterũ Patrum,de quibus ſupra,& ſit inueriſimilis, & calumnioſa. Vnde non applicatur reſolutio Rotæ in Cæſarauguſtana Cathedralitatis, vbi fama erat ſecundùm traditiones, & fuit ponderata pro adminiculo. Quare ſicut in probationibus faciendis de vera ſcientia non admittuntur Articuli, quando ſunt inueriſimiles, & calumnioſi, ita etiam nec debent admitti quando agitur de fama probanda.

Contra tertium articulum continentem famã, quod Gaudentius fuerit Epiſcopus Turritanus de anno 300. faciunt ſupra deducta circa famam, nec obſtat epitaphium inuentum de anno 1614. de quo per Iacobum Pinto de Chriſto Crucifixo atteſtantem ſe interfuiſſe inuentioni Corporum Sanctorum ſub fornice Eccleſiæ Turritanæ, inter quæ illud Gaudentij in habitu Pontificali cum elogio in hæc verba, *Gaudentius Epiſcopus requieuit in pace* 17. *Kal. Octobris:* quia cum in eo non legatur tempus Epiſcopatus, inuentio Epitaphij non probat tempus præciſum Epiſcopatus, nec quod Gaudentius fuerit Epiſcopus Turritanus, licet ibi fuerit ſepultus,cũ eſſe potuerit Epiſcopus,& ibi mortuus abſque eo quod fuiſſet Præſul Turritanus; vnde in iſta probatione famæ reſpectu temporis, & loci nullum poteſt fieri fundamentum, cum verba epitaphij nõ contineant tempus nec locum, vbi, & quando Gaudentius fuit Epiſcopus. Minus ad hoc ſuffragatur, quod interuenerit Concilio Carthaginenſi primo ſub Iulio I. quia cum in corpore appelletur Gaudentius Turritanus, poteſt legitimè dubitari de additione marginali an ſcilicet Gaudentius fuerit Epiſcopus Turritanus, vel potius Turris Albæ, vel Turrenſis in Aphrica.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum pro non admiſſione Articulorum.

Ema-

EMANATA hac ſecunda Deciſſione, voluit Turritanus iterum audiri ſuper iſdem, quærens dilationes, ne deueniretur ad principalem litis punctum, quaſi in fuga, remedium intentans, ſed Domini nullatenus annuerunt eius poſtulatis, vtpote de re inuериſimili, improbabili, & calumnioſa, qui ſunt proprij termini deciſionis, & ita ad vlteriora progredi iuſſerunt, videlicet, an eſſet confirmanda prima Deciſſio, circa maiorem, antiquitatem Eccleſiæ Calaritanæ, in qua iterum in cõtradictorio iuditio, & vtraque parte plené informante, ſtatuerunt, & deciderunt, Calaritanam Eccleſiam, eſſe antiquiorem Turritana, & Arborenſi in toto Regno Sardiniæ. Tenor autem Deciſſionis, talis eſt.

DECISIO

DECISIO
SACRAE ROTAE ROMANAE,
CORAM R. P. D.
GHISLERIO

In cauſa Calaritana Primatus.

Veneris 1 0. Decembris 1 6 3 8.

IN Deciſione in hac cauſa facta 27. Nouembris ſuperioris anni coram bo. me. Motmanno fuit dictum, Sedem Calaritanam probari antiquiorem. Primo quia S. Clemens fuit primus qui in Sardinia præfuerit Eccleſiæ Calaritanæ. Secundo quia ex Prouintia Sardinia Quintius, ſeu Quintianus, Epiſcopus Calariranus interuenerit primo Concilio Arelatenſi, celebrato anno Domini 3 1 4. Et Tertio; eo quia primo Concilio generali Niceno de anno 325. inter alios Præſules interuenerit Protogenes tanquam Sardiniæ Epiſcopus. Repropoſita cauſa ſuper eiſdem coram me ſubrogato, Domini non admiſſis articulis datis per Archiepiſcopum Turritanum, cum illos exiſtemauerint improbabiles, continentes inuerisſimilia, & valde ſuſpectos de calumnia, vt in particulari deciſione corā me facta 14. Iunij preteriti; alijs omiſſis, inhęrentes fundamento, quod in Concilio Arelatenſi interuenerit Quintius, ſeu Quintianus Præſul Eccloſiæ Calaritanæ, iterum cenſuerunt, vt in dicta deciſ. bo. mem. Motmanni Sedem Calaritanam probari antiquiorem.

Fundamentum reſolutionis fuit quia omnes conueniunt, quod Concilium Arelatenſe primum fuerit celebratum tempore Siluestri Papæ Primi, & Conſtantini Imperatoris primi, anno Domini 314. & habetur inter Concilia Gallicana nuper impreſſa *ſol. 1. tom. 1. & ſeqq.* in eoque leguntur nomina Epiſcoporum cum Clericis ſuis, quinam, & ex quibus Prouincijs ad Arelatenſe Concilium conuenerunt, & inter alios reperitur deſcriptus per hæc verba. *Quintatius Epiſcopus, Admonius Presbyter de Ciuitate Calaris, pro Sardinia, & pag. 3. habetur Epiſtola Synodi Arelatenſis ad Syluestrum Papam de rebus in ea geſtis, & Canonibus ab ea cōſtitutis*, & in eadē Epiſtola inter alios Epiſcopos nominatur *Quintantius*, & nullus alius fuit in dicto Concilio qui vocaretur prædicto nomine, niſi Calaritanus, vt patet ex lectura. Et in eodem Concilio Arelatēſi primo impreſſo

per

per Binium *tom.1. fol.*220. inter nomina Epiſcoporum , qui in primo Concilio fuerūt præſentes ſic habet. *Ex Prouincia Sardiniæ Ciuitate Carali Quintus Epiſcopus, Admonius Presbyter*,& in margine eſt adnotatus *Quintianus*. Et in ſecūdo Concilio Arelatenſi impreſſo Coloniæ *de anno* 1536.*fol.*164.habetur. *Ex Prouincia Sardiniæ Ciuitate Carali, Quintus Epiſcopus, Admonius Presbyter*, & in margine dicitur,alias *Quintianus*. Et in eodem tom.1. Concil. quæ fuerunt impreſſa Venetijs tēpore Sixti V.de anno 1565.fol.614.habetur.*Ex Prouincia Sardiniæ Quintus Epiſcopus, Admonins Presbyter*, & in margine dicitur *Qintianus*.

Nec prædictis obſtat, quod in Concilijs Gallicanis, & in Concilijs impreſſis per Binium , deſcriptiones Epiſcoporum ponantur in primo Concilio Arelatenſi in alijs verò impreſſionibus ponantur in ſecundo Concilio,quia huic obiecto ſatiſfacit Binius in ſecundo Concilio Arelatenſi,habito tempore Siricij Papæ,vbi;in notis ad dictum Concilium fol. 565. inquit, quod ſicut trium vaſenſium Synodorum Canones,ita duorum Arelatenſium ſubſcriptiones, & tempora, confuſæ fuere,ſubſcriptiones,quæ in æditione Suriana Colonienſi,& Veneta, huic Arelatenſi ſecundæ præfixæ antea extabant, ſunt eorum Epiſcoporum , qui Arelatenſi primæ anno Chriſti 314. cælebratæ,interfuerunt; itaque lectori non ingratum fore ſperamus,quod eas huic Concilio ablatas, priori Arelatenſi,cuius erāt reſtituerimus;Rationes quibus ad id faciendum inducti ſumus vide in notis,verbo eiuſdem Concilij Arelatenſis primi , &c. vt videre eſt in notis , in verbo *Ex Prouincia Siciliæ fol.*223.& eodem loco, in verbo *Domino,& Sanctiſſimo eodem fol.*223.ponit Epiſt. ſcriptā Siluestro Papæ ab Epiſcopis, qui interfuerunt Concilio, inter quos enumeratur Quintaſius , & in margine dicitur Quintianus , & quod ſubſcriptiones Epiſcoporum , qui interfuerunt Concilio Arelatenſi primo mendoſæ fuerint appoſitæ ſecundo celebrato anno 390. & ſic quod deberent apponi primo,latè probat *Card.Bar.to.3.Annal.ad.annum* 314. vbi de tempore ſupradictorum Siluestri,& Conſtantini Imperatoris num.49. dicit,tēpore Conſtantini non fuiſſe aliud Conc. Arelatenſe, quam illud in cauſa Ceciliani celebratum aduerſus Donatiſtas,& num. 50. monet lectorem per hæc verba , *manifeſto librariorum errore factum,vt in primo tomo Conciliorū Colonienſis æditionis*, primum Cōcilium Arelatenſe, quod ponitur abſque aliqua nota ſubſcriptionis Epiſcoporum , qui præſtò fuerunt,æditum habeatur ; contra verò nomina Epiſcoporum,qui eidem Synodo interfuerunt inſcriptà habeantur ei quæ dicitur ſecunda Synodus Arelatenſis,quam celebratam eſſe poſt Nicenum Concilium,& poſt Photini hæreſim emergentem,poſtque Vaſſenſe Concilium,Canones in ea poſiti pleniſſimam fidem faciunt , cum alioqui Epiſcopi ibidem per errorem recenſiti,eius Concilij eſſe noſcantur,quod hoc anno Voluſiano,& Aniano Conſulibus eſt celebratum , id enim eiuſmodi inſcriptio eidem præfixa , docet , his verbis concepta ; *Celebratum eſt autem idem Concilium tempore Beati Silueſtri Papæ Primi, & Conſtantini Imperatoris , Voluſiano, & Aniano viris clariſſimis, Conſulibus*; Quod autem ibidem legitur *Circa annum Domini, trigenteſimum vigeſimum ſextum* , ab aliquo ſuperadditum fuiſſe certum eſt,cum exploratum ſit;acta etiam Eccleſiaſtica non niſi Conſulibus conſignari conſueuiſſe, nunquā autem anno à Chriſti aduentu , quod primo factum eſſe à Dionyſio exiguo, Beda teſtatur, &c. Et inferius *idem Baron. de eodem anno* 314. *num.* 66. deſcribendo Epiſtolam à Synodo ſcriptam ad Syluestrum Romanum Pontificem ; de

his

his quæ geſta eſſent in Synodo inter alios Epiſcopos recenſet Quintaſium, cum nota in margine Quintianum, in quo loco dicit conſtare quidem complurium Epiſcoporum nomina, mendoſè legi, quæ emendauit, in margine, ex ipſa inſcriptione Epiſcoporum, quæ, errore, præfixa habentur, Concilio poſteriori Arelatenſi.

Non obſtat, quod in quatuor Codicibus antiquis manuſcriptis exiſtentibus in Biblioteca Vaticana, in primo ſignato *num.* 1538. *in ſecundo ſignato num.* 1340. *in alio antiquiſſimo ſignato num.* 630. *& in alio pariter antiquiſſimo, ſignato num.* 1341. repetiatur ſimplex ſubſcriptio ita concepta; *Ex Prouincia Sardiniæ Quintus Epiſcopus, Admonius Presbyter* abſque vlla mentione Ciuitatis Calaris, & ſimilis ſubſcriptio reperiatur etiam in alijs Codicibus antiquis impreſſis de anno 1520. 1524. 1530. & 1570. Seruatis, tam in Bibliotecha Vaticana, quam in Bibliotecha Eminentiſſimi Domini Cardinalis Barberini, in quibus abſque vlla mentione Ciuitatis Calaris reperitur ſubſcriptio, per hæc veba, *Ex Prouincia Sardiniæ Quintus Epiſcopus, Admonius Presbyter.*

Quia id quod dicitur de Codicibus, exiſtentibus in Biblioteca Vaticana, tollitur ex ſupra deductis, ex Card. Baron. in locis ſupra relatis, incuria Impreſſorum, vel aliorum qui Codices ſcripſerunt, fuiſſe errarum in ponendo ſubſcriptiones in ſecundo Concilio Arelatenſi cum eſſent ponendæ in primo, & bene fuit comprobatum ex Pontifice, & Imperatore, qui tunc temporis regnabant ex Conſulibus, Præſulibus, alijſque temporum, ac rerum circunſtantijs, hoc eſt tempore Siluestri Papæ, Conſtantini Imperatoris, & Conſulum Voluſiani, & Aniani, qui non aderant de tempore ſecundi Concilij Arelatenſis de anno 390. ſed de anno 314. de quo tempore Quintius, vel Quintianus erat Epiſcopus Calaritanus, vt teſtatur *Fara ſcriptor Turritanus de rebus Sardois pagina* 79. vbi inquit anno 314. floruiſſe Quintianum, ſeu Quintium Epiſcopum Calaritanum. Et auctoritati Cardinalis Baronij conformis eſt etiam ſupra relata opinio Binij, cui adſtipulatur Fara, vbi ſupra, & *Sirmondus Societatis Ieſu tom.* 1. *Conciliorum antiquorum Galliæ pag.* 593. inter alias inſcriptiones ponit, *Quintius Epiſcopus ex Prouincia Sardiniæ,* & in notis ad dictum Concilium teſtatur, ſecutum fuiſſe Codicem Corbeienſem, in quo nomina Epiſcoporum, & Ciuitarum deſcripta leguntur; nec faciunt deducta ex ſubſcriptis Codicibus antiquis impreſſis exiſtentibus in Bibliotecha Vaticana, & in Bibliotecha Eminétiſſimi Domini Cardinalis Barberini; Quia cum in pluribus alijs Codicibus etiam impreſſis, legatur ſubſcriptio cum expreſſa mentione Ciuitatis Calaris, credendum eſt compilatores, qui ſemper ſtudent emendatiores impreſſiones ędere, reuolutis monumentis, veritatem inueſtigaſſe; Nec huiuſmodi ſubſcriptiones aduerſantur alijs exiſtentibus in Codicibus antiquioribus ſupra relatis, cum ſolum exprimant in particulari Diæceſim Prouinciæ Sardiniæ, & Ciuitatem, cuius Quintius erat Epiſcopus, quæ qualitates in alijs ſubſcriptionibus non fuerunt expreſſæ. Maximè cum nullus reperiatur, qui dicat in contrarium, ſed non potuiſſe apponere omnia geſta in Concilio, quæ habere non potuit, & propterea extant dictis ſubſcriptionibus, niſi aliunde errorem in ijs irrepſiſſe oſtendatur.

Et propterea dum Quintius fuit Epiſcopus Calaritanus de dicto anno 314. vt teſtatur Fara, & comprobat ſubſcriptio deſumpta ex Concilio Arelatenſi correcto per Baronium, & per Binium in notis ad Concilium primum Arelatenſe, vt fuit

dictum

dictum ſupra, certum eſt appellatione Quintij, ſeu Quintiani Epiſcopi Prouinciæ Sardiniæ ex Anthonomaſia venire Sedem Calaritanam, & ſic non obſtare, quod in ſupradictis Codicibus ſubſcriptio Quintij Epiſcopi non concludat de Calaritano, nulla habita ratione, quod emendatio Conciliorum fuerit deſumpta ex Codicibus Mendoſis, quia quando correctio fuit approbata a viris celeberimis, ac omni exceptione maioribus non poteſt in dubium reuocari, niſi alia fundamenta æque valida exibeantur, quæ deficere in hoc caſu cenſuerunt Domini.

Neq; ſubſiſtit, quod huiuſmodi impreſſiones, in quibus fit mētio Ciuitatis Calaris, fuerint factæ poſt motam litem ſuper Primatum, aut ſaltem in tempore valde proximo motioni litis. Quia contrarium probatur ex ſententia, relatis verbis ſecundi Concilij Arelatenſis impreſſi Coloniæ *de anno* 1538. *vbi fol.* 184. habetur *Ex Prouincia Sardiniæ, Ciuitate Carali Quintus Epiſcopus, Admonius Presbyter*, & in eodem loco in margine dicitur aliàs *Quintianus*. Ex qua impreſſione antiquiſſima excedente tempus 100. annorum probatur correctionem per multum temporis ſpatium præceſſiſſe motam litem. Vltra quod etiam impreſſio facta Venetijs de anno 1585. præceſſit multo temporis ſpatio litem motam, cum illa tantum fuerit ſuſcitata de anno 1606. de quo tempore, vt apparet ex lectura cauſa fuit commiſſa in Rota bonæ memoriæ Horatio Cardinali Lancellotto.

Pariter cenſuerunt DD. quod ad effectum de quo agitur nihil releuaret etiam ſi probaretur Simplicium fuiſſe Epiſcopum Pauſaniæ, & Pauſaniam fuiſſe Ciuitatem antiquiorem Calari. Quia cum lis pendeat inter Calaritanum, Turritanū, & Arbonenſem ſuper Primatu Inſulæ, & Regni Sardiniæ, reſolutio ad fauorem Calaritani afficit ſolum Turritanum, & Arborenſem non autem alias Eccleſias Regni, quæ non ſunt in lite; vnde ſatis eſt, quod in præſentia Calaritanus oſtendat habuiſſe Epiſcopos ante Ciuitatem Turritanam, quia probatio reſpectu tēporis Sedis Archiepiſcopalis Calaritanę, dum ex aduerſo probatio aliqua certa non datur, quæ antiquitatem dictæ Sedis Calaris turbidam reddat, ſuffragatur abſque alia probatione antiquioritatis.

Probato autem ex ſuppoſitis, quod in prædicto Concilio Primo Arelatenſi legatur ſubſcriptus Quintius Epiſcopus ex Prouincia Sardiniæ Ciuitatis Calaris, manifeſte conuincitur, quod de anno 314. Ciuitas Calaris erat Sedes Epiſcopalis, & cum Archiepiſcopus, Turritanus, & Arborenſis qui hodie ſunt in cauſa, nihil exibeant ad probandum exiſtentiam dictarū Sedium Epiſcopalium de dicto tempore, aut tempore antecedenti; ſed ſolum tempore multum poſteriori, inde ſequitur probari antiquioritatem Sedis Calaritanæ in ordine ad Turritanam, & Arborenſem.

Accedentibus præſertim pluribus coniecturis deductis pro parte Calaritani, deſumptis ex Hiſtorijs tàm antiquis quam modernis, *Ex Strabone, Plinio maiore, Lucio Floro, Diuo Athanaſio, Ioanne Eſtadio Petro Galleſino, Ioanne Epiſcopo, Ioanne Cattilion, Ioanne Laurentio de Anania, Bernardo Gloſatore antiquo in cap. ſi diligenti de præſcriptione, Sebaſtiano Munſtero, Georgio Brau. & Franciſco Eongeluerio, & ex alijs pluribus*, qui vocarūt Calarim Vrbem cæteris digniorem, & Archiepiſcopos Calaritanos Metropolitanæ Vrbis Sardiniæ Epiſcopos, & Calaritanam Ciuitatem Primariam, & Præcipuam Sardiniæ Vrbem, nec non Metropolim vtriuſque Sardiniæ. Ex auctoritate Sanctorum Patrum velut Sancti Atha-

Athanaſij, qui floruit anno 350. Diui Theodoreti, Caſſiodori in ſua Tripartita, qui floruit *anno* 525. *Diui Gregorij Magni, libro Epiſcopalium Epiſtola.* 47. 60. 62. & 81. & Cardinalis Baronij, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui per anthonomaſiam, Epiſcopum Calaritanum vocarunt Epiſcopum Sardiniæ pariter ex auctoritate Sũmorum Pontificũ *Victoris III. de anno* 1087. *Caliſti III. de anno* 1456. *Sanc. Mem. Pij V. in Breui dato Romæ* 24. *Ianuarij* 1562. *& in alio eiuſdem Pij V.* 9. *Kalendas Septembris* 1569. in quibus habentur hæc verba *Venerabili Fratri Archiepiſcopo Calaritano vtpote dicti Regni Primati, per præſentes committimus, &c.* Et in ſecundo *Tibi tanquam Archiepiſcopo Primati dicti Regni Metropolitano cum omnibus, &c.* Et demum *Sixti V. in Breui dato Romæ apud Sanctum Petrum* 9. *Kal. Nouembris* 1585. vbi committens cauſam ſpoliorum Boſanen. ſuffraganei Turritani habet hæc verba. *Fraternitati tuæ Archiepiſcope, cui vti Primati Regni Sardiniæ dictorum ſpoliorum deffenſio, & cognitio per noſtrum Prædeceſſorem commiſſa fuit, mandamus, &c.* Quæ omnia ſimul iuncta multum releuant ad coadiuandam probationem deſumptam ex dicto Concilio Arelatenſi. Quod etiam comprobatur *ex Rebuffo in Cathalogo, ſui Prouincialis omnium Eccleſiarum Cathedralium vniuerſi orbis, ex libro Cancellariæ excerpto, & in fine ſuæ Praxis poſito*, vbi in Prouincia Sardiniæ ponitur primo loco Sedes Archiepiſcopalis Calaritana cum ſuis ſuffraganeis, ſecundo loco Sedes Turritana pariter cum ſuis ſuffraganeis, & tertio loco Sedes Arborenſis cum ſuffraganeis; idem firmat *Aubertus Mirrebæus in tractatu de notit. Epiſcopatum Orbis Chriſtiani, lib.* 5. *in verbo Sardinia*, vbi leguntur deſcriptæ omnes Ciuitates particulares Inſulæ Sardiniæ, & primo loco deſcripta legitur Ciuitas Calaritana, ſecundo Turritana, & tertio Arboren. cum quibus concurrit Cathalogus Ciuitatum, & locorum totius orbis Abbatis Ioachimi, vbi in verbo Sardinia deſcribitur Prouincia Sardiniæ, & in primo loco ponitur Sedes Calaritana cum ſuffraganeis, ſecundo loco Sedes Turritana cum ſuffraganeis, & in tertio loco Sedes Arborenſis cum ſuis ſuffraganeis, & cum in hac materia, dum argumẽtatur de maiori antiquitate valde attendatur ordo ſcripturę, & præcipuũ fundamentum ad denotandam maiorem antiquitatem, deſumatur ex ordine ſcripturæ, & denominatione, quia quod prius ſcriptum eſt, prius dicitur cognitum, ſumptæ auctoritates cum alijs deductis ab informantibus pro Archiepiſcopo Calaritano, multum faciunt in caſu de quo agitur.

Et ita Articulo per omnes Dominos diſcurſo, fuit reſolutum ad fauorem Sedis Calaritanæ.

Ema-

RESOLVTIO.

An hiſtoriæ generales aſtruentes priuationem Piſanorum factam per Sedem Apoſtolicam omnibus gratijs, priuilegijs Eccleſiaſticis, & Sæcularibus faciant plenam fidem in iuditio, cum alijs adiunctis.

1 PISANOS, quia cum Federico II. contra Eccleſiam Romanã conſpirarunt, & Eccleſiæ claues conculcarunt enormia delicta perpetrando, fuiſſe excommunicatos à Gregorio IX. & alijs Summis Pontificibus, interdictos, priuatos Regno Sardiniæ, dignitate Epiſcopali, & quocunque beneficio Eccleſiaſtico, latè referunt *D. Anton. to. 3. hiſtor. titu. 19. cap. 4. §. 3. fol. 38. & tit. 20. cap. 8. §. 5. fol. mihi 81. Geograph. Kolater. to. 1. lib. 5. tit. res Piſanorum fol. mihi 44. Ioann. Villan. tomo 1. lib. 6. cap. 2. fol. mihi 115. Ciacon. in vita Gregor. IX. Maynold. de tit. Regis Hiſp. Zouius to. 13. fol. 451. Lauren. Bonicontrus, & alij plures hiſtorici.* Dubitatur an huiuſmodi hiſtoriæ plenam fidem faciant in iuditio. Reſpõdetur affirmatiuè. Nam in antiquis, hiſtorias plenam fidem facere in cauſarum deciſionibus, tenent communiter DD. *Bart. Alex. Rom. Dec. Cagn. Bolognet. Purpur. & DD. in l. 1. ff. ſi certum petatur, & alij, quos refert, & ſequitur Maſcard. de probat. concl. 399. nu. 5. & concl. 288.* vbi refert quamplures leges, quarum deciſiones in hiſtorijs fundantur. Idem tenet *Tuſcus litt. H. concl. 139.* (vbi etiam eſſe communem ſententiam teſtatur, quod quando hiſtorijs ab antiquo communiter eſt creditum; probant etiam inter Eccleſiaſticas perſonas.) *Aym. de antiq. temp. par. 1. limit. 8. nu. 14. Bal. conſ. 310. & 319. volum. 5. Decian. conſ. 135. nu. 1. Guid. Pap. deciſ. 341. nu. 3. Rip. in cap. cum in Eccleſiarum de cauſa poſſ. & prop. Gloſ. in cap. cum cauſam 13. in verb. per libros de probat. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 111. Ferrer. conſ. 193. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. 893. num. 3. & 30. & diſcepta. 918. num. 4. Pute. deciſ. 209. lib. 2. Caputaq. deciſ. 344. par. 3. Seraphin. deciſ. 1272. in princ.* cum alijs adductis per Rotam *deciſ. 360. num. 3. & 4. & deciſ. 724. num. 3. par. 2. in recentioribus*, & ſolo fundamento vnius Chronicæ fuit à Rota in caſu occurrenti deciſum, vt teſtatur *Verall. deciſ. 160. par. 2.*

2 Et ratio ob quam antiquiſſimæ enunciatiuę hiſtoriarum plenam fidem faciunt, eſt, vt teſtatur dictus Gratianus, quia habent vim famæ, quæ probat in antiquis, *Ferrer dicto conſ. 393. Achil. deciſ. 7. num. 1. de iure Patron. Rota deciſ. 274. num. 2. poſt med. par. 2. in recentioribus, Alex. conſ. 75. num. 3. lib. 4. Caſſador. deciſ. 3. num. 3. de procurat.* Sunt enim antiqua difficilis probationis, & aliter veritas haberi nequit, quo enim alio fundamento extant plura antiqua monimenta certiſſime ab omnibus recepta, vt inuaſio Maurorum in Hiſpaniã tempore Roderici Gothorum Regis, transmigratio Sedis Imperialis facta à Conſtantino Magno, Roma, Bizantium, ab eius nomine Conſtantinopolim nuncupatum, inuaſiones Gothorum, Hunnorum, & Longobardo-

rum in Italiam; præclara geſta Totilæ, Beliſarij, Narſetis, & aliorum, mirabi-
les progreſſus Reipublicæ Rom. & Romanorum Imperatorū, Alexandri Ma-
gni, & Græcorum aduerſus Perſas expeditiones; Imperij Orientalis amiſſio;
Gallorum, & Hiſpanorum in Italia Bella; & alia plura; & ferè omnia totius
antiquitatis geſta, quæ ſolis hiſtorijs nobis innoteſcunt.

3 Nec eſt veriſimile, quod ſi hiſtoriæ alicui præiudiciales, veræ non fuiſſent,
tandiu eſſent abſque contradictione toleratæ, nam ex tali ſcientia, & patien-
tia ius videri poſſet præſcriptum contra illum, *ad text. in l. quoties la 2. ff. de
ſeruit. l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruitus vind.*

4 Et adeò creditur hiſtorijs, vt procedat ſi reperiantur contrariæ, nam in
hoc caſu adhibetur fides illi parti, pro qua plures ſcriptores ſtant *l. 1. ff. de
off. præfectoris, & ibi Purpur.* niſi pauciores ſint grauioris authoritatis, quia tunc
illis creditur, *Angel. in l. ſi id §. fi. ff. de iuriſd. omnium iudi. Purpur. d. loc. Maſ-
card. d. concl. 288. nu. 3. & 4. & Rota Cæſarauguſt. Cathedralitatis pro Eccleſia
B. Mariæ del Pilar.* Quare cum in noſtro caſu hiſtoriæ omnes tàm antiquæ,
quàm modernæ communiter receptæ vniformiter concordent, proculdubio
eſt illis in iuditio plena adhibenda fides.

5 Prædictæ atteſtationi hiſtoriarum maiorem vim, & robur addit reſcriptū
Apoſtolicum infeudationis factæ à Bonifacio VIII. Regi Aragonum, de
Regno Sardiniæ; & Corſicæ, quod incipit, *Chariſſimo in Chriſto filio Iacobo
Sardiniæ, & Corſicæ Regi, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum nonas
Aprilis, Pontif. eius anno III.* in cuius initio habet hæc formalia verba. *Super
Reges, & Regna poſiti, ex diuinæ præeminentia poteſtatis, de ipſis opportunè
diſponimus, prout commodius iuditium ſanioris inſpectionis inducit, non nun-
quam enim in ipſis euellimus de gente ingentem propter culpas, & dolos, ſolia
transferendo regnantium, interdum plantamus, charos filios, & deuotos almæ
Matris Eccleſiæ, ad noua Regnorum præficiēdo dominia,* & paucis interiectis,
ſubdit loquens cum Rege Aragonum. *Te, ſolidæ charitatis amplexu preſſius
oſculamur, ex quo plus tuæ ſinceritatis deuotionis affectum erga nos, & ipſam Ec-
cleſiam oculatè, & attente conſpicimus, de fratrum noſtrorum cōſilio, & aſſen-
ſu, Regnum Sardiniæ, & Corſicæ, quod ipſius Eccleſiæ iure, & proprietate exiſ-
tit, tibi, & tuis hæredibus in perpetuū feudum gratioſè conferimus, concedimus,
& donamus, &c.* Circa quæ verba Bullæ duæ ſunt notanda. Primum eſt tē-
pore huius tranſlationis, ſeu conceſſionis Regni Sardiniæ, fuiſſe ipſum ſub di-
tione, & poteſtate Piſanorum, à quorum manibus potenti claſſe, & exercitu
fuit ereptum per Regem Aragonum, hoc, omnes hiſtoriæ clamant, & ipſa an-
tiqua monumenta Sardiniæ, & Calaris, imò & ipſius Reipublicæ Piſanæ; ne-
que Piſani rem adeò claram, & euidentem poterunt inficiari, cum de hoc
dominio antiquo Sardiniæ ſemper ſint gloriati.

6 Secundo eſt notandum in prædictis verbis Bullæ, duplex motiuum mentis
Pontificis aſtrui, in illa tranſlatione Regni Sardiniæ, vnum ſe tenet ex parte
termini ad quem fuit facta hæc tranſlatio, ſeu conceſſio, nempè Regis Ara-
gonum, & hoc ait fuiſſe deuotionis affectum, erga Sedem Apoſtolicā, & il-
lius munificentiam in Regem; aliud ſe tenet ex parte termini, a quo, ſcili-
cet Piſanorum, à quibus fuit ablatum, & hoc ait fuiſſe culpas, & dolos Piſa-
norum, in illis verbis, *propter culpas, & dolos, ſolia transferendo regnantium,*
licet autem ibi expreſsè non nominat Piſanos, eſt neceſſariò intelligendum,

tum

tum quia loquitur in ſubiecta materia de ablatione Regni *Sardiniæ*, in quo ipſi regnabant. Tum quia propter dolos,& culpas aliorum,non erat iuditiũ ſanioris inſpectionis,Piſanos punire,& ab eis auferre Regnũ, in quo regnabant;Tum denique quia niſi intelligantur de culpis, & dolis Piſanorum huiuſmodi verba, inepta, inutilia, & ocioſa forent; Verba autem reſcripti,ſeu ſtatuti non debere eſſe ocioſa,inepta,& inania,probatur exemplo, *l.ſi quando,ff.de legatis 1.& l.Meuius ff.de legatis 2.& l.1.§.fin.ad municipalem.* Nec refert, quod hæc verba Pontificis reperiantur in prooemio, & principio diplomatis: nam ex prooemio inueſtituræ colligitur illius ratio finalis,& intelligentia, *Verall.deciſ.16.par.2.*

7 Conſtat autem culpas, & dolos Piſanorum propter quos fuerant priuati Regno Sardinię,& alijs gratijs,& priuilegijs Apoſtolicis,fuiſſe relatos ab hiſtoricis à nobis adductis in principio huius reſolutionis, *& in cap. 37. huius lib. 2.pag. 163.* Nam non apparent aliæ culpæ,& doli Piſanorum, de quibus poſſint verificari verba Pontificis.

8 Confirmatur apertius ex confeſſione ipſiuſmet partis,nam *Viuian. in ſua prax.iur.patron.par.1.lib.3.cap. 2.nu.72.* ait, in archiuio publico reformationum Florẽtiæ adeſſe reſtitutionem dignitatis Archiepiſcopalis Vrbis Piſanæ, & confirmationẽ omnium præcedẽtium priuilegiorum factam à Gregorio X. *ſub dat.Florentiæ 12.Kal.Iulij 1273.Pontif.eius anno II.* in quo aſſerto,accipimus,quod concedit, ſcilicet Piſanos fuiſſe priuatos dignitate Archiepiſcopali, & cæteris priuilegijs à Sede Apoſtolica,nam ſi fuerunt reſtituti,anteà fuerunt neceſſariò priuati,quia forma,ſeu habitus reſtitutionis neceſſariò præſupponit priuationem illius,vt eſt per ſe notum.

9 Sed negamus,quod aſſerit nempè factã fuiſſe Piſanis à Sede Apoſtolica talem reſtitutionem,& extare tale reſcriptum Grego.X. ab ipſo relatũ, imò aſtruimus eſſe omninò fictitium; Tum quia nunquam ab ipſis fuit productũ in actis in hac lite,nec modo producitur tale reſcriptũ; Tum etiam quia eſt omninò inueriſimile, quod anno 1273. fuerit facta à Gregorio X. reſtitutio omnium priuilegiorum Vrbi Piſanæ,& quod poſteà anno 1297. à Bonifacio VIII. fuerit priuata Vrbs Piſana Regno Sardiniæ, etenim poſt indulgentiã delictorum, & reſtitutionem ad priſtinam gratiam, & priuilegia,per Sedem Apoſtolicam,non eſt veriſimile per eandem ſanctam Sedem,& propter culpas,& dolos,præcedenti Indulgentia iam expiatos,fuiſſe punitam potentiſſimam tũc Vrbem,& Rempublicam,priuatione Regni *Sardiniæ*, & hoc traditum in feudum Regi Aragonum,ea conditione, vt eriperet illud de manibus Piſanorum,vt ait D. Antoninus ſuperius citato loco,quę infeudatio fuit confirmata per plures Põtifices,Bonifacij VIII.ſucceſſores, vt referũt Marta *de iuriſd.par.1.c.26.nu.36.& 37.& Barboſ.in collect. ad cap.ſi diligenti de præſcr.* niſi dicant vigintiquatuor annorum ſpatio(quod intercedit inter annum 1273.& annum 1297.)cõmiſiſſe Piſanos nouas culpas,& dolos (propter quos,à Bonifacio de nouo priuarentur) præter relatos ab antiquis hiſtoricis,de quibus neque conſtat,neque oſtendunt nouam reſtitutionem, ſicut nec primã;quãuis autem per facti euidentiam cõſtet, Piſanos fuiſſe aliquando reſtitutos ad dignitatẽ Archiepiſcopalẽ, quia de facto hodie illa potiuntur,ſed non fuiſſe reſtitutos ad dignitatem Primatialem Sardiniæ, ſicut nec ad dominium temporale illius,conſtat etiam per euidentiam facti, quia poſt

talem reſtitutionem (quandocunque fuerit facta) nullum actũ iuriſdictionis Primatialis exercuit Piſanus in Sardinia, quod ſi hoc affirmet, probet, & oſtendat, quem, & quando, imò nec Metropoliticum in Epiſcopatibus Gallinen, & Ciuitaten, ſibi collatis ab Innocẽtio II. & habetur in reſcripto illius, ab ipſis Piſanis, in actis adducto, quorum vnus eſt nunc Suffraganeus Turritani, & alter Calaritani, vt eſt per ſe notum; ſicut ergo poſt priuationẽ, Piſanus non fuit reſtitutus ad dignitatem Metropoliticam Epiſcopatuũ Sardiniæ, multò minus ad Primatum illius, quæ dignitas cedit in maius præiuditium Regni, & Regis; vnde nũcupatio tituli Primatis, quam poſt priuationem Piſanus retinuit, fuit nulla, iniuſta, & violenta vſurpatio, circa quod videantur dicta à nobis §. 1. *&* 2. *cit. cap. 37. huius lib.* 2.

10 Nec refert, quod Viuianus (qui hanc reſtitutionem Piſani ad Archiepiſcopatum aſtruẽs, priuationem neceſſariò ſupponit, & confitetur) ſit vnus teſtis ſingularis, quia æquiualet pluribus teſtibus: nam eſt partis contrariæ, & in iure contra eam plenam fidem facit, vt eſt tritum apud Iuriſconſultos; tum quia fuit Decanus Eccleſiæ Piſanæ, & illius aduocatus, qui ſcripſit in iure in fauorem Primatus Piſani, fuit etiam Procurator Archiepiſcopi Piſani, in hac lite Romę, tempore Pauli V. & ideò inſtructiſſimus, & diſertiſſimus præomnibus Piſanis in hac materia: Tum etiam quia, in approbationẽ eorũ, quę dixit in citato opere, conſpirarunt Patritij Piſani, in principio operis, ſuis verſibus illud cõmendando, Archiepiſcopus, & Eccleſia Piſana tacitè conſentiendo, & approbando, dũ eius excuſſioni, in hoc non contradicũt.

11 Confirmatur deniq; hæc priuatio dignitatũ Eccleſiaſticarũ, & aliorũ priuilegiorum Vrbis Piſanę ex alia noua priuatione facta à Iulio II. anno 1512. cuius meminimus prædicto *c. 37. nu.* 3. eo quod Piſis celebratũ fuit Cõciliabolum Piſanum, quod ipſi fouerunt, & ſua protectione, & patrocinio tutauerunt; quare iterum priuati fuerunt ipſo iure, omnibus priuilegijs, feudis, & quacunque dignitate Eccleſiaſtica, etiam Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiſcopatus, &c. vt conſtat ex Bulla Iulij II. *ſeſſ. 1. & habetur to. 9. Conciliorum generalium, & Prouincialium collectorum à Binio, excuſſionis Lutetiæ Pariſiorum anni 1636. pag. 15. & ſequent.* verba Bullæ ſunt huiuſmodi; *Diſtrictius ſub excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ, ac dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorumcunque Sæcularium, vel Regularium, feudorum, indultorum, priuilegiorum, cõceſſionum, facultatum, & gratiarum, priuationum, ipſo facto, & alijs in vniuerſalem Eccleſiam ſcandalizantes, & ſchiſma in ea diſcordiamq; ſuſcitantes, eiſque conſilium, auxilium, vel fauorem præſtantes, tàm à iure quàm aliàs promulgatis, & in dictis pœnis inhibemus.* In has autem pœnas fuiſſe incurſos de facto Piſanos, cõſtat ex ſecũda Bulla eiuſdem Iulij, quæ habetur *ſeſſ. 4. eiuſdem Conc. Lateran.* vbi dicitur adhærentes Conciliabulo Piſano, dignitatibus omnibus caruiſſe, in illis verbis, *Adhærentes, authoritate, & dignitatibus omnibus carentes.* Vtpotè iam de facto incurſos in pœnis, in prima Bulla promulgatis; cũ igitur manifeſtò conſtet de priuatione omnium priuilegiorum, & gratiarum etiam Eccleſiaſticarũ, facta à Sede Apoſtolica Vrbi Piſanæ, & non de reſtitutione. Sequitur omnia eius indulta, & reſcripta Apoſtolica, quæ afferuntur circa Primatum Sardiniæ eſſe nulla, nullius roboris, & valoris contra Calaritanum.

Archiepiſcopus Calaritanus.

DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R.P.D.
GHISILERIO
IN CAVSA
Calaritana Primatus.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. MDCXL.
SVPERIORVM PERMISSV.

Veneris 27. Aprilis 1640.

CVM diſputaretur inter Archiepiſcopos Calaritanum, & Turritanum, ac Arborenſem quænam ex eorum Sedibus ſit antiquior Metropolis, Domini nulla habita ratione prætẽſionis ipſorum circà Primatum propriè dictum, qui conſiſtit in ordinatione omnium Eccleſiarum illius Regni; In conuocatione omnium Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum ad Concilia, In conceſſione facultatis Epiſcopis, & Archiepiſcopis Regni exeundi à ſuis Diœceſibus, & denique in alijs prærogatiuis, quas in præſentia non eſt opus recenſere, reſpectu ſimplicis antiquitatis, & iuris Metropolitici, non autem reſpectu Primatus propriè ſumpti, cùm eſſe poſſit, quod vna Sedes ſit alia antiquior, & nihilominus ex hac antiquitate nullatenus inferatur ad Primatum propriè dictum, duo dixerunt probari ad fauorem Archiepiſcopi Calaritani, quod ſcilicet illius Sedes ſit Metropolis, & quod ſit antiquior Metropolis.

Quod enim Sedes Calaritana ſit Metropolis ſatis probatur ex continuata ſerie tot enunciatiuarum ſpacio annorum 1276. emanatarum ſiquidem ex latè deductis in *deciſione coram me facta* 10. *Decembris* 1638. in qua cum iuxtà reſolutionem anteà factam coram bo. me. Motmanno iterum fuerit dictum Sedem Calaritanam probari antiquiorem, plenè fuit probatum teſte Cardinali Baronio tom. 3. Annalium ad annum 314. Quintaſium, ſeù Qu[illegible]um Epiſcopum Calaritanum ex Prouincia Sardiniæ tanquam Metropolitanum Prouinciæ interfuiſſe Concilio Arelatenſi primo, celebrato

tempore Siluestri Papæ Primi, & Constantini Imperatoris Primi *anno Domini* 314.

Lucifer, qui vixit anno 353. vti Archiepiſcopus Sedis Calaritanæ creatus fuit Legatus, & miſſus à Liberio Papa ad Concilium Mediolani ex notatis per *Baronium vbi ſupra ad annum Chriſti* 354., & per *Faram Turritanum de Rebus Sardois anno Chriſti* 353.

Ianuarius Calaris Præſul Metropolitanus dictus à Gregorio Magno, qui floruit anno 590., illique iuſſit, vt conuocaret Epiſcopos Regni Sardiniæ ad Concilia, prout habetur *in Epiſtola* 9.

Et ex *Epiſtola* 61. *eiuſdem lib.* 1. colligitur Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum tanquam Metropolitanum deputaſſe Iudices, in toto Regno Sardiniæ.

Et *libro* 7. *Epiſtola* 8. inter Suffraganeos Sardiniæ deſcriptus legitur Marinianus Epiſcopus Turritanus, vt patet ex lectura Epiſtolæ, quam reaſſumpſit Fara Archipresbyter Turritanus.

Citonatus, qui vixit anno 686., & ordinauit Eccleſiam Turritanam ab Anaſtaſio loquente de Ioanne Papa apud *Baronium vbi ſupra ad annum* 686. vocatur Archiepiſcopus Calaritanus.

Iacobus fuit à Victore Tertio *de anno* 1087. Archiepiſcopus Calaris nuncupatus.

Calixtus Tertius vocauit Archiepiſcopum Calaritanum.

San. mem. Pius Quintus in Breui dato *Romæ* 24. *Ianuarij* 1564. & in alio Breui eiuſdem 9. *Calend. Septembris* 1569. Præſulem Calaritanum, Archiepiſcopum appellauit, prout fecit deinde Sixtus Quintus de *anno* 1585. 9. *Calend. Nouembris* in Breui dato Romæ apud Sanctum Petrum.

Præterea apud Baronium *ad annum* 688. ex Anaſtaſio, Calaritanus appellatur Archiepiſcopus; Turritanus verò Epiſcopus,

pus, ex hac autem differentia maioris, & minoris dignitatis, & ex hac inferiori denominatione poteſt argui maior antiquitas, vt benè per *Aretin. in conſ. 23. num. 7. verſ. Prætereà.*

Quæ ſeries enunciatiuarum ſpacio tanti temporis remouet omnem dubitationem, quod Sedes Calaritana verè ſit Metropolis, eoque præſertim quia corroboratur ab atteſtationibus *Strabonis*, *Lucij Flori*, *Ioannis Eſtadij*, *Petri Galeſini*, *Georgij Brahu*, *Franciſci Congelutij*, *Ioannis Boterij*, *Cardinalis Baronij*, & aliorum quamplurium grauiſſimorum Authorum, qui *Calarim Metropolim vtriuſquè Sardiniæ* appellarunt, aliquando *Vrbem Vrbium Sardiniæ*, non ſemel *Caput Sardiniæ* aliquando *Vrbem Primariam*, & demum ſub alijs ſpecioſis nominibus, Itaut non ſit credendum, quod ſi aliqua Ciuitas in Archiepiſcopatum erat eligenda relinqueretur Calaris, quæ habebatur pro Primaria, & Capite totius Inſulæ, vt aſſumeretur alia non æqualis nominis, & famæ.

His accedunt tot Regum enunciatiuæ, de quibus in priuilegijs Regum conceſſis *de anno 1328. 1331. & 1362.* in quibus Calaris appellatur *robur*, *Caput*, *& locus Inſignior totius Inſulæ Sardiniæ*, ex quo enim Ciuitas Calaritana fuit ſemper Caput, & Metropolis Regni Sardiniæ, vt patet ex ſupradictis, ita etiam indè reſultat quod Sedes Calaritana fuerit pariter Metropolis, quia ſicut primi flamines reſidebant in Capite Prouinciarum, ita poſt aduentum Chriſti Primates, Patriarchæ, & Metropolitani reſident ex *decreto S. Anacleti*, de quo in *cap. 1. 99. diſtinct.*

Vlterius accedit quod Sedes Calaritana ſemper deſcribitur tanquam Metropolis Regni Sardiniæ primo loco

cum ſuis Suffraganeis, Sedes Turritana ſecundo loco, & tertio loco Sedes Arboreñ cum ſuis Suffraganeis, vt *in Cathalogo Eccleſiarum Rebuffi, & Cathalogo Ciuitatum, & locorum totius Orbis Abbatis Ioachimi*, cum quibus concurrit *Albertus Mirrhæus in tractatu de notitia Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani lib. 5. in verb. Sardinia*, & fuit firmatum in fine ſupradictæ Deciſionis coram me *verſ. quod etiam comprobatur*, ex qua litteræ ordinatione deſumitur etiam prioritas dignitatis iuxtà *gloſ. in cap. quorumdam de elect. in 6. Natt. conſ. 516. num. 19.* vbi quod primo nominatus in ordine ſcripturæ is cenſetur prior, & antiquior, *Caſſan. conſ. 53. num. 44.*

Firmato autem quod Sedes Calaritana fuerit Metropolis de tempore Diui Gregorij Magni; ſequitur quod ſit antiquior; niſi ex aduerſo alia probetur antiquior, vt in terminis antiquitatis temporis fuit dictum in præcedenti deciſione coram me. Vndè Turritanus tenetur concludenter probare ſuam erectionem, & ſtatum antiquiorem, vt dicit *Caſtrenſ. conſ. 140. num. 1. verſ. ſi quid in propoſito parte ſecunda*, quia prout fuit dictum in alia deciſione, dum non datur aliqua certa probatio per Turritanum, quæ antiquitatem Sedis Calaritanæ turbidam reddat, probatio reſpectu certi temporis Sedis Archiepiſcopalis Calaritanæ ſuffragatur abſque alia probatione anterioritatis.

Supradictis non obſtat, quod Gaudentius Epiſcopus Turritanus vti Archiepiſcopus Metropolitanus de anno 310. conuocauerit Concilium generale, vt conſtat ex Codice antiquo extracto ex Archiuio Turritano, in quo leguntur quædam Conſtitutiones factæ per Archiepiſcopum in Concilio Generali vnà cum ſuis Colle-

ghis

ghis de anno 310. tempore Melchiadis Papæ, & Conſtantini Imperatoris, Tum quia dum Baronius vbi ſupra atteſtatur, quod Eccleſia Turritana fuit ordinata a Citonato de anno 686. fruſtra recurritur ad librum aſſeruatum in Archiuio pœnitus ſuſpecto, cuius ſcripturæ non probant niſi intra fines dictæ Eccleſiæ, non autem contra Sedem Calaritanam, iuxtà *deciſionem Caputaq. 42. parte 1. Rota diuerſ. deciſ. 183. num. 8. parte 2. Reuerendiſſimus D. meus Decanus deciſ. 36. num. 10. & deciſ. 128. num. 2.* Tum quia non eſt ſubſcriptus à Metropolitano, vel alijs Epiſcopis, neque à Notario, vel ſaltem aliquo ſigillo, vel ſigno munitus, & propterea cum ſit ſcriptura merè informis, non probat, quamuis antiquiſſimus eſſet, & in Archiuio publico fuerit repertus, nam ſola antiquitas præbet quidem adminiculum veritatis, ſed ſcripturæ omninò informi fidem non tribuit, prout, nec tribuit, Archiuium, quia in eo ſeruari potuit liber tanquam Copia, *Caualer. deciſ. 586. num. 4. & deciſ. 613. num. 3. verſ. ad illud, & num. ſeq. Dec. conſ. 24. num. 50. verſ. Item aliter, & num. 51. lib. 1. Rolan. conſ. 75. num. 5. & 6. lib. 4.* Eoque minus quia non conſtat, de quo tempore Codex fuerit poſitus in Archiuio, & reponi potuit pridiè antè extractionem, vt per *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 23. in ſexto fallen. verſ. & etiam videtur, C. de eden. Caputaq. deciſ. 41. num. 4. parte 1. Andr. deciſ. 88. num. 6.* Præſertim quia Archiuium cuſtoditur à Secretario Eccleſiæ, de cuius intereſſe agitur, & pro quo propterea non probat, licet inter alios probaret; ad tradita per *Rotam in deciſ. 183. num. 8. parte 2. diuerſ. in Tiraſonen. Iuriſdictionis 19. Februarij 1593. coram bo. mem. Card. Millino*, & latè *in Cæſarauguſtana Cathedralitatis prima Mar-*

tij

tij 1630. *coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, quæ eſt deciſ.* 353. *parte* 5. *recent.* quæ facilius procedunt; ex quo de anno 310. non regnabat Melchiades Papa, ſed Euſebius Teſte Baronio ad annum 310. & 311. & tamen in Codice extracto habetur, quod Concilium de anno 310. fuit celebratum ſub Papa Melchiade.

Præterea redditur inueriſimilis dictus Codex, ex quo nullus Author habetur, qui faciat aliquam mentionem Concilij celebrati à Gaudentio, nec alibi habetur aliqua mentio dicti Concilij, prout haberetur ſi verum eſſet ſaltem apud ſcriptores fautores Eccleſiæ Turritanæ, & ſignanter à *Fara Archipresbytero Turritano in tractatu de Rebus Sardois*; Vndè etiam ex capite ſuſpectionis, & inueriſimilitudinis libri fides abrogatur ad tradita per *Bald. conſ.* 66. *num.* 4. *verſ. ſed, Innocentius, & verſ. ego ex omnibus, lib.* 3. *Alex. conſ.* 80. *num.* 2. *lib.* 4. *Aym. conſ.* 40. *num.* 2. *& ſeqq.*

Non obſtat, quod Eccleſia Calaritana non exhibeat Priuilegium ſuæ erectionis conceſſum à Sede Apoſtolica, à qua ſolum dignitas Archiepiſcopalis, & Metropolitana poteſt concedi iuxtà *text. in cap. omnes* 22. *diſtinct.* vbi gloſ. notat, quod ſolus Papa inſtituit huiuſmodi Dignitates, idque præ cæteris ibidem firmant *Turrecremata num.* 6. *Prepoſ. num.* 1. *&* 4. *Germon. de Sacr. immun. lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 7. *Rota in Bonon. Metropolis* 23. *Iunij* 1606. *coram Cardinali Lancellotto Iuniore*. Quia cum verſemur in probatione Iuris Metropolici antiquiſſimi, & exhibeantur actus plures poſitiui circà exercitium Iuris Metropolitici pariter antiquiſſimi ex conuocatione Conciliorum generalium, ex illis iuncta obſeruantia tanti temporis, dè cuius initio non conſtat

ſtat, cenſetur probatum ius Metropoliticum ſufficienter acquiſitum authoritate apoſtolica, & ex ipſius obſeruantia poteſt deſumi titulus magis proficuus, & vtilis, & conſequenter priuilegium Apoſtolicum, *cap. ſuper quibuſdam*, *§. præterea*, *vbi gloſ. in verb. non extat de verb. ſignific. Fabin. in c. cauſam, num. 2. & ſeqq. de præſcript. Rota deciſ. 254. in fin. parte 3. & deciſ. 642. num. 4. parte 4. diuerſ.* Certum eſt enim in antiquiſſimis vltra mille annos ſtare præſumptionem pro legitima erectione iuxtà *text. in c. innotuit de elect.* cum alijs per *Menoch. de præſumpt. præſumpt. 54. num. 4. lib. 6.*

Minus facit, quod non probetur Sedem Calaritanam habere ſuffraganeos, & eorum cauſas cognoſcere; quia vltra quod habet Eccleſiam Eccleſien in commendam, quæ tamen conſeruatur Cathedralis vti prius iuxtà reſolutiones *Rotæ coram Reuerendiſſ. Vrgellen. 331. num. 5. & 6. & 335. per tot.* ad effectum retinendi eandem prærogatiuam antiquioris Metropolis non eſt neceſſe quod modo actu habeat Ciuitates, & Epiſcopos ſubiectos, ſed ſufficit quandoque illos habuiſſe ſicuti liquet ex ſupradictis Cathalogis, in quibus legitur, quod Sedes Calaritana habet Sedem Sulcitanenſem, vel Eccleſienſem, Dolienſem, & Suellenſem, eà ratione; quia ius quæſitum quoad proprietatem ſemper firmum durat. *Port. Imol. conſ. 165. num. 54. 59. & ſeqq. Ceph. conſ. 615. num. 25. & 26. Gig. conſ. 100. nu. 6.* & ſic pro conſeruatione prioris ſtatus, & antiquioritatis ſufficit habitus abſque actuali exercitio ex latè traditis per *Gratian. diſcept. for. c. 291. num. 25. vſque ad fin.*

Demùm nihil facit ad hunc caſum diſpoſitio textus expreſſi in *c. ea te de iureiur.* vbi Papa mandauit Iudici

Cala-

Calaritano, vt præſtaret Iuramentum fidelitatis nomine Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in manibus Archiepiſcopi Turritani, non obſtante quod præſtaſſet in manibus Archiepiſcopi Piſani, ità quod inde ſequatur, Papam agnouiſſe Superioritatem Archiepiſcopi Turritani ſupra Calaritanum, cum iuramentum propriè debeatur Metropolitano, & Primati. Quia ibi agebatur de iuriſdictione temporali, & de iuramento fidelitatis præſtando à Iudice Calaritano, prout benè colligitur *ex cap. ſi diligenti de præſcript.* vbi ab eodem Innocentio Tertio repræhenditur Archiepiſcopus Piſanus qui fecerat ſibi præſtari Iuramentum fidelitatis nomine ſuo, & Eccleſiæ Piſanæ à Marchione Maſſæ Iudice Calaritano pro illo Iudicatu, etiam ſi Iudicatus pertineret ad Romanam Eccleſiam, & propterea cum Archiepiſcopus Turritanus vti delegatus Papæ, non autem vti Ordinarius receperit illud Iuramentum hoc nihil concludit quoad Ius Metropoliticum.

Vndè ex his, & alijs deductis in deciſionibus in hac cauſa factis coram bo. mem. Motmanno, & coram me tàm ſuper maiori antiquitate Eccleſiæ Calaritanæ, quàm ſuper denegatione examinis in Curia faciendi, cenſuerunt Domini, ponderatis hinc inde per quatuor vices deductis, Sedem Calaritanam eſſe Metropolim & antiquiorem.

NOMINA ARCHIEPISCOPORVM

Siue Primatum Sanctæ Eccleſiæ Metropolitanæ, & Primatialis Calaritanæ, ex monumentis eiuſdem Eccleſię, epiſtolis Pontificum, Concilijs, diuerſis Autoribus, & Regiſtro Romanæ Curiæ collecta.

Anno Dñi.

46 Sanctus Clemens I. Diſcipulus Chriſti, poſtea Pontifex Romanus, & Martyr. *Ex traditione Eccleſiæ Calaritanæ, Petro Suberto, & alijs autoribus.*

Sanctus Bonifacius Martyr Diſcipulus Chriſti. *Ex monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Auendrax Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Bonifacius Martyr, ſecundus huius nominis. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Iuſtus Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Florus Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Reſtutus Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Bonus Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Viuianus Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Linus Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Seuerinus Martyr. *Ex monumentis antiquis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Rudis Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Eutimius Matty. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

Sanctus Gregorius Martyr. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

303 Sanctus Iuuenalis. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ, & Fara, Arca, & alijs autoribus.*

314 Quintianus, ſeu Quintius, qui interfuit in primo Concilio Arelaten. *Ex primo tom. Conciliorum.*

323 Protogenes, qui interfuit primo Concilio Niceno, & ibi reperitur ſubſcriptus, per errorem *Sardicenſis ex Dacia* de quo videantur dicta à nobis cap. 17. huius 2. lib.

350 Sanctus Lucifer. *Ex epiſt. Liberij D. Athanaſij. Ex concilio Alexandrino, & alijs.*

493 Brumaſius. *Ex vita S. Fulgentij, ſcripta ab eius diſcipulo, Fara, Serpi, & alijs.*

500 Lucifer ſecundus huius nominis. *Ex Codice Sanctæ Mariæ Laudencis relato à Sirmondo in indice Epiſcoporum.*

530 Securus. *Ex monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

590 Ianuarius. *Ex varijs epiſtolis D. Gregorij Magni.*

604 Venereus. *Ex D. Gregorio in epiſt. relata ab Iuone Epiſcopo Carnotenſe in 9. part. decret. cap. 38. & à Graciano in cap. fraternitatis 35. quæſt. 10.*

650 Deuſdedit. *Ex Concilio Lateranenſi primo ſub Martino I. in 1. 2. 3. 4. & 5. conſultatione.*

652 Iuſtinus. *Ex eodem Concilio Lateranenſi primo in fine.*

681 Citonatus. *Ex ſexta Synodo Conſtantinopolitana ſub Agatone Papa.*

787 Thomas, cuius legatus Epifanius adfuit in ſeptima Synodo generali. *Ex actis eiuſdē Synodi.* Duobus ſequentibus ſæculis cum dimidio, nulla reperitur expreſſa mentio Archiepiſcoporum, quia Inſula, Sarracenorum incurſibus, & Dominio oppreſſa, omnia Sacra

craſædata, & diræ ruinæ expoſita fuerunt. Illis poſtea à Piſanis, & Genuenſibus, expulſis, fuerunt Archiepiſcopi ſequentes.

1080 Iacobus. *Ex epiſtola Gregorij VII. ad Orzocum Iudicem Calaritanum, ſcripta anno 1080. indic. 3. & ex alia Victoris III. ſcripta ad ipſum, & reliquos præſules Sardiniæ. Benauenti 4. Kal. Septembis 1807.*

1090 Sanctus Benedictus Monachus Benedictinus prius Abbas Caſſinenſis ab Vrbano II. Archiepiſcopus Calaritanus creatus. *Ex Arnaldo Vione. par. 2. lib. 3. pag. 53. & tomo primo lib. 2. pag. 354. & Petro Diacono de Sanctis montis Caſſini cap. 36. & lib. 4. hiſtor. Caſſinen. cap. 7.*

1132 Petrus. *Ex litteris pallij, & ſpolijs ab Honorio II. conceſſis, & in Archiuo Eccleſiæ Calaritanæ reconditis.*

1196 N. relatus *ab Innocentio III. in quadam* epiſtola, quæ habetur tom. primo decretalium atque aliarum epiſtolarum fol. 154. pag. 2. impreſſ, Rom. apud F. Priſcian. Florentinum. 1543.

1207 Ricus. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1220 Epiſcopus Vſellen. N. fuit electus, & nominatus Archiepiſcopus Calaritanus. *In Epiſtola Honorij III. relalata in c. & ſi vnanimiter de poſtulatio. prælatorum.*

1239 Leonardus. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1296 Iacobus de Abbate. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1322 Gundiſaluus. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1350 Petrus. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1352 Frater Ioannes ab Aragonia. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1386 Bernardus. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1409 Antonius. *Ex antiquis monumentis Eccleſiæ Calaritanæ.*

1413 Petrus Epiſcopus Vſſellen. fuit traſlatus, & nominatus

Archiepiſcopus Calaritanus à Petro de Luna dicto Benedicto X I I I. *Ex antiquis monumentis Curiæ Calaritanæ.*

1423 Ioannes Fabri Ordinis Carmelitarum, creatus à Martino V. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1439 Matthæus Decanus Eccleſiæ Calaritanæ, creatus ab *Eugenio IIII. Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1461 Franciſcus Epiſcopus Segouien. creatus à Pio II. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1467 Lodouicus Canonicus Iacenſis, creatus à Paulo I I. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1471 Lodouicus Archiepiſcopus Nicoſiæ, traſlatus, & creatus à Sixto IIII. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1461 Gabriel Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ de Verola Tiraſonen. Dioceſis, creatus ab eodem Sixto I I I I. per tranſlationem Lodouici ad aliam Eccleſiam. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1483 Petrus Pilares Epiſcopus Dolien. creatus ab eodem Sixto IIII. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1513 Ioannes Vilanoua, creatus à Leone X. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1521 Hieronymus Vilanoua creatus ab eodem Leone X. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1535 Dominicus Paſtorellus creatus à Paulo I I I. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1548 Balthaſar de Heredia, creatus ab eodem Paulo I I I. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1558 Antonius Parragues de Caſtillejo, qui interfuit Concilio Tridentino creatus à Paulo IIII. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1573 Franciſcus Peres creatus à Gregorio X I I I. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1578 Gaſpar Vincencius Nouella creatus ab eodem Gregorio XIII. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1589

1589 Franciſcus del Vall, creatus à Sixſto V. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1597 Ildelfonſus Laſſo Sedeño creatus à Clemente VIII. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1605 Franciſcus de Eſquiuel creatus à Paulo V. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

1627 Frater Ambroſius Machin Regalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, eiuſdemque Magiſter Generalis, poſtea Epiſcopus Algueren. tandem traſlatus, & nominatus Archiepiſcopus Calaritanus à Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano VIII. nunc feliciter regnante. *Ex regiſtro Curiæ Apoſtolicæ.*

Circa prædictum Catalogum duo ſunt notanda. Primum plures alios, præter nominatos in eo, in antiquis ſæculis, fuiſſe Archiepiſcopos Calaritanos, quod ex ipſa temporum diſtantia inter aliquos manifeſte euincitur; ſed hoc iniuriç temporum, Gētilium, Vandalorum, & Saracenorum Vaſtationibus, nec non, & Archiuorum combuſtionibus tribuendum eſt, in quibus omnia fædata, diruta, combuſta, & plura ammiſſa; adeo vt mirū ſit hanc notitiam tot Archiepiſcoporum potuiſſe hauriri, nec mirum, nam in regiſtro Curiæ Apoſtolicæ, quod ſicut dignitate, & antiquitate, ita cuſtodia, & ſolicitudine omnibus alijs Vniuerſi Orbis, præſtat, ſolum reperiuntur Archiepiſcopi nominati in tribus vltimis ſæculis, de nominatis verò in anterioribus, nulla reperitur mentio, nec veſtigium.

Secundum, in Archiepiſcopis priorum ſæculorum determinate non aſſignari annum, nec poſſe ſeruari ordinem, in quo ad Sedem Eccleſiæ Calaritanæ fuerunt euecti, eique præfuerunt, ex deffectu antiquorum Codicum, marmorum, & inſcriptionum, in quibus

non

non reperitur annus expræſſus. Et hæc de Primatu Calaritano dicta ſint, quæ in Dei Glorioſi Auguſtiſſimæ Virginis, & Beatæ Ceciliæ Virginis, & Martyris, noſtræ Calaritanæ Primatialis Eccleſiæ tutelaris, & Patronæ; nec non, & aliorum Sanctorum Calaritanorum Præſulum laudem, cedant.

F I N I S.

INDEX

INDEX HVIVS
SECVNDI LIBRI,
PRO CALARITANO PRIMATV.

Rerum omnium memorabilium, per ordinem Alphabeticum digeſtus, in quo primus numerus, paginam indicat, ſecundus verò, & alij ſequentes, numeros in ipſa pagina, vel illi proximè deſcriptos.

A

ACTVS Primatus Calaritani fuit, ius dixiſſe, & cauſas appellationum definiſſe in toto Sardiniæ Regno, qui actus eſt maxime proprius Patriarchæ, & Primatis. 117. num. 9.

Actus Iuriſdictionis Primatialis Calaritani fuit dare Iudices in tota Sardiniæ Prouintia. 113. nu. 7.

Actus Iuriſdictionis Primatialis Calaritani fuit congregaſſe Concilia Nationalia in Sardinia Regno. 105. num. 1.

Actus Iuriſdictionis exercita Archiepiſcopi Calaritani, tanquam Primatis, fuit ordinare omnes Eccleſias Sardiniæ, & in illis Epiſcopos creare, & ordinare. 100. num. 1.

Actus Iuriſdictionis exercita à Calaritano, tãquã Primate fuit, nõ potuiſſe Epiſcopos egredi ab Inſula Sardiniæ, & ad vltramarina tranſmeare ſine formatis, & licentia Archiepiſcopi Calaritani. 103. num. 1.

Actus ſingularis delegatus Sedis Apoſtolicæ nihil conducit ad probationem Primatus, vt potè Epiſcopis, imò, & ſolis Presbyteris committi ſolitus à Sede Apoſtolica. 177. num. 1.

Adrianus Pontifex Summus Claues confeſſiones Sancti Petri, & vexillum Romæ, direxit Carolo Magno. 182. nu. 2.

Adrianus Papa Iudices Romanos ad triginta milliaria, vt Carolum exciperent, præmiſit cum Bandora, ſeu vexillis. ibidem.

Alfonſus Primogenitus Iacobi Aragoniæ Regis, ingenti cum Claſſe Sardiniam appulit, Piſaniſque depulſis, totam Inſulam breui ſubegit. 164. num. 2.

Alepuſius Turritanus Archiepiſcopus deſtitit à vana Confalonis prætenſione, vigore Regij decreti, & ſententiæ, &c. 189. n. 11.

Alexander Papa VI. vocat Calaritanum Archiepiſcopum Primatem Sardiniæ, & Corſicæ. 52. num. 4.

Alexandrina præfectura ab Auguſto munificentiſſimè fuit exornata. 10. nu. 4.

Amphiteatrum, & Capitoliũ Calaritanum adhuc apparet in ruinis. 20. num. 3.

Angelus Archiepiſcopus Turritanus habuit locum in Concilio Lateranenſi celebrato anno 1521. inter aſſiſtẽtes Pontificis propter officium perſonale, quia erat aſſiſtens Pontificis, non verò, vt Archiepiſcopus Turritanus. 172. num. 7.

Anaſtaſius Monachus, nomine totius Eccleſiæ periclitantis, ſcripſit ad Monachos Calaritanos (quos Sanctiſſimos viros appellat) vt Eccleſiæ, ſua ſcientia, Sanctitate, & auctoritate opitullarentur. 117. nu. 8.

Anteceſſor Turritani atteſtatus fuit in vna ſchedula ſupplicationis, tempore Pauli V. quod nemo Archiepiſcoporum Sardiniæ fuit adhuc deſignatus Primas, igitur ex confeſſione ipſius non eſt Primas. 140. n. 2.

Antiochena Eccleſia fuit totius Orbis Metropolis. 10. nu. 4.

Antiquitas Sedis Calaritanæ ſumitur à

Beato

Beato Clemente Chriſti Domini diſcipulo 205. num. 2.

Antiſtes Acrida non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus factus fuit. 12. §. vnico nu. 4.

Antiſtites. 227. interfuerunt in Concilio Trullano, & in ſubſcriptionibus eorum reperitur deſtinatus locus. 96. nu. 1.

Don Antonius Paragues de Caſtillexo Archiepiſcopus Calaritanus in varijs inſtrumentis fuit nũcupatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 64. nu. 12.

Appellationes Regni Sardiniæ Archiepiſcopo Calaritano, tamquàm Primati ſemper delatæ fuere. 118. nu. 2. 3. 4.

Arbor Abbatis Ioachimi, quam affert Turritanus contra Calaritanum, eſt potiùs in fauorem Calaritani. 311. nu. 15.

Arborenſis Epiſcopus, neque in Florentino ſub Eugenio IIII. neque in Lateranẽſi ſub Leone X. interfuit. 99. nu. 12.

Arborenſis nullo modo ſibi arrogat, neque arrogare poteſt, vt Turritanum, & Ampurienſem habuerit Epiſcopos Suffraganeos. 104. num. 2.

Arborenſis (cuius diocœſis in medio Inſulæ ſita eſt) fuit ſuffraganeus Calaritani, & fortaſſe vnus ex illis Epiſcopis nominatis in Epiſtola D. Gregorij Papæ. ibidem.

Arborenſis ſine fundamento titulum Primatis, ſibi arrogare præſumit. 53. n. 5.

Archiepiſcopus vocabulo græco dicitur, quod ſit Summus Epiſcoporum. 13. §. vnico num. 6.

Archiepiſcopus Calaritanus ab exordio primitiuæ Eccleſiæ fuit Metropolitanus. 47. §. 1. num. 8.

Archiepiſcopus Calaritanus per antonomaſiam nuncupatur Epiſcopus Sardiniæ. 55. num. 1.

Archiepiſcopus Calaritanus fuit nuncupatus Epiſcopus Sardinienſis in Concilio Trullano. 55. nu. 1.

Archiepiſcopus Calaritanus à Sereniſſimis Hiſpaniæ Regibus in ſuo Regno ſolus admititur, tamquam Primas, excluſo Turtano, & Arboren. 65. nu. 1.

Archiepiſcopus Calaritanus in Concilio Niceno primo celebrato ſub Silueſtro anno. 325. Locum habuit inter Patriarchas, & Primates. 79. nu. 1.

Archiepiſcopus Calaritanus fuit ſemper nũcupatus, & nominatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 118. num. 4.

Archiepiſcopus Calaritanus, tempore, quo inijt Põtificatum D. Gregorius Papa fuit appellatus ab ipſo, Epiſcopus Sardiniæ. 121. num. 7.

Archiepiſcopus Calaritanus inuiolabili tenore omnium ſæculorum conſtat ſe fuiſſe nuncupatum Primatem, ſiue obiſſe munia Primatis. 120. nu. 7.

Archiepiſcopus Calaritanus in Niceno primo ponitur cum præcedentia ad Primatẽ Carthaginenſem, & vocatus eſt per antonomaſiam, Epiſcopus Sardiniæ. 121. nu. 7.

Archiepiſcopus Calaritanus in Cõcilio Alexandrino habuit legatos, quod erat proprium Primatis, & fuit nũcupatus Epiſcopus Sardiniæ. 121. nu. 7.

Archiepiſcopus Calaritanus in Cõcilio Trullano habuit locũ ſubſcriptionis inter Primates, illi aſſignatum cum præcedentia aliorum Primatum. 121. num. 8.

Archiepiſcopus Calaritanus præeſt in Eſtamẽto Eccleſiaſtico in comitijs Regni, quod habet vim Concilij Nationalis, vbi, tamquàm Primas ius dicit. 123. nu. 12.

Archiepiſcopus Calaritanus ſemper in Concilijs generalibus nuncupatus eſt antonomaſticè Epiſcopus Sardiniæ, quod idem eſt, ac Primas, ſiuè Patriarcha Calaritanus. ibidem.

Archiepiſcopus Calaritanus, ſicut Procurator Capitoli Calaritani in Comitijs generalibus præcedit Procuratores Turritani, & Arborenſis propter maiorem dignitatem Primatialem Eccleſiæ, & Capituli Calaritani. 108. nu. 1.

Archiepiſcopus Calaritanus in omnibus actibus comitiorum, ſemper vtitur titulo Primatis, quoa nullus aliorum Epiſcoporum præſtat. 108. nu. 3.

Archiepiſcopus Calaritanus in Comitijs Regni, vt Primas ius dicit, & exercet actũ Iuriſdictionis pertinentem ad Primatem, vtpote concernentem totam Prouintiam, & Regnum Sardiniæ. 108. nu. 3.

Archiepiſcopus Calaritanus præſidet, & habet primam vocem, & locum in Eſtamento Eccleſiaſtico, non ſolum, vt Archiepiſcopus Eccleſiæ antiquioris, & dignioris, ſed etiam, vt Primas. 108. nu. 2.

Archiepiſcopus Calaritanus non promulgat illam cenſuram generalis Parlamẽti ratione ſolius terretorij, ſed ratione iuriſdictio-

ctionis amplioris Primatialis,quæ extenditur ad totum Regnum. 112. *nu.* 10.
Archiepiſcopus Calaritanus *habuit iuriſdictionem dandi Iudices in tota Sardiniæ Prouintia.* 113. *num.* 1.
*Archiepiſcopus Calaritanus habuit locum, & ſubſcripſit immediatè inter Primates Sardiniæ, & in Concilio Lateranenſi primo celebrato ſub Martino Primo.*92.*n.*1.
Archiepiſcopus Calaritanus *habuit principem locum in Concilio Lateranenſi, & Conſtantinopolitano* 94. *nu.* 1.
Archiepiſcopus Calaritanus *habuit principem locum inter Primates in Trullano Concilio celebrato ſub Iuſtiniano Imperatore,Conſtantini filio.* 96. *nu,* 1.
Archiepiſcopus Calaritanus *antiquitus ordinabat omnes Eccleſias Sardiniæ,& creabat Epiſcopos.* 100. *nu.* 1.
Archiepiſcopus Calaritanus *immemoriali traditione multorum ſæculorum nuncupat ſe vexillarium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & vtitur eius vexillo, vulgo dicto,* Canfalon. 183. *nu.* 4.
Archiepiſcopus Calaritanus *fuit in antiqua poſſeſſione vtendi* Canfalone, *nullusque alius Antiſtes Regni Sardiniæ, fuit vnquam viſus illo vti.* 188. *nu.* 8.
Archiepiſcopus Calaritanus *eſt Primas non ex ſpeciali aliquo priuilegio alicuius Pontificis, ſed per aſſiſtentiam iuris,poſſeſſione immemoriali nuncupationis Primatis, & exercitij iuriſdictionis aliquorum actuum.* 190. *num.* 1.
Archiepiſcopus primi gradus,& Primas,idē reipſa ſunt, & ſolo nomine differunt, ſic ſenſit Iuſtinianus Imperator. 201. *nu.* 10.
Archiepiſcopus Turritanus *incepit ſe nominare Archiepiſcopum (vt vult Arca) à die Conſecrationis Templi S. Gauini Martyris Turritani.*208. *nu.*9.
Archiepiſcopus Turritanus *de Lorca appellauit Primatē Sardiniæ Archiepiſcopum Piſanum, vt ſe eximeret à iuriſdictione Calaritani.* 159. *§.* 2. *nu.* 20.
Archiepiſcopus Turritanus, *& Arborenſis ante annum* 1000. *non fuerunt facti Metropolitæ,neq; Archiepiſcopi.*47. *§.*1. *n.*8.
Archiepiſcopus Turritanus, *& Arborenſis, Archiepiſcopalem dignitatem ſuis Vrbibus conſequti ſunt, quando Piſani Sardiniam in Iudices diuiſerunt. Ibidem.*
Archiepiſcopus Arborenſis *ſolùm poſt dictā nouam prætenſionem Turritani, prætendit quoque eſſe Primatem,quia non datur maior ratio, quare ille ſit Primas, & non ipſe.* 161. *§.* 2. *nu.* 26.
*Archiepiſcopus Piſanus prætēdit Primatum Sardiniæ, & Corſicæ ſibi fuiſſe conceſſum à Pontifice Romano, fundatque intentionem ſuam in Indultis Pontificis.*141 *n.*1.
Archiepiſcopus Sardiniæ *per antonomaſiam ſemper ſupponit pro* Calaritano 89. *n.*12.
Archiepiſcopus Medıolanenſis in Synodo Romana tertia ſub Simaco *Papa, & in Synodo Romana quarta ſub eodem Simaco præceſſit Rauennatem.* 92. *nu.* 2.
Archiepiſcopus Sebaſten, qui in prioribus ſubſcriptionibus ſubſcripſerat inter vltimos poſt 160. *in ſubſcriptionibus epiſtolæ occupat locum.*24.95. *nu.*2.
Archiepiſcopus Nicoſia Primas Cypri *ponitur inter Archiepiſcopos, qui adfuerunt tempore Pij IIII.* 100. *nu.* 12.
Archiepiſcopus Senonen. vnus ex Primatibus Galliæ ponitur inter Archiepiſcopos. Ibidem.
Archiepiſcopus ſine pallio miſſas dicere non præſumat. 24. *§.* 1. *nu.* 4.
Archiuium adminiſtrationis generalis in Vrbe Calaritana,*tamquam loco inſigniori,& tutiori,repoſitum eſt.* 18. *nu.* 5.
Arius Clemens,*familia Græcus fuit,* 33. *§.*4. *nu.* 18.
Arrogantia Imperatorum tunc erat,vt nulli cederent, & ſubſcriberent in Concilijs, etiam ante locum ſubſcriptionis Romani Pontificis. 95. *nu.*2.
Arthemidorus Epiſcopus nuncupatus Eccleſiæ Sardicenſis in Lidia, interfuit primo Niceno Concilio, Simul cum Protbogene Archiepiſcopo Calaritano. 8. *nu.* 2.
Aſperſio prima ſanguinis Martyrum prius fuit in Vrbe Calaritana,*in qua paſſi ſunt Aemilius, Lucianus, Priamus, & Fœlix, quorum corpora Calari ſunt inuenta, & fuiſſe Calaritanos,tradit* Cabilonēſis.207. *nu.*7.
D. Athanaſius vocat B. Luciferum Archiepiſcopum Calaritanū, *Metropolitanum Inſularum Sardiniæ, quod adiuncta aſſiſtentia iuris, idem eſt,ac Primas.* 57.*n.*1.
D. Athanaſius appellat Beatum Luciferum Epiſcopum Primariæ Vrbis Sardiniæ. Ibidem.
D. Auguſtinus in fine Epiſtolæ 167. *vocat*

Sampſuſitum Epiſcopum Turrenſis Eccleſiæ, quæ eſt in Africa in Prouintia Byzantena. 88. nu. 7.

Don Balthaſar de Heredia Archiepiſcopus Calaritanus fuit nūcupatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 64. nu. 12.

Baptiſmus, & porta Eccleſiæ patefacta fuit primo gentilibus à D. Petro, quando Cornelium Centurionem Baptizauit. 40. §. 7. num. 8.

Baptiſmus Eunuchij Reginæ Candacis fuit anterior Baptiſmo Cornelij Centurionis. Ibidem.

Barboſa maximæ auctoritatis auctor in ſuis Collect. expreſſe autumat Primatum Calaritanum Sardiniæ, & Corſicæ. 60. n. 13.

Baronius Menologium Græcorum habuit à Card. Sirleto ab ipſo latinitate donatum, velut ingētem theſaurum poſſediſſe refert. 39. §. 7. nu. 7.

Baronius anno 686. Citonatum vocat Archiepiſcopum Calaritanum. 46. §. 1. nu. 5.

Baronius vocat Eccleſiam Calaritanam Primariam Sardiniæ Inſulæ. 59. nu. 11.

Baſilica Conſtantiniana reperitur in Vrbe Calaris, D. Saturnino martyri ſacra. 20. num. 2.

Baſilica S. Saturnini, Sacra innumerabiliū martyrum ædes, & Sardiniæ Primaria, fuit commiſſa D. Auguſtini alumnis, ſicut commiſſa fuit illis Eccleſia Primatialis Orbis. 192. nu. 8.

Baſilica Lateranenſis nuncupata, à D. Cyrillo, Sacra martyrum ædes. Ibidem.

Baſilicæ non appellantur, niſi illæ, quas Conſtantinus Imperator ædificauit in Vrbibus maximis, & Capitibus Prouintiarū. 20. num. 2.

Bella immania fuerunt inter Genuenſes, & Piſanos propter ſuffraganeos Inſulæ Corſicæ. 167. §. 2. nu. 14.

Benedictus Archiepiſcopus Calaritanus vocatur ab Arnoldo Epiſcopus Sardorum, & Sardiniæ. 59. nu. 12.

Bonifacius VIII. deſignauit vexilliferum Eccleſiæ, Regem Aragonum. 183. nu. 3.

Bonifacius Epiſcopus, qui fuit ex Diſcipulis Chriſti Domini, Calari paſſus eſt. 207. nu. 7.

Bonorcadenſis Synodus negatur, neq; Codex huius Concilij fuit ſeruatus, & repertus in Curia, & Archiuio Vſellen. 170. nu. 4.

Bonorcadenſe Cōcilium, eſtò verum ſit fuiſſe celebratum, adhuc ille actus non aduerſaretur ſtatui antiquo Eccleſiæ Calaritanæ. 170. nu. 5.

Bracarenſis, qui Primatum Hiſpaniæ ſibi vendicat, ponitur inter Archiepiſcopos, qui adfuerunt tempore Pauli IIII. 100. num. 12.

Breuia Pij V. & Sixti V. committunt Calaritano, tamquam Primati Sardiniæ, & Corſicæ cauſas ſpoliorum Arboren. & Boſanen. in Arborenſi, & Turritanenſi Prouintijs. 131. nu. 3.

C

CAlaris Vrbs Ciuium Romanorum nuncupata, Vrbs Primaria, Metropolis; & caput totius Regni Sardiniæ, & Princeps Vrbium Sardiniæ dicta. 16. n. 2.

Calaris propugnaculum Inſulæ, Clariſſima Ciuitas, Nobiliſſima, fideliſſima, opulentiſſima, cæteris dignior, & ditior Sardiniæ Vrbibus. 17. num. 3.

Calaris emporium Sardiniæ, robur Regni, vnica clauis Sardiniæ à varijs autoribus nuncupata. 17. num. 3.

Calaris antiquiſſima Vrbium Sardiniæ, & Vrbs Vrbium Sardiniæ nūcupatur à Lucio Floro. 16. num. 1.

Calaris fuit ſemper ſupremum Tribunal, & prima Iudiciaria Poteſtas. 22. nu. 8.

Calaritanum eſſe in poſſeſſione Primatus, ex eo colligitur, quod fuerit reus in lite à Piſano mota, nec fuit illi ſublata per dictam litem, imò per litem fuit illi confirmata. 160. §. 2. nu. 25.

Calaritanus Primas Sardiniæ, habuit ius antiquum in Corſica, ex eo, quod eſſet cum Inſula Sardiniæ vnica Prouintia. 169. §. 3. nu. 18.

Calaritanus antiquitùs exercuit plures actus Primatiales, licet poſtea inualeſcentibus contra eum litibus, prius Piſani, deinde Turritani, ex parte turbata fuerit eius pacifica poſſeſſio. 204. nu. 10.

Calaritanus probat antiquitatem ſuæ Sedis à B. Clemente, qui anno 46. à Natiuitate Domini fuit primus Epiſcopus Calaritanus. 208. nu. 9.

Calaritanus interfuit Cōc. Tridentino, licet nō reperiatur ſubſcriptus inter Primates, ſed ſolum inter Archiepiſcopos, hoc non tollit, quod non fuerit Primas Sardiniæ, & Cor-

& Corſicæ. 99. num: 12.

Calaritanus habuit iuriſdictionem (vt conſtat ex epiſtola Sācti Pontificis Gregorij) ordinandi Epiſcopum Eccleſiæ Pauſaniæ. 101. nu. 3.

Calaritanus in tota Inſula iuriſdictionem exercebat ab extremo capite Calaritano, vſque ad aliud extremum, nempe Ampurienſem, & Turritanum. 104. nu. 2.

Calaritanus cognouit de maioribus, & grauioribus negotijs Eccleſiarum totius Regni Sardiniæ. 114. nu. 1.

Calaritanus ante Concilium Carthaginenſe tertium, habuit veras notas Primatis, in varijs Concilijs ſedebat inter Primates, & nomine Epiſcopi Sardiniæ per antonomaſiam decorabatur. 127. nu. 9.

Calaritanus fuit ſemper nuncupatus à Summis Pontificibus, Calixto III. Alexandro VI. & alijs, Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 131. nu. 3.

Canonizatio Sanctorum, præcipuè Martyrum fiebat ab Epiſcopis in ſuis Eccleſijs, poteſtate ad id delegata à Sede Apoſtolica, quā hoc ſibi reſeruauit à 400. hinc fermè annis. 48. §. 1. nu. 12.

Cardinales auo antiquo non erant conſtituti in tanta amplitudine, & eminentia dignitatis, ſicut à quingentis ab hinc annis vt notauit Bellar. 137. nu. 17.

Cardinalis S. R. E. inuerſimile eſt, quod ſit miſſus ad petitionem Iudicis Turritani ad Canonizandum Turribus in Sardinia Sanctos Martyres Gauinum, Protum, & Ianuarium, neque ad Conſecrandū Templum. 48. §. 1. nu. 12.

Cardinalis S. R. E. non fuit Ioannes Epiſcopus Squillatinus. 137. nu. 16.

Cathalogus Epiſcoporum diuidens omnem Africam in Prouintias, Sardiniam vnam tantùm Prouintiam deſignauit. 49. §. 2. num. 16.

Cathalogus antiſtitum Turritanorum excuſus fuit Saſſari à moderno Archiepiſcopo poſt cōſtitutiones Synodales anno 1625. 206. nu. 2.

Cathalogus iſte Saſſaritanorum, nullum citat Auctorem, nec traditionem, & falſum eſt à Bibliotheca Vaticana, ilium Romæ fuiſſe extractum. Ibidem.

Cathalogus modernus, falſus, & ſuppoſitus, in quo numerantur omnes Epiſcopi moderni, vſque ad præſentem Don Didacum de Paſſamar, non fuit inuentus in Vaticano, in quo vltimi non potuerunt inueniri. 90. nu. 14.

Cathalogus Prælatorum inuenitur in Concilio Vienneſi celebrato ſub Clemente V. & in eo Calaritanus poſt Piſanum, Turritanus poſt Arboren. 99. nu. 11.

Cathedra Calaritana antiquior alijs Sardiniæ. 23. nu. 1.

Cenſura promulgata à Calaritano cum titulo Primatis Sardiniæ, & Corſicæ, in præſentia Regiæ Maieſtatis, ſiue locum eius tenentis, omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum totius Regni. 108.

Cenſura, quam promulgat Calaritanus in die ſolij, ſe extendit ad totum Regnum, etiam ad non ſibi ſubditos extra ſuum territorium. 112. nu. 10.

Cenſura in comitijs generalibus ſemper promulgatur à Calaritano, & ſede illa vacante promulgatur à Vicario ſedis vacātis. 113. num. 10.

Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus ſubſcripſit, vt Primas, & Metropolita pro ſe, & pro Synodo, quæ ſub illo erat, & ordinauit Eccleſiam Turritanam, teſte Baronio. 90. nu. 12.

Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus occupat octauum locum in ordine, poſt quatuor Patriarchas maiores, & tres minores Macedoniæ, Ponti, & Cypri. 94. nu. 1.

Citonatus cum immediata præcedentia ad Rauennatem, ad quinque Legatos Concilij Romani, & ad Primates Epheſi, & Tratiæ, & alios, obtinet octauum locum. ibidem.

Citonatus interfuit Concilio Trullano cum alijs Primatibus, quibus cum ſolo nomine paronimo ſuarum Eccleſiarū deſignatus fuit propius locus, eorū ſubſcriptionibus. 96. nu. 1.

Ciuitas Caſtri Calaris eſt principale membrum, robur, & firmamentum Regni noſtri Sardiniæ affirmat Idelfonſus II. in quodam Priuilegio dato Valentiæ 4. Nouembris. 1427. 19. nu. 8.

Ciuitas Cornu fuit nuncupata caput belli, ſiue regionis rebellatæ. 19. nu. 10.

Ciuitates, aliæ dicebantur maxima, aliæ maiores, aliæ minores. 6. num. 1.

Ciuitates maximæ, Metropoles propiè ſunt dictæ. 6. nu. 2.

Clauſula finalis reperitur eadem in illis Indultis ad Piſanum, & eiſdem verbis formalibus compoſita, qua minatur pœnas his, qui ſcienter contra indulta temerè venire tentauerint. 155. *nu.* 10.

Clauſulæ non reperiuntur in illis Indultis ad Piſanum Archiepiſcopum, motu proprio, certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus 155. *nu.* 10.

B.Clemens fuit primus Archiepiſcopus Calaritanus, *& qui primam ſedem Epiſcopalem fixit in Sardinia.* 24. *nu.* 5.

*B.*Clemens fuit Romanus Pontifex, *& martyr, vnus ex* 72. *diſcipulis Chriſti Domini.* 24. *nu.* 5.

B.*Clemens tantæ æſtimationis fuit in Eccleſia, vt quidam dicerent epiſtolam ad Hebræos eſſe ipſius, & prærogatiua quadam Apoſtoli nomen obtinuit.* 28. & §. 1. *n.* 4.

B. Clemens ſcripſit ad Corinthios. 28. *nu.* 5.

*B.*Clemens in Orientali, *& Occidentali plaga laborauit, vna cum D. Petro Apoſtolo Orbem peragrauit, Chriſtum prædicauit, & ordinatus eſt Epiſcopus à D.Petro.* 42. *§.* 6. *nu.* 13.

B.*Clemens D.Petri Apoſtoli aſſecla, in Sardinia Iudeis maximè profuit.* 36. *§.* 6. *n.* 23.

B. C*lemens factus eſt Epiſcopus Sardorum, ex menologio græcorum, Bibliothecæ, & interpretatione Cardinalis Syrleti habetur.*

B.*Clemens fuit Chriſti Domini auditor, primogenitus gentium in Chriſto, ante Cornelium.* 33. *§* 4. *nu.* 18.

B. Clemens *ſinagogã Hebraicam ad Chriſtum adducere ſtatuit, dedit operam, vt in* Sardinia *Religio* Chriſtiana *inciperet, & conſtabiliretur.* 35. *§.* 6. *nu.* 22.

Clemens *Pontifex diſtinctus à* Conſule. 33. *§.* 4. *nu.* 18.

Clemens *Conſul, Epiſcopus Metenſis factus, mortem obijt Metis.* 35. *§.* 6. *nu.* 22.

Clemens Epiſcopus Sardeon Lidiæ, *& poſtea* Epiſcopus Sardiniæ. 31. *§.* 4. *nu.* 11.

Codex, *quem afferunt* Saſſaritani *Sardoa lingua dictus Fundague, nullius eſt auctoritatis.* 47. *§.* 1. *nu.* 9.

Coloniæ *Romanorum fuit fundata Vſellis* in Sardinia, *quæ fuit tertij ordinis, & forte quarti.* 21. *nu.* 4.

Confalonẽ, *ſeu vexillum Sãctæ Romanæ Eccleſiæ collatum Archiepiſcopo* Calaritano *à Sereniſſimis Aragoniæ Regibus conſtãs traditio eſt.* 183. *nu.* 5.

Confalon *non eſt ſignum Primatis, nec Primatialis Eccleſiæ, immo nec Baſilicæ, quæ ſit caput Eccleſiarum Regni.* 180. *nu.* 2.

Confanones, *ſeu* Gonfalones *vocant vexilla, ſeu picta linteamina ex haſtis depẽdentia, & in ſupplicationibus deferri ſolita.* 182. *num.* 1.

Conceſſio *ſuffraganeorum Piſani fuit vſu recepta, tempore quo Piſana Reſpublica dominabatur* Sardiniæ *Regnum.* 168. *§.* 2. *num.* 16.

Conditio *tacita ſemper ſubintelligitur in Pontificis conceſſionibus, ſcilicet, ſi non fuerint in præiudicium tertij.* 157. *§.* 1. *nu.* 17.

Concilia *Romana celebrata ſub Silueſtro fuerunt tria, non aſſignat P.Pintus, in quo interfuit* Gaudentius. 87. *nu.* 6.

Concilium *Arelatenſe primum ſub S.Silueſtro I. &* Conſtantino *Magno, celebratum fuit anno* 314. 24. *nu.* 2.

Concilium Sardicenſe *celebratum in Vrbe Sardica, ſed Prothogenes non fuit Epiſcopus illius Sardicæ, ſed Sardiniæ.* 80. *nu.* 3

Concilium Sardicenſe, *nuncupabatur Serdicenſe, licet corrupto vocabulo, & impreſſorum incuria vocetur Sardicenſe.* 81. *num.* 5.

Concilium Carthaginenſe *primum fuit celebratum ſub* Cornelio *Papa anno.* 254. 87. *nu.* 5.

Concilium *Romanũ, ſolum fuit celebratum anno* 313. *ſub Melchiade.* 87. *num.* 5.

Concilium *tertium Romanum inceptum, & abſolutũ à Beato Silueſtro, qui ſuperuixit poſt illud* 10. *annis.* 87 *nu.* 6.

Concilium *celebratum ſine auctoritate Pontificis non eſt legitimum, appoſita notæ ſubſcriptionis dat illi robur.* 98. *nu* 7.

Concilium *Trullanum, eſtò non fuerit approbatum à Sede Apoſtolica, fuit celebratum.* 97. *nu.* 6.

Concluſiones *Turritano dicatæ, in quibus, ei deferebatur titulus Primatis, collectæ, & ſequeſtratæ à Regijs miniſtris huius Regni.* 65. *nu.* 2.

Conſtantinus *Imperator ædificauit Baſilicas in vrbibus maximis, & capitibus Prouintiarum,* Calari, *tamquam in vrbe maxima ædificauit Baſilicam S. Saturnini.* 20. *nu.* 2.

Conſtantinus *Magnus Imperator Baſilicã*

Sancti

S. Saturnini Regia magnificentia extruxit, hæc fuit tunc Templum, & Eccleſia magna Calaritana *propter ſuam magnitudinem, & magnificentiam.* 192. *nu.* 7.

Conſtantinus Imperator humilitate, & modeſtia vltimus Patrum ſubſcripſit in illa Seſſione Conſtantinopolitana. 95. *nu.* 2.

Conſtantinus vetlica Eccleſiæ Antiſtes, eo quod euo honoris primus dicebatur, appelletur primas, ideſt Epiſcoporum Prouintiæ antiquior. 119. *nu.* 3.

Conſul primus Vrbis Calaritanæ, *& eius* Sindicus *præſident reliquis omnibus aliarum* Ciuitatum *Regni.* 20. *nu.* 1.

Conſules, & Prætores Romani, totius Sar*diniæ Inſulæ, clauum tenebant.* 21. *nu.* 1.

Chronicon *Alexandrinum ponit* 37. *loco diſcipulorum* Chriſti B. Clementem. 38. *§.* 7. *nu.* 5.

Cornelius Centurio *fuit, primus, qui à gentibus admiſſus eſt ad gratiam Euangelij.* 28. *§.* 2. *nu.* 6.

Corſica Inſula à Romanis vna Prouintia cum Sardinia effecta. 58. *nu.* 5.

Corſica vno Sardiniæ nomine fuit inſignita. 169. *§.* 3. *nu.* 17.

D

DElegatio *data Arelatenſi ſuper omnes Prouintias Galliæ, cum vti primas ſolis ſuis præſidebat Prouintijs.* 174. *nu.* 1.

Delegatio data Toletano, quæ extendebatur, vſque ad Narbonenſem Prouintiam, quæ eſt Galliæ. Primatus autem Toletanus ſolùm in Hiſpaniam extenditur, quæ ſola, & non Gallia eſt eius Prouintia. 175. *n.* 1.

Delegatio fuit conceſſa Anſegiſo Senonenſi *Archiepiſcopo in Germanias, cum eius iuriſdictio Primatialis inter limites ſuæ Prouintiæ, in Gallia terminetur.* 175. *n.* 1.

Delegatiò erat ſpecialis fauor, & gratia, ſicut, & collatio palij, qui antiquitus non habebat connexionem cum dignitate Archiepiſcopali, nec Primatiali, ſed dabatur pro libito Summorum Pontificum. 178. *num.* 4.

Delegationes Apoſtolicæ datæ intuitu Primatiæ, corroborant ius Primatiale. 131. *num.* 3.

Delegatus Ioannes Epiſcopus Squillatinus fuit miſſus à Sancto Pontifice Gregorio ad vtramque Vrbem, Turritanam Italiæ, & Thauriatinen, ſiuè Thaurianam. 135. *num.* 10.

Deuſdedit, qui fuit Archiepiſcopus Calaritanus, *Epiſcopus* Sardiniæ *fuit nuncupatus.* 55. *num.* 1.

Deuſdedit Archiepiſcopus Calaritanus *in* Concilio *Lateranenſi primo præceſſit Rauennatem, qui erat vnus ex Primatibus Italiæ.* 92. *nu.* 2.

Deuſdedit Archiepiſcopus Calaritanus *in* Concilio *Lateranenſi ſubſcripſit inter Primates, ſecundus à Romano Pontifice.* 121. *num.* 8.

Dictum Redeolines in illo Cathalogo *non probat, quia eſt patria* Saſſaritanus, *& Notarius* Curiæ *Turritanæ, atque adeo pars.* 86. *nu.* 2.

Dignitas Primatialis Piſani, fuit illi collata à Sede Apoſtolica intuitu dominij temporalis, & obſequiorum, quibus Piſana Reſpublica fuit tàm de Sede Apoſtolica, quàm de Chriſtiana Religione benemerita. 167. *§.* 2. *num.* 13.

Dignitas Metropolitica requirit habuiſſe ſuffraganeos, vel aptitudine habere, vt de multis Eccleſijs Metropolitanis conſtat. 172. *nu.* 6.

Dignitas Primatis fuit inſtituta in ſingulis Prouintijs, ne cogerentur ſubditi longius adire, vt illis ius diceretur. 129. *nu.* 5.

Dignitas Primatis viguit, tam in Orientali plaga, quàm in Occidentali. 8. *nu.* 7.

Diſcrimen aduertendum, inter Vrbes Sar*dicam,* Sardicenſem, *vel potius* Serdicenſem, *&* Sardinienſem. 80. *nu.* 3.

Diſcrimen maximè notandum, inter Turrenſem Eccleſiam, & Turritanam; Turrenſis pertinet ad Africam; Turritana eſt duplex Altera pertinet ad Italiam, alia Turritana ſpectat ad Sardiniam. 88. *nu.* 7. *&* 135. *nu.* 10.

Diſtributiones expenduntur ex Menſa Archiepiſcopali Calaritana *in feſto S. Clementis, eo quod fuit primus Archiepiſcopus* Calaritanus. 25. *nu.* 4.

Doctores non aſſerunt Piſanum exercuiſſe actus Primatialis dignitatis, nec vidiſſe Indulta Piſani, quæ non reperiuntur impreſſa, niſi in Viuiano; nec fuerunt inſtructi de iuribus Calaritani, *ſed obiter dixerunt, Piſanum eſſe Primatem, quia ſic inuenerunt.* 162. *§.* 3. *nu.* 32.

Doctores non pauci nõ explicant, cuius Prouintiæ

*uintiæ ſit Primas Piſanus Archiepiſcopus.*162.§.3.nu.32.

D*ominium habet naturam perpetuam, & uniformem.*132.nu.4.

*Dominium temporale Sardiniæ fuit conceſſum Sereniſſimo Aragonum Regi à Bonifacio VIII. & ablatum Piſano.*167.§.2. num.14.

*Dominium præteriti tẽporis probatur ſola fama populi, & qui probat hac fama dominium præteriti temporis, præſumitur etiam nunc dominus.*132.nu.4.

*Donatio Piſano à Turritano,facta fuit tempore Villani Archiepiſcopi Piſani.*159.§. num.21.

*Donatio Turritani quorundam iurium, & redituum Hoſpitali Piſano, recognoſcentis Primatem,ſuum Archiepiſcopum, vt eximeret ſe Turritanus à Calaritano; conſtat ex Viuiano, & actibus productis in hac lite à Piſano.*138.nu.22.

*Donatiſta Epiſcopus cæteris ſede antiquior, ipſe ſibi Primatũ veluti iure veteri vendicabat, quod nullo modo fieri S. Gregorius Papa ordinauit.*125.nu.4.

E

E*Cclesia Sardicenſis eſt in Lidia, cuius Epiſcopus vocatus Artemidorus interfuit Concilio Niceno ſimul cum Prothogene Epiſcopo Sardiniæ.*80.nu.2.

*Eccleſia Alexandrina, & Antiochena Apoſtolicæ ſedes dicebantur.*6.nu.2.

*Eccleſia Cæſarienſis totius Paleſtinæ Principatum habuit.*10.num.4.

Eccleſia Calaritana ſingulis annis ſolemniter colit feſtum S. Clementis cum proceſſione generali,miſſa ſolẽni,& cõcione,&c. 24.nu.4.

*Eccleſia Calaritana fuit Prima Sedes Epiſcopalis Sardiniæ non ſolum dignitate Vrbis Metropolis, ſed etiam antiquitate, & inſtitutione.*25.nu.6.

*Eccleſia Calaritana vocatur à D. Athanaſio Eccleſia Eccleſiarum Regni Sardiniæ, ſicut Calaris à Lucio Floro Vrbs Vrbium Sardiniæ.*58.nu.3.

*Eccleſia Calaritana eſt antiquior in tota Sardinia, in qua prima Sedes Epiſcopalis inſtituta eſt à B. Clemente.*191.nu.5.

*Eccleſia Calaritana ſemper inuariabiliter permanſit in eodem loco, vbi nunc ſita eſt Vrbs Calaritana, & nunquam fuit funditus euerſa, ſicuti reliqua Vrbes Sardiniæ, non obſtante, quod contrarium autumat Franciſcus Fara Saſſaritanus.*191. num.5.

*Eccleſia Turritana,quam B. Gregorius ſupponit in epiſt.*38.*lib.*2.*fuiſſe vacantem non erat Turritana Sardiniæ, ſed Turritana Italiæ in ea parte Calabriæ, iuxta Prouintiam ab antiquis dictam Magnam Græciam,propè Apuliam in Brutijs.*135. num.10.

*Eccleſia Turritana Italiæ,ſiuè Thauriatinẽ. vergit ad Orientalem plagam, Turritana Sardiniæ ad Occidentalem.*136.nu.10.

*Eccleſia Turritana Sardiniæ, tunc ſi vacaſſet, monuiſſet D. Gregorius Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, vt Metropolitanum, & Primatem, vt eam ordinaret, ſicut in ſimili ordinatione Pontificis, ordinauit Eccleſiam Pauſaniæ.*136.n.12.

*Epiſcopi mare non exeant, niſi cum decreto primæ Sedis, eius Prouintiæ Epiſcopi, ideſt Primatis.*105.nu.4.

*Epiſcopi Primates vocãtur illi, qui primas tenent Ciuitates.*11.nu.5.

Epiſcopi Corſicæ, cum non haberent Metropolitanum, vel Archiepiſcopum in Corſica, ad quem recurrerent, recurrebant ad Metropolitanũ, & Primatem Sardiniæ. 169.§.3.nu.17.

Epiſcopus primus Calaritanus incepit anno 46. *à natiuitate Domini, ſecundus ab inſtitutione Cathedræ D Petri Apoſtoli Romæ, quarto Imperij Claudij.* 24.nu.4.

*Epiſcopus Sardiniæ, genetiuus Sardiniæ, ſuppoſita aſſiſtentia iuris, & ex natura ſua importat poſſeſſionem.*56.nu.2.

*Epiſcopus Primariæ Vrbis, & Primas, non dicuntur ad conuertentiam.*57.nu.2.

*Epiſcopus Sardicenſis non datur in Prouintia Datiæ, nunc dicta Tranſiluania, nec in Indice Prouintiali Eccleſiarũ totius Orbis.*80.nu.2.

Epiſcopus nullus reperitur in Sardica Tratia, neque in libro Cancellariæ Apoſtolicæ. 81.nu.4.

Epiſcopus Sardiniæ Antonomaſticè intelligitur Calaritanus. 84.nu.14.

Epiſcopus Turrenſis Africæ, diuerſus eſt omninò à Turritano Sardiniæ. 88.nu.7.

Epiſcopus conſecrationis æuo antiquior Primatum adſpiſcebatur, in illis quatuor

Africa Prouintijs. 191. *num.* 4.
Epiſcopus Pauſaniæ antiquitùs fuit ſuffraganeus Calaritani, à quo, ſcilicet à Ianuario fuit Epiſcopus in illa Eccleſia ordinatus. 210. *nu.* 11.
Epiſcopus Turritanus erat Calaritani Metropolitæ ſuffraganeus, 48. *§.* 1. *nu.* 14.
Epiſcopus ſatis eſt ad conſecrationem Templi cum hæc functio ſit propia ipſius. 48. *§.* 1. *num.* 11.
Epiſcopum Turritanũ à die illius conſecrationis, Archiepiſcopi ſumpſiſſe nomen elaturam refert Fundague, nemo è fictus Codex fundationis ſua Eccleſia S. Gauini, 45. *§.* 1. *nu.* 4.
Epiſtola Regia reperitur, qua mãdatur Turritano, & alijs, vt datas procuras reuocarent de titulo Primatis Sardiniæ noniter vſurpato, & de facto reuocarunt, & deſtiterunt coram ſua Catholica Maieſtate. 65. *nu.* 2.
Epiſtola Victoris III. ad Iacobum Archiepiſcopum Calaritanum Primatem Sardiniæ, & Corſicæ, reperta in Archiuio Curiæ Primatialis Calaritanæ, Verba Pontificis ſunt hæc, qui Primas es dictæ Inſulæ, cui maiora Eccleſiarum negotia deferenda ſunt. 53. *nu.* 3.
Epiſtola Synodalis Concilij Sardicenſis numerat aliquas Prouintias Prælatorum, qui in ea Synodo interfuerunt, inter eas Sardiniam. 80. *nu.* 3.
Epiſtola Sancti Pontificis Gregorij ſcripta Vitali deffenſori Sardiniæ manifeſtè probat iuriſdictionem Calaritani de ordinãdis Eccleſijs Sardiniæ, non fuiſſe delegatam, ſed ordinariam. 101. *nu.* 1.
Epiſtola D. Gregorij Papæ ad Innocentium, Marinianum, Libertinum, Agathonem, & Victorem, ſuffraganeos Ianuarij Archiepiſcopi Calaritani, 103. *nu.* 1.
Epiſtola D. Gregorij Pontificis ſummi; neque vna ſola inuenitur ſcripta ad Turritanum, & Arborenſem, ad quos proculdubio ſcripſiſſet maiora Eccleſiarum negotia, ſi quis horum Primatis Priuilegio decoratus fuiſſet. 116 *nu.* 6. 7.
Epiphanius Legatus fuit Thoma Archiepiſcopi Calaritani in ſeptima Synodo generali, 98. *nu.* 9.
Epitaphium S. Luciferi, & litteræ in marmore inſculpta faciunt plenã probationẽ de eius Sanctitate, & de Primatu. 61. *n.* 4.
Enunciatiua illa Alberti Archiepiſcopi Turritani, Sardiniæ Primatis, nullatenus eſt adminiculata, cui contradicunt Archiepiſcopi Turritani præſens, & præteritus, negãtes in Sardinia Primatum. 171. *n.* 5.
Enunciatiuæ antiquiſſimæ reperiũtur plures, & continuata ab anno fermè 400. *vſq; ad præſentem diem, in quibus Calaritanus fuit ſemper nuncupatus à Sũmis Pontificibus Primas Sardiniæ, & Corſicæ.* 131. *nu.* 3.
Enunciatiua tituli Primatis, eſtò eſſent vera, & antiqua non poſſent vllo modo prodeſſe Piſano. 161. *§.* 2. *nu.* 27.
Eſſentia Primatie non ſtat, quod habeat actu Archiepiſcopos ſubditos, ſed ſufficit illos hàbere poteſtate, & aptitudine. 192. *nu.* 1.
Eſtamẽta, Eccleſiaſt. Regale, & Militare in Comitijs Comitis Eldẽſis Proregis ſupplicarunt Catholicam Maieſtatem, vt à ſua Sanctitate enixè poſtularet declarationem litis Primatus inter Calaritanum, & Piſanum in fauorem Calaritani. 71. *num.* 1.
Eunuchus Reginæ Cãdacis Baptizatus fuit à Philippo, hunc Eunuchum vocant in Eccleſia Primitias gentium. 40. *§.* 7. *nu.* 8.
Excluſio Turritani à Primatiali dignitate Sardiniæ. 113. *vſque ad* 137.

F

FAnon Germanica vox eſt, quæ linteamẽ, ſeu velum, aut mappulam ſignificat, cũ à Germanis vela ex baſtilibus dependentia fanen vſque hodie nuncupentur.* 181. *num.* 2.
Fara in libello quodam manuſcripto ex profeſſo impugnat Primatum Calaritanum, hoc ductus fundamento, quia in Sardinia non reperitur talis dignitas. 194. *nu.* 1.
Fara demit prærogatiuam, & excellentiam Primatus à Calaritano cum maxima iniuria Regij Patronatus, ſolùm, quia eam Saſſari nullatenus deferre potuit. 194. *n.* 1.
Fara Auctor Saſſaritanus laborauit inopia notitiæ, ſiuè ignorantia antiquarum rerum Regni Sardiniæ, exiſtimans in illis ſolùm fuiſſe tres Archiflamines, quindecim Flamines propter exiguum numerum Ciuitatum. 195. *nu.* 4.
Fara Saſſaritanus nominat S. Gabinum ſocium S. Chryſogoni, vt ſimplicem Martyrem,

tyrem, non verò Epiſcopum, quod non potuiſſet eum latere, ſi verum fuiſſet, nec ſiluiſſet, ſi ſciuiſſet. 206. nu. 4.

Fara in primo ſaeculo ponit prius martyriũ Sanctorum martyrum Aemilÿ, Luciani, Priami, atque Fœlicis, & poſtea tranſit ad martyriũ SS. Gabini, & Criſpoli, tamquam poſterius. 207. nu. 7.

Fara Saſſaritanus refert Eccleſiam Turritanam priuilegÿs Martini I. obtinuiſſe exemptionem, quia ſubiectus erat Turritanus, & ſuffraganeus Calaritani, ex quo colligitur eius Antiſtitem nunquam potuiſſe eſſe Primatem. 134. nu. 5.

Fara nominans ſuffraganeos Ianuarÿ Archiepiſcopi Calaritani, inter eos ponit Marinianum vnum ex relatis in epiſtola D. Gregorÿ Papæ. 134. nu. 6.

Fœlix Epiſcopus Sardicæ ad quem ſcripſit D. Greporius Papa, fuit Epiſcopus Sardenſis, ſuffraganeus Antibarenſis, qui eſt Epiſcopatus in Serda, ſeu Sarda Sclauoniæ. 83. nu 11.

Filia Arÿ Clementis nupſit Tito Flauio Sabino fratri Veſpaſiani. 31. §. 4. nu. 18.

Flamines primi Gentilium, in Capite Prouintiarum reſidebant. 22. nu. 9.

Forum magnarum cauſarũ Calaris, ex immemorali traditione conſtat. 22. nu. 8.

Don Franciſcus Perez Archiepiſcopus Calaritanus fuit nuncupatus Primas Sardineæ, & Corſicæ. 64. nu. 12.

Dõ Franciſcus del Vall Archiepiſcopus Calaritanus fuit appellatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 64. nu. 12.

Don Franciſcus Eſquiuel Archiepiſcopus Calaritanus fuit nũcupatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 64. nu. 12.

Fraſis, ſeu terminus incardinandi apud D. Gregorium Papam ſignificat promotionem ad aliquam maiorem dignitatem alicuius Eccleſiæ. 138. nu. 19.

D. Fulgentius fundauit Monaſterium propè Eccleſiam S. Saturnini, quam Baſilicam vocant. 20. nu. 2.

Fulminata cenſura, à Calaritano in Comitÿs Generalibus eſt actus iuriſdictionis vniuerſalis, & Primatialis, quia extenditur ad omnes Prouintias Metropolitanas ipſius Regni. 112. nu. 5. vſque ad 7.

Fundague dictum à Saſſaritanis, eſt fictus Codex fundationis ſuæ Eccleſiæ S. Gauini, nullius auctoritatis, imò manifeſtæ falſitatis. 45. §. 1. num. 4.

Fundague prædictum aſſerens nomenclaturam Archiepiſcopi Turritani contigiſſe, anno 517. in hoc contraria, & repugnantia docet. 45. §. 1. nu. 4.

G

S. Gabinus martyr in Romano Martyrologio ponitur, vt ſimplex Martyr, ſimul cum S. Criſpulo, cum ſemper Martyrologium in omnibus Sanctis ſuas qualitates notet, nempè Confeſſoris, Martyris, Preſbyteri, Epiſcopi, &c. 206. nu. 3.

S. Gabinus Martyr Socius S. Criſpoli fuit ſimplex Martyr, non fuit Sacerdos, neque Epiſcopus, vt autumat Saſſaritanus. 86. nu. 1.

Don Gaſpar Nouella Archiepiſcopus Calaritanus fuit nuncupatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 64. nu. 12.

Don Gauinus Manca Archiepiſcopus Turritanus voluit renouare litem ſuper Primatũ, de hoc ſcripſit ſua Catholica Maieſtas epiſtolam Pontifici Summo. 65. nu. 1.

Gaudentius non fuit Epiſcopus Turritanus, vt ſine auctoritate aſſerunt auctores Saſſaritani in quo ſibi contradicunt. 87. nu. 5. 6.

Gaudentius non adfuit Cõcilio Carthaginẽ. ſi primo, neque fuit immediatus ſucceſſor S. Proti, vt aſſerit Fara in ſuo Codice manuſcripto. 87. n. 5. 6.

Gaudentius non interfuit in quodam Concilio Romano ſub Syluestro, incepto, vt ait Pater Pintu de Chriſto Crucifixo. 87. nu. 5.

Gaudentius Tuſdritanus, ſiuè Tuſdritenſis, vel Turritanus in Africa, vnus eſt ex Epiſcopatibus Africæ Suffraganeis Carthaginenſis. 211. nu. 14.

Gregorius V II. nuncupauit Glorioſum Iudicem Calaritanum, Antiochum. 22. n. 7.

D. Gregorius ſcripſit ad Exarchum Africæ, conquerendo de violentÿs Theodori Magiſtri militum in Vrbe Turritana Sardiniæ, petendo ab eo, vt armis iuſtitiæ eas cõpeſceret, quod ſignũ euidens fuit, ad Exarchum Africæ pertinuiſſe Sardiniam. 126. nu. 6.

D. Gregorius ſcribens Archiepiſcopo Calaritano

tano de compeſcenda ſuperbia liberati, ait ſi non eſt Cardinalis, fac eum Cardinalē, hoc eſt primum Canonicum, vel quid ſimile. 138. nu. 19.

D. Gregorius non conſtituit Ioannem Squillatinum Presbyterum Cardinalem Romæ, & ideò non dixit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel in Sancta Romana Eccleſia Sacerdotem Cardinalem, ſed in Squallatina Eccleſia Cardinalem Sacerdotem. 137. num. 18.

D. Gregorius conſtituit Sacerdotem Cardinalem Ioannem Epiſcopum in Squillatina Eccleſia, ideſt nominauit Epiſcopum illius Ciuitatis, ſeu primum, & maiorem Sacerdotum, ſicuti eſt Epiſcopus, inter alios eiuſdem Eccleſiæ. 131. nu. 18.

D. Gregorius nunquam commiſit Conſecrationem Epiſcopi Turritani Sardiniæ Ioanni Epiſcopo, & Cardinali, vt vult Saſſaritanus. 137. nu. 16.

D. Gregorius delegauit ad viſitandam Eccleſiam non Turritanam Sardiniæ, ſed Turritanam Italiæ in Calabria, ſimul, & Thaurianam, vel Thauriatinen, Ioānem Epiſcopum Squillatinum. 136. nu. 10.

D. Gregorius Pontifex Summus vocat Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, Epiſcopum Sardiniæ. 59. nu. 10.

D. Gregorius munerat Marinianum Epiſcopum Turritanū inter ſuffraganeos Metropolitani Sardiniæ, quem fuiſſe Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanū apertè tradit Fara Saſſaritanus. 210. nu. 13.

D. Gregorius in ſuis Epiſtolis non contulit Patriarchis maioribus, & Primatibus hunc titulum, ſed ſolo Epiſcopi titulo, aliquando Archiepiſcopi, illos exornauit. 99. nu. 10.

D. Gregorius Epiſtola 29. hortatur Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, vt ſecundum priſtinum modum ordinare feſtinet Antiſtitem in Ciuitate Pauſanias, quæ hodie dicitur Terranoua 100 nu. 1.

D. Gregorius hortatur Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, ordinationes ab eo fieri debere, atque adeò non delegaſſe manifeſtè conſtat. 102. nu. 5.

D. Gregorius vocat Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum Metropolitanum, quo titulo non exornauit Epiſcopum Turritanum Marinianum, vt videre eſt in Epiſtola 59. ad Genadium de violentijs Theodori. 104. num. 3.

D. Gregorius in ſuis Epiſtolis non curauit conferre hunc titulum Primatis Ianuario Archiepiſcopo Calaritano Primati Sardiniæ, ſicut nec contulit Aquileienſi, Mediolanenſi, Rauennati, Primatibus Galliæ, & Hiſpaniæ. 99. nu. 10.

D. Gregorius Papa ſcripſit ad Innocentium Marinianum, Libertinum, Agathonem, & Victorem, Epiſcopos in Sardinia. 103. num. 1.

D. Gregorius ſoli Ianuario Archiepiſcopo Calaritano ſcripſit 19. Epiſtolas, præter alias ſcriptas ad alios Antiſtites Calaritanos. 116. nu. 7.

D. Gregorius Papa arguit Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum, tamquam Primatem de neglecta cura reparādi Eccleſias dictæ Inſulæ, quod erat proprium munus Primatus. 132. nu. 3.

H

HEnricus Caniſius refert Menologium Græcorum, tamquam Theſaurum ab Andrea Scoto Societatis Ieſu, accepiſſe. 39. num. 7.

Hæreſis Monothelytarum fuit condemnata in Concilio Bizaneeno, quod fuit celebratum tempore Theodori Papæ. 89. nu. 11.

Hierarchia Eccl. hæc eſt, vt Parochi Epiſcopis, Epiſcopi Metropolitanis, ſiuè Archiepiſcopis, Metropolitani Primatibus, Primates Patriarchis maioribus, & hi Pontifici maximo ſubiecti ſint. 130. nu. 2.

D. Hilarius Pictauienſis loquens de S. Lucifero ad Conſtantium Imperatorem, ait. Adeſt vnà cum Romanis Clericis, & Lucifer Epiſcopus Sardiniæ, qui titulus eſt propriè Primatis. 59. nu. 8.

Hortelius in ſuo Theſauro Regnorum, & Ciuitatum Mundi, refert ingentem numerum Vrbium, & Oppidorum fuiſſe in Sardinia, quidquid afferat Fara in contrarium. 196. per totum.

Hyſtoria Tripartita, & D. Athanaſius vocant B. Luciferum Metropolitanum Inſularum Sardiniæ. 58. nu. 5.

I

IAnuarius Archiepiſcopus Calaritanus vocatur à D. Gregorio Magno, Metropo-

leos Calaris frater, & Coepiſcopus noſter.46.§.1.nu.6.

Ianuarius Archiepiſcopus Calaritanus, tamquàm Primas bis in anno, in ſua Prouintia celebrabat Epiſcoporum Concilia. 106.nu.1.

Ianuarius Antiſtes Calaritanus ſua iuriſdictione, & gubernio extendebat ſe ad totã Prouintiam Sardiniæ, & non ſolùm ad Calaritanam. 106.nu.2.

Ianuarius Archiepiſcopus Calaritanus, tãquam Primas prouidebat Monaſterijs monialium totius Sardiniæ Inſulæ. 107.nu.3.

Ianuarius Archiepiſcopus Calaritanus, tãquam Primas dabat Iudices in Prouintia ad lites diſcutiendas, finiendas, & determinandas. 113.nu.1.

Ianuarius Antiſtes Calaritanus, vt Primas Sardiniæ cognouit de grauioribus negotijs Eccleſiarum totius Regni, qualia ſunt materiæ fidei, conuerſionis idolatrarum, punitionis illorum, & reformationis vniuerſalis, tàm Clericorum, quàm monialium. 114.nu.2.

Ildeſonſus Aragoniæ Rex, voluit ſibi retinere Calarim, tamquàm Vrbem præcipuam & totius Sardiniæ robur. 18.nu 5.

Don Ildeforſus Laſſo Archiepiſcopus Calaritanus fuit nuncupatus Primas Sardiniæ, & Corſicæ. 64.nu.12.

Imperator Conſtantinus aliquando babitauit in Vrbe Sardica Tratiæ. 83.nu.7.

Imperator Conſtantinus bumilitate, atque modeſtia in Seſſione Conſtantinopolitana vltimus Patrum ſubſcripſit. 95.nu.2.

Imperator Conſtantinus ædificauit Baſilicas in Vrbibus maximis, & Capitibus Prouintiarum. 20.nu.2.

Imperator Conſtantinus ædificauit Calari, tamquàm in maxima Ciuitate, & totius Sardiniæ Capite Baſilicam D. Saturnino Calaritano martyri Sacrã, quæ hodie reperitur Calari, & appellatur Baſilica Conſtantiniana. 20.nu.2.

Imperator Iuſtinianus filius Conſtantini in Concilio Trullano primus inter omnes Patres Concilij ſubſcripſit, etiam ante locum Romani Pontificis. 95.nu.2.

Imperator Iuſtinianus, iuſſit Sergium Pontificem Maximum, adduci Roma vinctũ Conſtantinopolim, quia in Concilio Trullano non ſubſcripſiſſet. 98.nu.7.

Imperator Iuſtinianus dimiſit Sergium Põtificem Summum, conſtanter Imperatoriæ ſuæ voluntati reſiſtentem. 98.nu.7.

Imperator Carolus V. lege ſtatuit, ne Eccleſiaſtici Vrbis Calaritanæ tenerentur oſtẽdere titulum rerum, quæ poſſidebãt, propter combuſtionem Archiuiorum Calaris. 64.nu.14.

Indulta Piſani, licet eſſent in forma probanti, & abſque ſubrreptionis, vel obreptionis vitio obtenta, fuiſſent nihilominus inualida, quia non fuerunt vſu recepta. 158.§.1.nu.19.

Indulta, nõ ex eo, ꝙ fuiſſent vſu recepta, quæ de Primatu Turritanæ Prouintiæ diſponunt, ſequitur quoque eſſe vſu recepta alia, quæ conferunt Primatum Calaritanen. & Arboren. 159.§.2.nu.21.

Indulta Piſani, licet fuiſſent in forma probanti, vitio ſubrreptionis, & obrreptionis carerẽt, & validè impetrata eſſent, ac vſu recepta, nihilominus fuiſſent inualida, quia Piſani fuerunt priuati à Sede Apoſtolica omnibus gratijs, Indultis, & Priuilegijs ab illa conceſſis. 163.nu.1.

Indulta Piſani contra Calaritanum cenſentur conceſſa ob importunitatẽ petentium, atque adeò, non debent vſu recipi. 158.§.1.nu.18.

Indulta Piſani laborant vitio ſubrreptionis, & obrreptionis, iuxta regulam de non tollendo iure quæſito. 157.§.1.nu.17.

Indulta Piſani ſunt inualida, quia ſunt contra ius commune Summorum Pontificum & Conciliorum, diſponens, debere eſſe Primatem Prouintiæ, Præſulem Ciuitatis Primariæ illius. 155.nu.11.

Indulta Piſani, eſtò eſſent in forma probantĩ nihilominus forent inualida, reſpectu Primatus Prouintiarũ Calaritanen; & Arboren. 152.nu.11.

Indultum Summi Pontificis Vrbani III. anno 1186. Venerabili Fratri Vbaldo Archiepiſcopo Piſano. 148.

Inaultum Pontificis Maximi Celeſtini III. anno 1191. Vbaldo Archiepiſcopo Piſano. 148.cap.35.

Indultum Papæ Innocentij III. anno 1198. Vbaldo Piſano Archiepiſcopo. 149.

Indultum Romani Pontificis Honorij III. anno 1218. Venerabili Fratri Vitali Archiepiſcopo Piſano. 150.

Indultum Summi Pontificis Innocentij II. Vene-

Venerabili Fratri Balduino Piſano Archiepiſcopo. 141.

Indultum Papæ Eugenij III. Venerabili Fratri Villano, Archiepiſcopo Piſano. 143.

Indultum Summi Pontificis Adriani IIII. Venerabili Fratri Villano Archiepiſcopo Piſano. 144.

Indultum Romani Pontificis Alexãdri III. Venerabili Fratri Villano Archiepiſcopo Piſano. 145.

Indultum Summi Pontificis Lucij III. Venerabili Fratri Vbaldo Archiepiſcopo Piſano. 141.

Incommoda grauia erant Sardiniæ Regno habere Primatem extra illud reſidentem, ad quem recurrendum, labores, pericula, longa expenſa, & nauigationis damna eſſent ſubeunda. 157. §. 1. nu. 16.

Incommoda, ſi fuiſſent expreſſa Pontifici, nõ tàm faciliter conceſſiſſet hæc Indulta Piſano; quod ſufficit, vt reſcripta ſint inualida, tamquã ſubreptitia, & obreptitia. 157. §. 1. nu. 16.

Inſcriptio marmoris inuenti in ſepulchro B. Luciferi, in quo nuncupatur Primarius Sardiniæ, & Corſicæ impugnatur à Turritano coram Sacra Congregatione Inquiſitionis, ſed impugnatio contra ipſumet. 139. nu. 1.

Inſcriptio ſola vnius marmoris inuenta Romæ in lapideo latereulo in ſepulchro Sancti Fœlicis, in Eccleſia Sanctorum Coſmæ & Damiani fuit ſufficiens ad reponẽdum illum in nouo Martyrologio, cum antea de hoc ambigeretur. 62. nu. 6.

Inſtitutio Primatus Calaritani non incæpit tempore illius Concilij 3. Carthaginenſis; ſed tempore B. Clementis Archiepiſcopi Calaritani. 127. nu. 9.

Inſtitutio officij Iudicis Appellationum fuit ad inſtantiam Vrbis Calaritanæ, arguit eius Archiepiſcopum, fuiſſe Primatem, à quo non erat recurſus, nec prouocatio, niſi ad Sanctam Sedem Apoſtolicam. 203. n. 8.

Inſtrumentum donationis à Saſſaritano, anni 1176. quando fuiſſet in forma probanti, deberet intelligi, reſpectu Prouintiæ Turritanæ ſolùm, & nõ reſpectu Prouintiarum Calaren. & Arboren. 159. §. 2. nu. 21.

Inſtrumentũ donationis à Saſſaritano oblatum Piſano, eſt ſuſpectum de falſo, cum deficiat dies, & menſis, qui eſt ſubſtantialis defectus. 159. §. 1. nu. 22.

Inſula Corſica fuit à Romanis anno à creatione mundi 3730. attributa Sardiniæ, atque ex duabus Prouintijs vna Prouintia effecta. 169. §. 3. nu. 17.

Inſula Sardiniæ, Piſanorum tempore, ab ipſis diuiſa in quatuor Iudicatus, ſcilicet Calaritanum, & Arborenſem, Turritanum, & Gallurenſem. 169. §. 3. nu. 18.

Inſula Sardiniæ anno 517. non erat ſub Imperio Romano, vt Fundague; ſeu Codex ille fictitius Saſſaritanorum affirmat. 47. §. 1. nu. 9. & 10.

Inſula Sardiniæ ab anno 471. vſque ad annum 530. fuit à Vandalis occupata. 47. §. 1. nu. 10.

Inualiditas Indultorũ, tunc contingit, quando illa ſunt in graue præiuditium tertij, licet adſint clauſulæ ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis. 156. nu. 15.

Don Ioannes Sanna Electus Epiſcopus Vſellen. ſuffraganeus Archiepiſcopi Arborenſis, in quadam petitione oblata Don Petro Pilares Archiepiſcopo Calaritano, inquit, cum Reuerendiſſima dominatio veſtra ſit Primas totius Regni &c. 63. nu. 10.

Ioannes non fuit Epiſcopus Turritanus Sardiniæ ſed Turritanus in Arabia. 89. nu. 9.

Ioannes Epiſcopus Squillatinus, non fuit Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt aliqui ſomniarunt. 137. nu. 16.

Iudex Calaritanus Princeps, & aliorum ſuperior. 18. nu. 4.

Iudices in Sardinia conſtituti ſunt à Piſanis anno 1050. quandò ſumma rerum in dicto Regno potiti ſunt. 47. §. 1. nu. 2.

Iudiciſſa Calaritana, Benedicta appellata, ſoluebat viginti annuas argenti libras, nomine cenſus pro Regno Calaritano, ſeu Iudicatu, aut tota terra, quam habebat in Sardinia, in ſignum recognitionis directi dominij Sedis Apoſtolicæ, vbi totum Regnum Sardiniæ ab Vrbe Calaris, eius Capite, Calaritanum nuncupauit. 18. nu. 4.

Iura antiqua Sedis Apoſtolicæ probibebant vt nulli Archiepiſcopi, qui non eſſent veri Primates, ſic appellarentur. 55. nu. 10.

Iuriſdictio Calaritana totã Inſulam ab extremo in extremum continebat, per conſequens Turritanam, & Arborenſem Prouintias, quæ ſunt intermediæ. 100. nu. 1.

Iuriſdictio delegata nunquam confertur alicui per ſolum terminum adhortationis. 100.nu.2.

Iuriſdictio conuocandi Concilia generalia Epiſcoporum Regni, bis in anno pertinet ad Primatem. 107.nu.3.

Iuriſdictio nominandi Iudices in Prouintia fuit Priuilegium proprium Primatis. 113.nu.2.

Iuriſdictio extenſa Calaritani in Corſicam Inſulam, eſt ratione Primatus, cum ſit Archiepiſcopus Calaritanus Metropolitanus Inſularum Sardiniæ. 59.nu.5.

Iuriſdictio delegata Viennenſis Eccleſiæ erat ſuper ſeptē Prouintias: cum eius iuriſdictio Primatialis intra ſuam Prouintiam contineretur. 174.nu.3.

Iuſtinus Archiepiſcopus Calaritanus, ſuffectus loco Deuſdedit, vita functi, ſubſcripſit poſt Mediolanenſem in Concilio Lateranenſi primo, imò, & poſt ſubſcriptiones omnium Epiſcoporum illius Concilij, quia poſt finitum Concilium de nouo aduenerunt Mediolanenſis, & Calaritanus; cum in omnibus ſubſcriptionibus illius Concilij, Deuſdedit Calaritanus Archiepiſcopus, tertio loco poſt Pontificem Romanum inuariabiliter ſubſcripſerit. 94.nu.7.

Ius quæſitum tollere adfert graue præiuditium, nō ſolum in maioribus præeminentijs, & dignitatibus, ſed etiam in minoribus, & leuibus. 158.§.1.nu.17.

Ius antiquum Primatus Calaritani vſque ad erectionem Eccleſiarum Turritanæ, & Arboren. in Metropolitanas, non euanuit poſt illam erectionem, neque corruit, ſicut per erectionem ſimilium dignitatum non corruerunt Patriarchatus Antiochenus, & Alexandrinus. 130.nu.2.

Ius antiquum Primatus Calaritani, conteſtatum fama, & teſtificatione totius Regni in comitijs generalibus, adiunctis enūciatiuis intermedijs, & actibus iuriſditionis, vſque ad præſentem diem continuatis. 132.nu.2.

Ius Primatiale Calaritani manet illæſum, & in ſua poſſeſſione, & ita debet manuteneri cōtra Piſanum. 157.nu.15.

Ius Primatiæ ex ſola conſuetudine ſine ſpeciali conceſſione Apoſtolica, cum tolerantia illius, poteſt acquiri. 54.nu.7.

Ius Regij patronatus Regni Sardiniæ eſt fundatum in Eccleſia Primatiali Calaritana. 66. num. 2.

Ius Primatiale eſt ius publicum, non priuatum, quod multo magis difficulter auellitur ab illo, qui ipſum babet, quam alia iura priuata. 132.nu.4.

L

Leandrus Hiſpalenſis à Gregorio primo Hiſpaniæ Epiſcopus appellatur, eo quod toti Hiſpaniæ Primatis iure præeſſet; ſic Archiepiſcopus Calaritanus vocatur in varijs Concilijs, Epiſcopus Sardiniæ, eo quod toti Sardiniæ, Primatis, iure, præſit. 56.nu.2.

Legatia, ſeu vicaria erat ſeparabilis à dignitate Primatiali, quia ſublata delegatione, non ideò Primatialis dignitas reuocabatur, & expirabat. 178. nu.5.

Legatio Apoſtolica non eſt de ratione, & eſſentia Primatus, ſed eſt actus voluntarius Summi Pontificis, committi ſolitus, non ſolum Epiſcopis, ſed etiam Abbatibus, & Presbyteris. 199.nu.3.

Legati obtinebant locum ſuorum principalium, Primatum, vel Patriarcharum. 23.nu.4.

Legati Sancti Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, & Primatis Sardiniæ, fuerunt Herenius, & Agapitus Diaconi. 114.n.3.

Legatus Thomæ Archiepiſcopi Calaritani, ad ſeptimam Synodū generalem fuit Epiphanius Diaconus. Ibidem.

Lex non recepta vſu non obligat. 158. §. 2. num.12.

Libiſonis, & Libiſoſon, omninò diuerſa ſunt. Turris Libiſonis nuncupabatur Colonia Romanorum, quæ fuit 1. ordinis, vel fortè 4. Libiſoſon Vrbs Herculis Auguſta dicta. 20 nu.4.

Lis Primatus Piſani fuit cum Archiepiſcopo Calaritano, & non cū Turritano, Turritanus recognouit Piſanum, & ſubijcit ſe, non verò Calaritanus, qui ſemper repugnauit, habens ſuam intentionem optimè fundatam ab initio naſcentis Eccleſiæ. 139.nu.29.

Litteræ Metropolitanorum Orientalium priori loco recitatæ fuere. 13 §. vnic.n.5.

Litteræ exhortatoriæ in fauorem Calaritani ſuper Primatū Sardiniæ, & Corſicæ. 185. vſque ad 188.

Locus Sardinienſis aſſignatus poſt Heracleenſem

enſem, qui erat Primas Traciæ. 97. nu. 3.

Locus Sardinienſis fuit Citonati Archiepiſcopi Calaritani *Primatis Sardiniæ, qui interfuit in ſexta Synodo ſub Iuſtiniano Imperatore, filio Conſtantini IV. vel alterius eius ſucceſſoris. 96. nu. 2.*

Locus, vel ſignificat locum actu occupatum, vel ius ad illum locum. 97. nu. 4.

Longinquitas fuit cauſa conſtituendi diuerſum Primatem à Numidia in Mauritania Sitifenſi, potiori iure locum habuit in Sardinia Inſula cincta mari, & longe tã ab Africa, quàm ab Italia diſtanti. 126. nu. 7.

S. Lucifer Calaritanus Primariæ Vrbis Sardiniæ Epiſcopus nuncupatus. 16. n. 2.

S. Lucifer à Sancto Athanaſio vocatur Metropolitanus Epiſcopus Sardiniæ. 44. §. 1. nu. 1.

S. Lucifer Calaritanus nuncupatur à Theodoreto Paſtor Inſulæ Sardiniæ. 44. §. 1. num. 1.

S. Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus *vocatur à Caſſiodoro in ſua hyſtoria Tripartita, Metropolitanus Inſularum* Sardiniæ, *ibidem.*

S. Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus *floruit anno 350. & hoc tempore, Sedes Calaritana erat Metropolis Sardiniæ. 44. §. 1. nu. 1.*

S.*Lucifer Archiepiſcopus* Calaritanus *nuncupatur Metropolitanus Sardiniæ, & per Antonomaſiam Epiſcopus* Sardiniæ, *quod eſt propria, Patriarchæ, & Primatis notio. 57. nu. 1.*

S. Lucifer non fuit creatus Archiepiſcopus Calaritanus *anno 343. vt Dimas Serpi deceptus aſſeruit. 85. nu. 15.*

Lucifer ſecundus, Calaritanus, tamquam Metropolitanus, & Primas *ex Epiſcopis Sardiniæ, qui iuſſu Hunerici Regis, Carthagine tunc conuenerunt, primo loco nominatur. 88. nu. 7.*

S. Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus, vt Primas *Sardiniæ, miſſit Legatos ſuos ad Concilium Alexandrinum. 114. nu. 3.*

Ludouicus Archiepiſcopus Calaritanus *in varijs litteris appellatur* Primas *Sardiniæ, & Corſica. 63. nu. 9.*

M

M*Anilus Torquatus appulit Calarim Vrbem. 21. num. 5.*

Marchio Maſſa iudex Calaritanus, *Princeps, & aliorum ſuperior. 173. nu. 1.*

Mare tranſmeare, à Prouintia egredi ſine licentia Calaritani, *Antiſtites Eccleſiarum Regni Sardiniæ non poterant. 123. nu. 12.*

Marius Cotta Pretor, *fuit* Calari *expulſus. 21. nu. 5.*

Marianus, qui ponitur in illo moderno Catalogo Saſſaritano, annno 595. ſuppoſititius eſt, atque adeò non fuit Archiepiſcopus Turritanus. 89. nu. 10.

Marinianus fuit Epiſcopus Turritanus ſecundum editionem Romanam, anni 1613. magis correctam, & conformem originali Epiſtolarum S. Gregorij Papæ. 89. nu. 10.

Marinianus Epiſcopus Turritanus erat ſuffraganeus Ianuarij, qui erat Archiepiſcopus Calaritanus, *vt conſtat ex Epiſtola 59. Sancti Gregorij Papæ ad Genadium exarchum Africæ de violentijs Theodori Magiſtri Militum, &c. 134. nu. 7.*

Marinianus à Turritano nuncupatur Marianus (quem vult, & vocat ſuum Archiepiſcopum) ſequtus excuſionem factam Lugduni apud Hugonem à porta; ſed contrarium euidenter conſtat ex correctiori impreſſione Cameræ Apoſtolicæ. 135. nu. 8.

Marinianus relatus à D. Gregorio in epiſtola 8. libri ſeptimi, ſuffraganeus Ianuarij, erat idem cum relato in epiſtola 59. libri primi vbi ſatisfit contrariæ obiectioni. 135. nu. 9. & 10.

Martyrologium nullum, nullaque Hyſtoria antiqua aſſerit D. Gabinum Martyrem ſocium Sancti Criſpoli fuiſſe Sacerdotem, neque Epiſcopum, ſed ſimplicem martyrem. 86. nu. 3.

Maſſilia Prima Sedes vocatur inter Arelatenſis Prouintiæ Ciuitates, non quod Metropolis haberetur, ſed quia erat Prima poſt Arelatum Metropolim, 119. nu. 2.

Matthæus Roderus Societatis IESV in Chronico Alexandrino ab ipſo vulgato, à Græco in latinum, ponit 37. loco Diſcipulorum Chriſti Domini, Beatum Clementem. 38. §. 7. nu. 5.

Memoriale oblatum nomine Turritani Archiepiſcopi, Sacræ Congregationi Inquiſitionis Romæ anno 1637. contra Sanctitatem, & venerationem B. Luciferi Archiepiſco-

ſcopi Calaritani, in quo impugnatur inſcriptio marmoris inuenti in ſepulchro illius, in quo nuncupatur Primarius Sardiniæ, & Corſicæ refellitur, & propria oris confeſſione ſuo circa Primatum ſe gladio iugulat modernus Archiepiſcopus. 139.nu.1.

Mentio nulla fit in illis Indultis Piſani, præiudi-ij Regni Sardiniæ, quod illi inferebatur, idcircò Indulta omnino inualida. 157.§.1.nu.1.

Mentio nulla, neque reuocatio antiqui iuris Calaritano acquiſiti circa Primatum Sardiniæ, ab initio naſcentis Eccleſiæ, fit in illis Indultis Piſani. 157.§.1.nu.1.

Mentio in reſtitutione Piſani fieri debuiſſet iurium Calaritani circa Primatialem dignitatem, aliàs eſſet inualida, cum Summus Pontifex præiudicium inferre nunquam intendat. 166.§.1.nu.20.

Mentio nulla fit in illis Indultis Piſani Corſicæ Primatus, ſed ſolum Primatus Sardiniæ, & tamen Primatum Sardiniæ, & Corſicæ Piſanus prætendit. 168. §.1. num.17.

Metius fuit Epiſcopus Turrenſis Sampſutij ſucceſſor. 88.nu.7.

Metropolitani immediate in iuriſdictionibus ſubijciuntur Primatibus. 130.nu.2.

Metropolitanus incorrigibilis à ſuo Primate debet iudicari. 130.nu.2.

Metropolita primi generis, idem eſt, quod Primas, tales erant Arelatenſis, Carthaginenſis, Calaritanus, & alij Primates. 58.nu.4.

Metropolitanus Inſularum Sardiniæ non eſt idem, ac Metropolitanus in Sardinia, vt aſſerit Franciſcus Fara. 59.nu.6.

Metropolitani iuxta D. Iſidorum à menſura Ciuitatum vocantur, ſingulis enim Prouintijs præſident à menſura Ciuitatū. 12.§.vnico.nu.2.

Metropolis ex ſententia D. Iſidori deriuatur à verbo græco, quod metiri ſignificat; ex aliorū vero auctorum iudicio ex terminis græcis, ſignificantibus matricem Ciuitatem. 12.§.vnico.nu.3.

Metropolitani ſolo nomine Epiſcopi ſæpe ſæpius contenti fuerunt. 45.§.1.nu.4.

Metropolitanus habere debet decem, vel vndecim ſuiſſe Epiſcopos, dixit Pelagius epiſtola 1. ad omnes Epiſcopos. 12.§. vnico. num.2.

Monaſterium propè Eccleſiam S. Saturnini Martyris Calaritani fundatum à D.Fulgentio. 20.nu.2.

Moneta Aurea in ſolo Caſtro Calaris ex mandato Regis Petri IIII. excudebatur. 18.nu.5.

Mos antiquitùs erat, vt tertium nomen ex matre duceretur. 33.§.4.nu.18.

Mos ille variationis in Prouintijs Africæ ſecundum antiquitatem ordinationis non fuit introductus in Sardinia. 127. nu.10.

N

NIcolaum, vnū ex ſeptē Diaconis, fuiſſe ex 70. Diſcipulis Chriſti teſtatur Baronius. 39.§.7.nu.6.

Negotia grauiora totius Regni Sardiniæ ad Calaritanum Antiſtitem, tamquam Primatem deferebantur. 115.n.1. vſque ad 9.

Nomen Metropolitani, & Archiepiſcopi nō eſt recens in Occidente, ſed antiquum, & vſitatum in primis ſæculis, at modeſtiæ, & humilitatis cauſa, non vtebantur Metropolitani, nominibus iſtis. 45.§.1.nu.4.

Nomen Archiepiſcopi Turritani eſt collatum anno 517. vt refert Fundaguęfictus Codex, in ſuamet Eccleſia, conuincit non nouum, & recens eſſe, ſed antiquum; atque adeò contraria, & repugnantia docet. 45. §.1.nu.4.

Nomen Primatus, & Primarij variè antiquitus ſumptum eſt. 119.nu.1.

Nomina non reperiuntur, nec ſubſcriptiones Prælatorum, neque decretum vllum, aut nota aliqua præter titulum in Concilio Bizanceno. 89.nu.11.

Nota Primatis, & iuriſdictio illius erat, ordinare Eccleſias Prouintiæ, ita Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus ordinauit Eccleſiam Turritanam, hinc infertur, quod Epiſcopus Turritanus nullatenus poteſt eſſe Primas. 138.nu.20.

Notarius Curiæ Turritanæ Redeoliues fertur Romæ tranſcripſiſſe Cathalogum ex Vaticano, Antiſtitum Turritanorum, ſed hoc (vti reliqua ſcripta in hoc Catbalogo) falſum eſt. 85.nu.1.

Notarius Redeoliues Curiæ Turritanæ, anno 100. ponit Sanctum Gabinum Martyrem Socium Sancti Criſpoli in ſuo Cathalago, Primum Antiſtitem Eccleſiæ Turritanæ, cum fuerit ſimplex martyr, & nun-

& nunquam Sacerdos. Ibidem.
Notarius Curiæ Turritanæ Redeoliues ponit S. Protbum anno 290. & poſt hunc Gaudentium, Protbogenem, Sampſuſium, Ioannem, Marianum, Pentuſium, Valentinum, & Thomam Archiepiſcopos Turritanos, ſed manifeſtè decipitur. 85. nu. 1.

O

Obitus S. Luciferi Archiepiſcopi Calaritani fuit anno 371. 127. nu. 1.
Obitus S. Prothi Martyris Turritani, fuit circa annum 300. poſt quem annū, ſolum reperiuntur duo Concilia Carthaginenſia ſub Martino Papa, annis 306. & 308. 87. nu. 5.
Obitus Sācti Silueſtri Papæ fuit anno 335. atque adeo optimè dictus Pontifex potuit conſummare Concilium Romanū 13. 88. num. 6.
Oppidum Blaſium nuncupatum cernitur in ruinis antiquæ Vrbis Turritanæ in Italia. 135. nu. 10.
Oppidum Seminara nuncupatum cernitur in ruinis antiquæ Taurianæ. Ibidem.
Ordinarius poteſt compellere non ſibi ſubditos, quando ſunt in ſuo territorio. 112. num. 10.
Ordinationes Eccleſiarum factæ à Calaritano, vt conſtat ex Epiſtola D. Gregorij Papæ, probant exercitium actuum iuriſdictionis Primatus ſtrictè ſumpti. 122. num. 1.
Ordinatio Epiſcoporum Sardiniæ pertinuiſſe ad iuriſdictionem Archiepiſcopi Calaritani conſtat ex Epiſtola Diui Gregorij Magni ad Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum. 101. nu. 5.
Ordinatio Epiſcoporum totius Regni fuit generalis in tota Sardinia, in qua illam exercebat Archiepiſcopus Calaritanus. 101. nu. 5.
Ordinatio Epiſcopi Turritani fuit à Citonato Archiepiſcopo Calaritano facta iure ordinario. 100. 103. nu. 8. 9. 10.
Ordo præcedentiæ dignitatum fuit ſeruatus in ſubſcriptionibus epiſtolæ ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ. 95. nu. 3.
Ordo præcedentiæ dignitatum fuit ſeruatus in Concilio Trullano. 96. nu. 1.
Ordo præcedentiæ dignitatum ſæpe ſæpius nō fuit ſeruatus in ſubſcriptionibus ex humilitate, & modeſtia. 95. num. 2.
Ordo præcedentiæ dignitatum inter veros, & ſtrictè Primate ſeruatus fuit in antiquis Concilijs generalibus, Niceno, Sardicenſi, Lateranenſi 1. Sexta Synodo generali, & alijs. 122. nu. 11.
Ordo Iuris, & præcedentiæ dignitatum eſt, vt prius ſubſcribant Patriarchæ maiores, poſt illos immediatè Primates, poſt Primates Metropolitani, & poſt Metropolitanos, Epiſcopi 95. nu. 3.
Ozius Epiſcopus Cordubenſis in Cōcilio Sardicenſi habuit locum, vti Legatus Sedis Apoſtolicæ. 91. nu. 2.
Ozius, & Protbogenes habuerūt Principem locum inter Epiſcopos Occidentis, ſicut Ozius Cordubæ, ita Protbogenes Sardiniæ. 92. nu. 3.

P

Pallium antiquitus non habebat connexionem cum dignitate Archiepiſcopali, & Primatiali, ſed fuit conceſſum pro libito Summorum Pontificum. 204. nu. 11.
Pallium, Pontificis beneficio plures impetrabant, qui non erant Archiepiſcopi. 178. num. 4.
Pallium, ſiue hoc generis ornamentum Metropolitani, & Primates, nō niſi poſt multum tempus à Metropolitica dignitate accepta à Sede Apoſtolica obtinebant, vt de S. Malachia Hiberniæ Archiepiſcopo ſcribit D. Bernard. 178.
Patriarcha Conſtantinopolitanus habebat ſubditos Primates. 19. 199. nu. 2.
Patriarchæ nuncupati, qui Sedium Apoſtolicarum Epiſcopi eſſent. 7. nu. 4.
Patriarchæ maiores fuerunt quatuor, ſcilicet Alexandrinus, Antiochenus, Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus. 6. num. 1.
Patriarchæ quatuor maiores, de mente multorum, quatuor Euangeliſtas deſignant. 6. num. 1.
Patriarchæ minores fuerunt, qui tam in Oriente, quam in Occidente, hanc vſurparunt nomenclaturam, vt Aquileienſis, Grandenſis, Bituricenſis, & alij. 6. nu. 3.
Patriarchæ à Græcis frequentiſſimè Archiepiſcopi nuncupabantur, à latinis ſæpiſſimè Primates. 13. §. vnico. nu. 6.
Pauſanias, quæ hodie dicitur Terranoua eſt

eſt in extrema ora Sardiniæ ſita, Calari diſtans, ſex dierum itinere, Corſicæ vicina ad Epiſcopatum Ampurienſem modo pertinens. 100. nu. 1.

Pauſanias, vt aſſerit Franciſcus Fara habuit Epiſcopũ, qui vocabatur Victor. 100. num. 2.

Pentuſius non fuit Epiſcopus Turritanus, vt Franciſcus Fara, & alij aſſerunt, neque interfuit Concilio Bizãceno. 89. n. 11.

B. Petrus Apoſtolus miſit Diſcipulos ad Prouintias Occidẽtales, inter quos fuit B. Clemens. 24. nu. 4.

B. Petrus Apoſtolus miſit Sanctum Clementem in Sardiniam, in qua fixit ſuam primam Sedem Epiſcopalem, Calari. 24. nu. 4.

B. Petrus Roma peregrinatus eſt in Occidentem, conſentaneum erat, Clementem ſuum perpetuum Comitem cũ ipſo, id iter arripuiſſe. 35. §. 6. nu. 22.

Beatus Petrus Apoſtolus in Sardinia Chriſti Euangelium diſſeminaſſe creditur. 43. §. 6. nu. 15.

B. Petrus in Romana Vrbe Summum Patriarchatum totius Eccleſiæ conſtituit. 10. nu. 5.

Petrus Subertus non fuit merus relator Dorothei, ſed partim ex ipſo, partim ex alijs antiquis Codicibus ſe hauſiſſe fatetur. 38. §. 7. nu. 4.

Phorcus Nepos Noe, & Meduſæ, à Phorco ſuam primam fundationem, & originem, Calarim traxiſſe ferunt. 20. nu. 4.

Piſani diuiſerunt Regnum in quatuor Tetrachias, ſiuè Iudicatus, in Calarenſem, Arborenſem, Turritanum, & Gallurenſem. 22. nu. 6.

Piſani Iudicem Calaritanum, aliorũ Principem conſtituerunt. 22. nu. 7.

Piſani per malitiam tacuerunt in impetratione, & Indultis contra Calaritanum, præiudicium, quod inferebant Sardiniæ Regno, habere Primatem extra illud reſidentem, & alia incommoda. 157. §. 1. num. 16.

Piſani violentiam circa Primatum Sardiniæ exercere potuerunt, quia ſumma rerum, in Sardinia potiebantur. 161. §. 2. num. 27.

Piſani adhæſerunt Imperatori Federico II. Hæretico, & complices fuerunt eius delictorum contra Romanam Eccleſiam, 163. num. 2.

Piſani nonnullos Cardinales, Prælatoſque Eccleſiarum cum tribus Legatis Pontificis, qui ad Regem Galliæ à Pontifice miſſi reuertebantur, ceperunt, ſua maritima Claſſe. 163. nu. 2.

Piſani Eccleſiæ Claues conculcarunt, atque adeò fuerunt excommunicati, interdicti, priuati Regno Sardiniæ, dignitate Epiſcopali, & quocunque beneficio Eccleſiaſtico. Ibidem.

Piſani iterum anno 1327. adhæſerunt Ludouico Bauaro Imperatori Hæretico, & eius Antipapæ Nicolao V. contra Ioannem XXII. verum Pontificem, Sacerdotijs fuerunt priuati. 164. nu. 3.

Piſani anno 1512. contra Pontificem Maximum Iulium II. conſpirarunt. Ibidem.

Piſani quodcunque ius, tam temporale, quã ſpirituale in Sardinia amiſerunt. 164. num. 4.

Piſani poſteà pœnitentes, à Cenſuris fuerũt abſoluti, non tamen conſtat an ad priores gratias à Sede Apoſtolica conceſſas, redintegrati fuerint, ſicut nec fuerunt redintegrati ad dominium temporale Sardiniæ, quò etiam fuerunt priuati. 164. n. 4.

Piſani amiſſo dominio temporali per priuationem Sedis Apoſtolicæ cætera amiſerũt, nec in illis redintegrati ſunt. 167. §. 2. num. 14.

Piſanus habuit litem cum Calaritano de Primatu, quæ non potuit eſſe cum alio Archiepiſcopo Regni Sardiniæ, non ſolum quia Calaritano de iure competit talis dignitas, ſed etiam quia Turritanus Archiepiſcopus, vt Piſanus aſſerit, recognouit eum, tanquam Primatum Sardiniæ. 160. §. 2. nu. 26.

Piſanus eſtò tituli Primatis viſitaret Sardiniam, cum fuerit poſt motam litem non prodeſſet Piſano, & eſſent actus attentati, violenti, & inualidi. 161. §. 2. nu. 27.

Piſanus tempore Pauli V. citauit Calaritanum ad Curiam Romanam, pro lite Primatialis dignitatis. 166. §. 1. nu. 10.

Piſanus in Concilio Florentino Celebrato, anno 1438. ſub Eugenio IIII. non habuit nec titulum, nec locum Primatis, nec poſt acquiſitum Regnum à Sereniſſimo Aragonum Rege vllum affert de nouo acquiſitum Indultum Primatus. 166. §. 1. num. 10.

Prſa

Piſanus ad Conſecrationem Templi D. Gavini non interfuit cum titulo Archiepiſcopi, vt ait ille Codex Turritanus ficlitius. 209.*nu.* 2.

Piſanus tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio omni iure Primatus eſt deſtitutus reſpectu Prouintiæ Calaritanæ, *& Arboren.* 156.*nu.* 15.

Piſanus in petitorio caret titulo legitimo, & conceſſione Apoſtolica, in poſſeſſorio nullum actum iuriſdictionis vnquam exercuit in his duabus Prouintijs, ſicut, nec produxit in actis cauſæ. ibidem.

Piſanus poſt annum 1000.*ab Vrbano II. fuit factus Archiepiſcopus, vt conſtat ex productis à Piſano in hac lite, & ex hyſtorijs.* 47.§.1.*nu.* 10.

Piſis Celebratum fuit conciliabolum Piſanum, quod ipſi fouerunt, & ſua protectione, & patrocinio tutauerunt, iterum fuerunt priuati ipſo iure, dignitatibus omnibus. 164.*nu.* 3.

Pius Papa I. *anno* 158. *in prima, & ſecunda decretali nuncupatur Romanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus.* 45.§.1.*nu* 4.

Pius V. in quodam breui dato Romæ vocat Calaritanum *Archiepiſcopum* Primatem *Regnorum Sardiniæ, & Corſicæ.* 52. *n.* 4.

Pius Papa V. in quodam Breui dato Romæ declarauit Archiepiſcopũ Calaritanum, tamquam Primatem, Iudicem ſpoliorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum totius Regni. 52.*nu.* 4.

Politia Eccleſiaſtica ſecundum Prouintiarum diuiſionem, & prærogatiuas ante à Romanis ſtabilitas, inſtituta eſt. 9.*nu.* 4.

Politiæ Imperij Romani in tres ordines Ci*uitatum.* 6.*nu.* 1.

Pontifex Summus, ſi tempore conceſſionis animaduertiſſet ius antiquum Calarita*ni, nullo modo conceſſiſſet Primatum Piſano.* 157.§.1.*nu.* 17.

Pontifex Maximus Primatem Carthaginenſem ſolo Metropolitani nomine decorauit, ſicut, & Calaritanum, *Sanctus Gregorius papa.* 105.*nu.* 3.

Pontifex in illis verbis Indulti ad Piſanum Archiepiſcopum, intellexit ampliori munere decorari Eccleſiam Piſanam nouiter confirmãdo Primatum, quod ei fuit ſuggeſtum. 154.*nu.* 6.

Pontifex in illis Indultis Piſanorum conceſſis, eſt potius dicendum, quod ignorauit, vel non animaduertit Piſanum eſſe Præſulem diuerſæ Prouintiæ ſecundum diuiſionem Prouintiarum ab Apoſtolis factã, iuxta Romanorum diuiſionem. 156.*n.* 14.

Pontifex in illis Indultis ad Piſanum, eſt potius dicendum, quod ignorauerit alios defectus Indultorum, vel quod ob importunitatem petentium Indulta conceſſit. Ibidem.

Pontifex Romanus viuos ſolùm ordinat Epiſcopos, & Primates, Turritanus modernus Archiepiſcopus etiam mortuos his titulis exornat. 86.*nu.* 3.

Pontifices Romani in primis ſæculis, Archiepiſcopi ſumpſerunt nomenclaturam. 45. §.1.*nu.* 4.

Pontifices Summi nominãt, & tractant Archiepiſcopum Calaritanum, *tamquam Primatem.* 53.*nu.* 6.

Pontifices ſolebant antiquitùs, ſolo Metropolitani nomine cohoneſtare Primates. 104.*nu.* 3.

Pontifices tollere à Calaritano *ſuum ius antiquum acquiſitum, per aſſiſtentiam iuris, & immemorialem obſeruantiam, & poſſeſſionem dignitatis, & iuriſdictionis, tot tantiſque actibus exercitæ, nõ eſt credendum.* 157.§.1.*nu.* 1.

Pontifices conſtituerũt Imperatores, & Primates Eccleſiæ Confalonerios tamquam tutores, & protectores, qui armis, eius iura defenderent. 182. *num.* 2.

Pontifices conſueuerunt concedere ſuas vices in Prouintijs, & ſuam perpetuam delegationem ferè omnibus Primatibus, ratione cuius dicebantur Legati nati. 178. *num.* 4.

Poteſtas ordinandi, & creandi Epiſcopos in Sardinia fuit ordinaria in Calaritano, non ſpecialiter delegata, vt manifeſtè declarat illa particula Epiſtolæ D. Gregorij hortamur. 100. *num.* 2.

Poteſtas conceſſa à D. Gregorio Papa ordinandi Epiſcopum Pauſaniæ, non fuit ad petitionem Calaritani, vt videtur autumare Turritanus. 101.*nu.* 3.

Poteſtas iudiciaria prima, & ſuprema reſidet Calari, in qua eſt magnũ forum cauſarum, in cauſis maioribus, & meri Imperij, prouocatur ad Vrbem Calaritanã à Saſſaritana, Arborenſi, alijs Vrbibus, & oppidis totius Regni. 195.*nu.* 3.

Præceptum B. Petri Apoſtoli circa Prima-

tum,

tum, cuius B. Clemens meminit in Epiſtola ad Iacobum Fratrem Domini, Calari non exequtioni mandaſſe in re tam graui pertinente ad Hierarchiam Eccleſiaſticam, non eſt veriſimile. 50. nu. 4.

Præcedentia Calaritani in omnibus Comitijs generalibus Regni, vbi tanquam Primas ius dicit promulgando Cenſuras Excommunicationis maioris, quæ eſt præcipuus gladius Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. 131. nu. 3.

Præcedentia Calaritani in Concilio Lateranenſi I. arguit Primatialē dignitatem, non autem antiquius. 93. nu. 5.

Præcedentia dignitatum ex ordine ſeruato in citatoria Concilij Viennenſis, nō poteſt colligi, quia in eo Patriarchæ maiores nouiſſimum locum obtinebant. 99. nu. 1.

Prætores, & Conſules Romani reſidebant in Sardinia, illamque gubernabant, idcirco Calaris tanquam Primaria, nuncupata fuit Vrbs Ciuium Romanorum. 21. nu. 5.

Primas primo modo ſummitur pro ea Sede cuius Ciuitas ſecundum à Metropoli locū habebat, vt inter Arelatenſis Prouintiæ Ciuitates Prima Sedes vocatur Maſſilia, non quod Metropolis haberetur, ſed quia erat Prima poſt Arelatum Metropolim. 119. nu. 2.

Primas ſecundo modo dictus fuit, qui inter Prouintiales, Epiſcopalis honoris æuo, alios antecedebat, quem etiam, Primatem appellari ſolitum conſtat. 119. nu. 4.

Primas tertio modo dictus non dignitate Sedis, neque ordinationis, ſed vitæ melioris meriti. 119. nu. 4.

Primas quarto modo accipiebatur pro antiquiori Sede Vrbis Metropolis Prouintiæ, qua ratione D. Athanaſius vocauit Paulinum Epiſcopum Primariæ Vrbis Galliæ, nempe Belgicæ, cuius Metropolis erat Treueris Sedes Paulini, qui tamen non fuit verè Primas. 120. nu. 3.

Primas ille ſolus fuit nuncupatus, qui Metropoliticam, & Patriarchalem dignitatem, & iuriſdictionem inter omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos illius Prouintiæ obtinebat. 120. nu. 6.

Primas appellabatur in Africana Eccleſia, qui inter Prouintiales, Epiſcopalis honoris æuo, alios antecedebat, idque clarè demonſtrat decretum Milleuitanæ Synodi, 50. nu. 2.

Primas Aquileiæ in Italia nō habet Metropolitas, ſiuè Archiepiſcopos ſibi ſubditos, ſicut nec Mediolan. nec Rauennat. qui antiquitùs nullos habebant Archiepiſcopos ſuffraganeos. 191. nu. 4.

Primas erat illius Prouintiæ Antiſtes in Africa, qui antiquitate ordinationis reliquos antecedebat. 125. nu. 2.

Primas non per Villas, ſed in vna Ciuitate reſideat, vt melius donatyſtis reſiſtere poſſit inquit D. Gregorius Papa ſcribens ad Exarchum Africæ. 125. nu. 3.

Primarij Gentilium Sacerdotes in Metropolibus Vrbibus ſuas Sedes habuerunt; minores verò in minoribus Ciuitatibus. 10. num. 5.

Primatialis dignitas viguit tàm in Orientali plaga, quam in Occidentali. 8. nu. 1.

Primates nuncupati fuere, qui maximarum Ciuitatum Epiſcopi eſſent, Patriarchæ verò, qui Sedium Apoſtolicarum. 7. nu. 4.

Primates, Principes, & Metropolitani Diæceſeon, Primæ Cathedræ, & Sedis Epiſcopi, & exarchi fuerunt nuncupati. 7. nu. 4.

Primates inſtituti ſunt in omnibus Prouintijs Africæ, ſinguli in ſingulis Prouintijs, quarum vna fuit Sardinia. 8. nu. 5.

Primates Orientales, Cæſarea, Ponti, Epheſi, Heraclea, Theſſalonicæ, & reliqui, quibus multi Metropolitani ordinario iure ſubijciebantur, nomine Archiepiſcopi gaudebant, videlicet primi ordinis. 13. ſ. vnico nu. 6.

Primates inſtituti ſunt in omnibus Prouintijs Africæ propter longinquitatem, & difficultatem aliò adeundi, vt illis ius diceretur. 124. nu. 1.

Primates congregabant Concilia, mittendo Epiſtolas tractatorias ad Epiſcopos, qui ad Cōcilium vocabantur, & obibant alia munia Primatis, propter quæ fuerat inſtituta talis dignitas in ſingulis Prouintijs. 125. nu. 5.

Primates Africani, primæ Sedis Epiſcopi dicebātur, eiſque nullus amplior titulus dari poterat. 129. nu. 5.

Primates Conſtituebantur in Africa, non ſecundùm potentiam alicuius Ciuitatis, ſed ſecūdum tempus ſuæ ordinationis. 50. nu. 2.

Primatus ſemper fuit fixus in Calaritano in violabili tenore omnium ſeculorum. 127. nu. 10.

Primatus Calaritani non corruit, vel euanuit poſt Eccleſiarũ Metropolitarum erectionem, ſicut per erectionem ſimilium dignitatum non corruerunt Patriarchatus Antiochenus, & Alexandrinus. 130. num. 2.

Primas Seruiæ ponitur inter Archiepiſcopos tempore Iulij III. poſt Turritanum. 99. nu. 12.

Primatus, & Delegatio Apoſtolica diuerſa ſunt, & omnino ſeparabilia. 180. nu. 8.

Primatus Calaritani Archiepiſcopi probatur auctoritate Summorum Pontificum. 51. nu. 1.

Primatus Calaritani probatur teſtimonijs antiquorum Conciliorum generalium. 55. nu. 1.

Primatus Calaritani probatur teſtimonijs Sanctorum Patrum, & aliorum Doctiſſimorum Auctorum. 57. nu. 1.

Primatus Calaritani probatur teſtimonio inſcriptionis antiquiſſimi marmoris. 60. nu. 14.

Primatus Calaritani probatur ex antiquis enunciatiuis, & modernis Archiepiſcoporum Calaritanorum. 62. nu. 1.

Primatus Calaritani probatur teſtimonijs Catholicorum Regum Hiſpaniarum. 65. num. 1.

Primatus Calaritani probatur in Comitijs generalibus, & atteſtatione totius Regni Sardiniæ. 73. nu. 1.

Primatus Calaritani probatur ex Seſſione, & ſubſcriptione in antiquis Concilijs generalibus. 77. nu. 1.

Priuilegium Imperatoris Caroli V. conceſſum in fauorem Eſtamenti Eccleſiaſtici Vrbis Calaritanæ, quod quãdo fuit oſtenſum Dõ Idelfonſo de Lorca Archiepiſcopo Saſſaritano, fertur dediſſe manus. 64. n. 14.

Priuilegiũ conceſſum Piſano reſpectu vnius Prouintiæ non extenditur ad alias. 156. num. 15.

Priuilegium Confalonis, ſoli Archiepiſcopo Calaritano contulit Regia Hiſpaniarum Maieſtas, & ſuum Supremum Conſiliũ, in eius fauorem declarauit. 189. num. 11.

Priuilegium Regni Sardiniæ fuit conceſſum Iacobo Regi II. Aragonum à Bonifacio VIII. ita tamen, quod educeret illud de manibus Piſanorum, & aliorum occupãtium illud. 164. nu. 2.

Proreges, & Capitanei generales cũ ſuis Regijs Cõciliarijs, in Vrbe reſidẽt Calaritana, tanquam capite aliarum Sardiniæ. 22. nu. 8.

Proſeliti à Iudæis natiuis non diſtinguebãtur. 28. §. 2. num. 6.

Proteſtatio Doctoris Antiochi Vſai Canonici Alguarenſis, Commiſſarij S. Inquiſitionis, & Procuratoris Archiepiſcopi Calaritani ad extractionem quarundam litterarum Turritani, vi litterarum Apoſtolicarum compulſorialium. 215.

Prouintia vna, ea eſt, quæ habet decẽ, vel vndecim Ciuitates, & vnũ Regem, & totidẽ minores Poteſtates ſub ſe, & vnum Epiſcopum, alioſque ſuffraganeos decem, vel vndecim Epiſcopos, dixit Pelagius epiſtola I. ad omnes Epiſcopos. 12. §. vnico n. 2.

Prothogenes Archiepiſcopus Calaritanus, inuenitur in Concilio Niceno primo. 161. dictus admirabilis inter duodecim illos Patres, Patriarchas, & Primates. 79. n. 1.

Prothogenes Archiepiſcopus Calaritanus, fuit appellatus Epiſcopus Sardiniæ in Cõcilio Sardicenſi. 55. nu. 1.

Protogenes habuit locum in Concilio Sardicenſi, vti Archiepiſcopus Calaritanus, & Primas Sardiniæ. 91. nu. 12.

Prothogenes in Epiſtola Synodali Concilij Sardicenſis, ſubſcriptus fuit Epiſcop. Sardiniæ. 80. num. 3.

Prothogenes Archiepiſcopus Calaritanus, eſtò nũcupetur Epiſcopus Sardicenſis, fuit per errorem Amanuentium ſcribentium loco Sardinienſis in Sardinia, Sardicenſis in Dacia, vt optimè notarunt Illeſcas, & Fara. 80. nu. 2.

Prothogenes non fuit Epiſcopus Sardicenſis in Lydia, non Epiſcopus Serdicæ Thraciæ, nec fuit Epiſcopus Sardẽſis in Sclauonia. 80. 84. nu. 3. vſque ad 13.

Prothogenes, qui interfuit Concilio Niceno, nõ potuit eſſe Epiſcopus Turritanus, quia viuebat Gaudentius, vt aſſerunt ipſimet Saſſaritani, neq; eiuſdem Eccleſiæ ſimul, & eodem tempore poterant eſſe duo Epiſcopi. 88. num. 6.

S. Prothus Turritanus ſolùm fuit ſimplex Sacerdos. 86. num. 4.

S. Prothus Turritanus, vt ſimplex Sacerdos depingatur, ſic deciſum fuit à Sacra Congregatione Cardinalium, anno 1637. 86. num. 4.

Q

Quatuor fuere Patriarchæ Maiores, ſcilicet Alexandrinus, Antiochenus, Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus. 6. nu. 3.

Quatuor Patriarchæ Maiores ſubſcripſiſſẽt in fine Conc. Lateranenſis 1. ſi poſt finitũ Concilium aduenissent, vbi dicitur poſt Synodum conſentiẽtes ſubſcripſerunt, primus Mediolanenſis, quia prior aduenit, deinde Calaritanus nouiter Conſecratus, ſcilicet Iuſtinus ſuffectus in locũ Deuſdedit, vita functi. 94. nu. 7.

Quatuor Patriarchæ Maiores ſubſcripſerũt in Concilio Trullano poſt deſignatum locum ſubſcriptionis Romani Pontificis, In hoc Concilio, primo loco ſubſcripſit Iuſtinianus Imperator minus modeſtè, quã eius Pater, qui in ſexta Synodo vltimus ſubſcripſit. 96. nu. 3.

Quintius, vel Quintianus Archiepiſcopus Calaritanus non interfuit, Concilio Arelatenſi ſecundo, errauit Franciſcus Fara hoc affirmans lib. 1. de Rebus Sardois. 24. num. 2.

Quintius, vel Quintianus Archiepiſcopus Calaritanus fuit præcipuus Metropolitanus Sardiniæ, & Epiſcopus primæ Sedis. 23. nu. 1.

Quintius, vel Quintianus Archiepiſcopus Calaritanus interfuit Concilio Arelatẽſi primo. 24. nu. 2.

Quintianus fuit Archiepiſcopus Calaritanus pro Prouintia Sardiniæ, aſſerit Frãciſcus Fara. 24. nu. 3.

R

Rauennas, vti Primas habuit primum locum poſt Aquileienſem in Concilio Romano celebrato ſub Clemente II. 92. num. 2.

Redeolíues Notarius Curiæ Turritanæ numerat decem primos Archiepiſcopos Turritanos, vſque ad annum 659. poſtquam continuat ſeriem ab anno poſt milleſimũ, vſque ad præſens, ſed iſta numeratio nullam veriſimilitudinem continet. 86. n. 1.

Reges Hiſpaniarum ſemper recognouerunt Primatem ſui Regni Sardiniæ Archiepiſcopum Calaritanum, & non alium vnquam, neque Turritanum, neque Arborenſem. 121. nu. 8. & 65. nu. 1.

Regiæ epiſtolæ miſſæ ad Proregem Sardiniæ, præcipientes Turritano, & Arborenſi, vt nullo modo ſe intitulent Primates. 67. vſque ad 72.

Regnum Sardiniæ in Comitijs generalibus teſtatum fuit ſemper de iuriſdictione Primatiali Calaritani. 131. nu. 3.

Regnum Sardiniæ ſub ditione Regum Aragoniæ, & Hiſpaniæ, vſque hodie fœliciter durat, fœlicius in poſterum durabit. 164. num. 4.

Regnum Sardiniæ ab vrbe Calari, eius capite, Calaritanum nuncupatum. 18. n. 4.

Rex Iacobus II. qui primus Regum Aragoniæ fuit Inſula potitus. 18. nu. 5.

Rex Idelfonſus ſucceſſor Iacobi II. Regis Aragoniæ, voluit ſibi retinere Calarim tamquam Vrbem præcipuam Inſulæ. 18. num. 5.

Rex Hiſpaniarum ſcripſit epiſtolam Proregi, & Regiæ Audientiæ Sardiniæ præcipiens eis, vt admonerent, & ordinarent Archiepiſcopo Turritano, Regio nomine, vt deleret à ſuis litteris, & ſcriptis titulũ Primatis nouiter vſurpatum. 66. nu. 3.

Rex Hiſpaniarum non conſentiret, vt Piſanus Hethruriæ Præſul, atque adeò Prouintiæ Principis temporalis extranei iuriſdictionem ordinariam exerceret, quantumcunque Eccleſiaſticam in ſuo Regno Sardiniæ. 167. §. 2. nu. 14.

Rex Hiſpaniarum Philippus III. reuocationem Turritani, & ſuffraganeorum tituli Primatis Sardiniæ nouiter vſurpati, vnà cum Epiſtola, quæ vocatur de ebreentia, &c. Miſit Pontifici Maximo. 65. nu. 1.

Rex Philippus III. Hiſpaniarum ſcripſit epiſtolam, qua iubebat Turritano, & alijs, vt datas procuras reuocarent tituli Primatis Sardiniæ nouiter vſurpati, & defacto reuocarunt, & deſtiterunt coram ſua Catholica Maieſtate. 65. nu. 1.

Reſcripta obtenta ob inaduertentiam iuris, vel facti, vel ob importunitatem petentium ſunt nulla, præcipue quando ſunt contra ius Summorum Pontificũ, & Conciliorum. 155. nu. 12.

Reſcripta adeò ſunt inualida in præiuditiũ iurium tertij, vt neque per generalem mentionem, & tacitam reuocationem illorum validentur. 158. §. 1. nu. 18.

Reſ-

Reſcripta reſpectu Prouintiæ Turritanæ nõ præiudicãt Primatui Calaritani Archiepiſcopi, licet eſſent vera, quia eſſent facta, vel obtenta in odium Calaritani, vt ſaltim indirectè Turritanus ab illius iuriſdictione ſe eximeret, & illius iuribus præiuditium inferret. 160.§.2.nu.24.

Reſcripta abintio valida inualidantur ob graue præiuditium de nouo ſuperueniens. 158.§.3.nu.18.

Reſtauratio totius Inſulæ Sardiniæ pendet à Republica Caſtri Calaris 18.nu.5.

Reſtitutio, quod ſit facta Vrbi Piſanæ dignitatis Archiepiſcopalis cum omnium Indultorum confirmatione non conſtat in forma probanti, & poſt illam fuit Piſanus iterum priuatus. 165.§.1.nu.1.

Robertus Benauentanus fuit aduocatus Piſani in lite Primatus, & dicit eſſe Primatem Clientulum ſuum, quod idem dicit in lite Toletani, & Bracaren, & in ſimilibus cauſis Primatus; non eſt mirum, cum quilibet aduocatus ſoleat fauere, & defendere clientulum ſuum, licet illi, nõ fauorabilis, ſed ſententia contraria eueniat. 162.§.3. num.32.

Roma noua dicta Conſtãtinopolis, quæ præfuit Orienti, Roma vetus Orienti, & Occidenti, hi in varias Prouintias diuiſi, quas Regiones tractus, & diœceſes nuncuparũt 6.num.1.

S

SAcerdos Cardinalis in Eccleſia Squillatina fuit Epiſcopus illius, non Cardinalis Romanus, ſed Primus, & Magnus Sacerdos in ſua Eccleſia. 138.nu.18.

Sampſuſius Turrenſis Eccleſiæ non fuit Turritanus Sardiniæ, licet hunc Sampſuſium dicant Saſſaritani ſuum fuiſſe Archiepiſcopum. 88.nu.7.

Sampſuſius fuit Epiſcopus vicinus Hiponi ex Prouintia Bizancena Africæ, non verò ex Turritana Sardiniæ. 89.nu.8.

Sardinia fuit Prouintia Proconſularis tempore Romanorum multis annis antea, & poſt prædicationem Apoſtolorum. 194. num.2.

Sardinia tempore Iuſtiniani Imperatoris, facta fuit Prouintia Præſidialis, hoc non ſuſtulit Primatum, ſicut nec in Numidia, & Mauritania Sitifenſi, quæ fuerunt Prouintiæ ſolùm Præſidiales, & ſuos Primates habuerunt. 195.nu.2.

Sardinia fuit de nouo aggregata Prouintijs Africæ à Iuſtiniano Imperatore poſt annum quingenteſimum. 46.§.1.nu.5.

Sardinia fuit à Vandalis occupata ab anno. 471. *vſque ad* 530. 47.§.1.nu.10.

Sardinia vnica Prouintia nuncupatur ab omnibus Concilijs. 49.§.2.nu.16.

Sardinia hodie intra ſuos ſola fines, tres claudit Metropolitas, nimirùm Calaritanum, Arborenſem, & Turritanum, quorum omnium Princeps, & Primas eſt Calaritanus, 59.nu.5.

Sardinia immenſo, & feliciſſimo Catholicorum Regum Imperio eſt copulata. 65.n.1.

Sardinia eſt Prouintia Occidentalis ſecundùm diuiſionem Romani Imperij factam à Conſtantino Imperatore .81.nu.3.

Sardinia fuit vna ex Prouintijs Africæ, ac proinde ad Exarchum Africæ pertinens. 126.nu.6.

Sardinia propter Vandalorũ vaſtationem à Iuſtiniano poſtea fuit ſolũ Præſidialis effecta, ſicut Numidia, & Mauritania, quas ſuos habuiſſe Primates conſtat. 126. nu.6.

Sardinia non fuit facta Prouintia Africæ, niſi à Iuſtiniano, poſt Africam à Tyranide Vandalorum liberatam. 126.nu.7

Sardinia eo ipſo, quod facta eſt Prouintia Africæ, veriſimillimum eſt, tunc habituram Primatem, ſicut ſingulæ Prouintiæ Africæ ſuos habebant Primates. 126. num.7.

Sardinienſis nomen, neque à Sardis Lidiæ, neque à Sardica Traciæ deriuari poteſt, bene tamen à Sardis Lidiæ, vel à Sardica Thraciæ nomen Sardicenſis poteſt deriuari. 96.nu.2.

Sardinienſis nomen, non niſi à Sardinia poteſt deriuari, ſicut ab Hiſpania Hiſpalenſis à Numidia Numidienſis. Ibidem.

Sardis erat Caput Lidiæ, & Sancto Clementi Epiſcopatus Sardeon, Lidiæ primùm attributus eſt, poſtea Epiſcopatus Sardiniæ. 32.§.4.nu.15.

Sardi, à Sardo Herculis filio traxere originem, & ab ipſo Sardi nuncupati. 32. §.4. num.16.

Sardiani à quodam Nepote Herculis iuxta Herodotum ſumpſere nomenclaturam, ex eodem nomine, Vrbs denominata, & Sardi vocati. 32.§.4.nu.16.

Sardica

Sardica Tracia, ſicut Sardis Lidiæ ſunt Orientales, Sardinia verò ſola Occidentalis ſecundum diuiſionem Romani Imperij factam à Conſtantino. 80. 81. *nu.* 3.

Sardica, iuxta Baronium à Philipoli, ſolo montis interſtitio eſt ſeparata. 81. *nu.* 4.

Sardica Tracia, quam Tryadizam ex Turcis Sophianus vocauit, non Sardica, ſed Serdica nuncupabatur, vt apparet in reſcripto Imperatoris Conſtantini, *conſignato illius anni Conſulibus ad Octauianum Hiſpaniarum* Comitem, *&c. datum pridie nonas Decembris, Sardicæ.* 81. *nu.* 5.

Sardica, vel Sardice, antiquitùs fuit appellata Serdica, *inde* Concilium Serdicenſe, *non* Sardicenſe *nuncupatum, licet corrupto vocabulo, & impreſſorum in curia contrarium acciderit, & Sardice pro Serdica dicta ſit.* 81. *nu.* 5.

Sarraceni, & alij, cum partem Vrbis Cala*ritanæ, & Baſilica* Sancti *Saturnini ſolo æquaſſent,* Calaritani *ad partem, tutiorem, & montanã, vbi hodie extructum eſt* Caſtrum *ſe receperunt, & ibi ædificarunt maiorem Eccleſiam, quæ hodie Sancta* Cæcilia *nuncupatur.* 192. *nu.* 2.

Saſſaritani ſignum Confalonis *ad* Confra*ternitatem* Confalonis *Vrbis Romanæ deferunt, ſed falluntur.* 189. *nu.* 11.

Saſſaritani moderni ſucceſſores vanam prætenſionem Confalonis *redintegrarũt.* 189. *num.* 11.

Saſſaritanus Archiepiſcopus manifeſte oſtendit quàm ieiunus ſit à vera notitia huius tituli Primatis Sardiniæ, & Corſicæ. 140. *num.* 1.

Saſſaritanus negat Primatum in Sardinia, ex alio capite litigat pro Primatu, vnde negat Primatum, & ponit Primatum, allegans autem contradictoria nõ eſt audiendus. 141. *nu.* 5.

Saſſaritanus confeſſus eſt in actibus iudicialibus Romanæ Curiæ, *anno* 1606. *quod nõ datur Primas in Sardinia, ergo ipſe non eſt Primas, nec poteſt eſſe Primas, cur ergo litigat pro Primatu.* 160. §. 2. *num.* 26.

Saſſaritanus probat ſe eſſe Primatem ex eo, quod habeat tres Epiſcopos ſuffraganeos, & non Calaritanus, *ſed hæc eſt nota ſolius Metropolitani, non verò Primatis.* 171. *num.* 6.

Saſſaritanus vtitur Confalone, quia aliquis ex Archiepiſcopis Turritanis fortè fuit Primicerius Confraternitatis Confalonis *Vrbis Romanæ, & ipſa Eccleſia Turritana illi aggregata, hoc dictum eſt cuiuſdam eruditi viri Saſſarenſis.* 181. *nu.* 3.

Scripta de Sancto Clemente *Papa non inueniuntur omnia apud Hiſtoricos propter Vandalorum, & Sarracenorum vaſtationem, antiquorum incuriam, & combuſtionem Archiui Calaritani.* 42. §. 7. *n.* 12.

Secretarius Curiæ *Archiepiſcopalis* Calari*tanæ in die celeberrimo Solij, quando in eius Throno ſedet Prorex, & Præſes generalis Parlamenti, aſcendens ſuper ſolium legit alta voce, & intimat cenſuram tenoris ſequentis, &c.* 108. *nu.* 3.

Sedes Calaritani *nõ eſt ſecunda in Prouintia Sardiniæ, nec prima poſt Metropolitanum, quia omnium prima eſt.* 120. *nu.* 2.

Sedes Calaritani *iam erat Metropolitica anno* 350. *qui ferè duobus ſæculis præcedit annum* 517. *in quo Fundague finxit Epiſcopum Turritanum fuiſſe primò factum, & nominatum Archiepiſcopum.* 48. §. 1. *nu.* 13.

Sedes Calaritani *eſt Prima, & antiquior Metropolis totius Sardiniæ Regni, quidquid ille Codex Saſſaritanorum cõtineat, adhuc veriſſima manet noſtra propoſitio. Ibidem.*

Sedes Calaritani *à primis ſæculis fixa in Sardinia, quam fæliciter occupauit primus omnium* Sanctus Clemens *Archiepiſcopus* Calaritanus, *qui fuit Romanus Pontifex, & Martyr, & vnus ex* 72. *Diſcipulis Chriſti Domini.* 205. *nu.* 2. & 24. *num.* 5.

Sedes Calaritani *incæpit anno* 46. *à Natiuitate Domini, ſecundus à ſede, ſeu Cathedra S. Petri Romæ, & quartus Imperij Claudij.* 24. *nu.* 4.

Sedes Calaritani *ſemper inuiolabiliter fixa permanſit in eodem loco, vbi nunc ſita eſt Vrbs* Calaritana. 191. *nu.* 5.

Sedes Calaritani *à Ianuario feliciter occupata, ex illa non ſolum Prouintiam* Cala*ritanam gubernabat ſed totam Inſulam, prouidebat Monaſterijs Monialium totius* Sardiniæ, *ex illa dabat Iudices in Prouintia ad lites diſcutiendas, finiendas, & determinandas, ex illa tanquam ex Primatiali Throno prouidebat negotijs grauioribus Eccleſiarum totius Regni, & ex*

illa

illa reformabat, & ordinabat omnes Eccleſias Sardiniæ. 106. 106. 113. 114. 102.

Sedes Calaritana erat Metropolis Sardiniæ anno 350. quo floruit Sanctus Lucifer eius Archiepiſcopus, nuncupatus Primariæ Vrbis Sardiniæ Epiſcopus, Metropolitanus Inſularum Sardiniæ, Paſtor Inſulæ Sardiniæ, & per Antonomaſiã Epiſcopus Sardiniæ. 44. 57. 16.

Sedes Calaritana fuit Prima Sedes Sardiniæ Regni nõ ſolum dignitate Vrbis Metropolis, ſed etiam antiquitate, & inſtitutione. 25. nu. 6.

Sedes Calaritani occupat octauum locum in ordine poſt Sedes quatuor Patriarcharum maiorum, & trium minorum, Macedoniæ, Ponti, & Cypri, glorioſus in illa Sedens Citonatus Archiepiſcopus Calaritanus ordinauit Eccleſiam Turritanam Sardiniæ. 90. 94.

Sedes Calaritani à Deuſdedit fæliciter occupata, in illa Sedens, in Cõcilio Lateranenſi primo præceſſit Rauennatem, qui erat vnus ex Primatibus Italiæ, & ſecundus à Romano Pontifice inter Primates, ſubſcripſit. 92. nu. 2. & 121. nu. 8.

Sedes Calaritani à Protbogene mirabiliter occupata, & decorata, qui ſedens in illa, & inuentus in Concilio Niceno, ibi fuit dictus admirabilis inter duodecim illos Patres, Patriarchas, & Primates, & in Cõcilio Sardicenſi fuit nuncupatus Epiſcopus Sardiniæ. 79. nu. 1. & 55. nu. 1.

Sedes Prima nuncupata Calaritana vnde Quintius vel Quintianus, qui interfuit Concilio Arelatenſi 1. appellatus eſt Epiſcopus Primæ Sedis Sardiniæ. 23. 24. num. 1. & 2.

Sedes Calaritani à Iuſtino, Ludouico, Benedicto, Thoma, & alijs multis fuit fæliciter occupata, ex illa mittebant Legatos ſuos, ad Synodos generales, ad generalia item Concilia. Thomas miſit ad ſeptimam Synodum Generalem, Legatum ſuum Epiphanium Diaconum, & Sanctus Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus, & Primas Sardiniæ miſit Legatum ſuum ad Concilium Alexandrinum. 114. nu. 3. & 3.

Sedes Regum fuit in Vrbe Calaritana, Supremum Tribunal, & Prima iudiciaria poteſtas, quæ in Capitibus Prouintiarum, & in Vrbibus maximis ſemper erant. 21. num. 5.

Sedes Turritana fundata 54. annis poſt Calaritanam, vt Turritanus autumat ex quo fundamento excluditur à Primatu Sardiniæ prætenſio Turritani, & Arborenſis, cum non habent primam Sedem. 26. num. 6.

Senior Epiſcopus in Conſecratione præcedit data paritate dignitatis, & ordinis, vt decretum fuit à Summo Pontifice adhibitis ſuffragijs Patrum illius Concilij Romani celebrati ſub Clemente II. in fauorem Rauennatis, quia æuo Conſecrationis, fortè tunc erat antiquior Mediolanenſi. 92. nu. 2.

Sententia lata fuit in Supremo Concilio Regiæ Maieſtatis, vt Archiepiſcopus Turritanus expoliaretur exercitio Confalonis, quod exequtioni mandauit Don Antonius de Cardona Prorex Sardiniæ, vigore Regij decreti. 189. nu. 11.

Sergius Pontifex Romanus ſub quo fuit celebratum Concilium Trullanum, noluit illi ſubſcribere, idcirco Iuſtinianus iuſſit illum adduci Romã, vinctum Conſtantinopolim, & conſtanter Pontifex voluntati Imperatoris reſiſtens, ab illo dimiſſus eſt. 98. nu. 7.

Simplex Sacerdos fuit Sanctus Protus Turritanus iuxta Martyrologium Romanũ, picturas modernas, & imagines antiquas S. Protbi, quæ ſunt ſimplicis Sacerdotis per totum Regnum, etiam in Vrbe Saſſaritana. 86. nu. 4.

Sindicus, & Primus Conſul Ciuitatis Calaritanæ Præſident omnibus aliarum Ciuitatum Regni, & prima ſuffragia dant in Eſtamento Regio. 20. nu. 7.

Sindicus vel Procurator Capituli Calaritani reſpectu Procuratorum aliorum Capitulorum totius Regni in Eſtamento Eccleſiaſtico habet præcedentiam. 20. n. 1.

Sixtus V. Pontifex Summus in quodam breui motu proprio, declarat Archiepiſcopum Calaritanum Primatem, & defenſorem Spoliorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, cui vti Primati Sardiniæ dictorum Spoliorum defenſio competit, ait Pontifex. 53. nu. 5.

Soter Romanus Pontifex anno 175. titulo Archiepiſcopi vſus eſt. 45. ſ. 1. nu. 4.

Statuæ poſitæ ſunt Tito Flauio Sabino Publicano, cum hac inſcriptione, bene functo munere Tellonarij. 29. ſ. 3. nu. 7.

Suffra-

Suffraganei in Sardinia non ſunt reſtituti Piſano, Epiſcopi Galtallinen, & Ciuitaten. ſed ſunt ſuffrganei Galtallinen. Calaritani, & Ciuitaten. Turritani. 168.

Summarium Iurium Primatus prætenſi à Piſano Archiepiſcopo circa Sardiniæ Primatum. 141. nu. 1.

Summarium donationis Turritani Archiepiſcopi Alberti Monachi S. Benedicti de Monte Caſſino, factæ Piſano, anno Domini. 1176. 143.

Sũmarium Epiſtolæ Innocentij III. ad Archiepiſcopum Turritanum. 150.

Summarium Epiſtolæ Honorij III. Archiepiſcopi, Epiſcopis, & Nobilibus Viris, Turritan. & Galluren. iudicibus per Sardiniam conſtitutis. 151.

Synagoga Romana in Sardiniam tranſlata fuit. 35. §. 6. nu. 23.

T

TEnor Epiſtolæ Sancti Gregorij Papæ ad Ianuarium Archiepiſcopum Calaritanum non eſt reſponſiuus alterius Epiſtolæ, vel petitionis Ianuarij, ſed potius ſupponit ſugeſtionem alterius, vel querelam negligentiæ illius ab aliquo factam, vt apparet ex verbis illis Epiſtolæ, &c. 301. num. 4.

Templum Iouis Capitolini, Amphiteatri, vel Coliſei erant tempore Romanorum notæ, & ſigna Vrbium, quæ erant Capita Prouintiarum, ſicut Capitolij, & Amphiteatri, ruinæ, quæ adhuc extant Calari, illam Maximam Vrbem, & Caput Sardiniæ denotant. 20. nu. 3.

Templum S. Gauini Turritani anno 537. nõ potuit ædificari à Comita Iudice Turritano, quia tunc non erant Iudices in Sardinia. 47. §. 1. nu. 8.

Temporale Sardiniæ dominium fuit ſub ditione Piſanæ Reipublicæ, idcirco dignitas Primatialis Archiepiſcopi Piſani fuit illi collata à Sede Apoſtolica, intuitu dominij temporalis, & obſequiorum, quibus Pyſana Reſpublica fuit, tàm de Sede Apoſtolica quàm de Chriſtiana Religione benemerita. 166. §. 2. nu. 11. & 13.

Terminus ille vſitatus à D. Gregorio Papa in ſuis Epiſtolis, Cardinalis, vel incardinandi ſignificat promotionẽ, ad aliquam primam dignitatem alicuius Eccleſiæ, ſcribens Archiepiſcopo Calaritano de compeſcenda ſuperbia liberati ait, ſi non eſt Cardinalis, fac eum Cardinalem; hoc eſt primum Canonicum, vel quid ſimile. 133. nu. 18. 19.

Terranoua olim Pauſanias nuncupata, eſt in extrema ora Sardiniæ ſita, Calari diſtans ſex dierum itinere, Corſicæ vicina, & ad Epiſcopatum Ampurienſem modo pertinens. 100. nu. 1.

Theodoritus, qui floruit circa annum 400. loquens de Sancto Lucifero in verſionibus factis de græco in latinum, ait. Lucifer Sardiniæ Inſulæ Paſtor, & eodem lib. ſic habet. Lucifer, qui ſortitus fuerat adminiſtrationem Sardiniæ Inſulæ, ecce iuriſdictionem Primatialem in tota Inſula autumat. 59. nu. 7.

Theodoricus Vice Comes Archiepiſcopus Piſanus viſitauit Sardiniam, non tamquàm Primas, ſed tamquã Delegatus Sedis Apoſtolicæ, fuit illi conceſſa Delegatio Sardiniæ ab Vrbano II. quæ ad Primatum non facit. 161. §. 2. nu. 27.

Tiberius Imperator anno Domini 20. expulit Iudæos Roma, eiſque Sardiniam Inſulam exilij ſedem attribuit, anno Chriſti 30. Clemens fermè erat annorum 25. vt eſſet Diſcipulus tempore exilij Iudæorum, probabile eſt Clementem fuiſſe ex his, qui Iudaicæ regionis cauſa, ſolũ vertere ſunt coacti. 30. §. 3. nu. 9.

Titulus Primatis Sardiniæ, & Corſicæ datus Archiepiſcopo Calaritano, conſtat ex varijs ſcripturis, Concilijs, & inſtrumentis aliorum. 64. nu. 13.

Titulus Archiepiſcopalis, non fuit datus Turritano in Concilio Niceno 2. anno 789. in eo Concilio ſolum fit mentio Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ, qui potius ſupponit pro Calaritano, quàm pro Turritano. 209. nu. 11.

Titulus Epiſcopi Sardiniæ, cum ſolùm conferatur Calaritano, & non Valentino Turritano in Concilio Lateranenſi primo, neceſſariò ſummendum eſt poſſeſſiuè, & non localitèr. 93. nu. 5.

T. Flauius, Sabinus, Publicanus, in Aſia celeberrimus, cui ſtatuæ poſitæ ſunt cum hac inſcriptione, bene functo munere Tellonarij. 29. §. 3. nu. 7.

Titus Flauius Sabinus, & T. Flauius Veſpaſianus Cæſar, ex T. Flauio Sabino, & Veſpa-

Veſpaſia Polla nati ſunt. 29.§.3.nu.7.
Titus Flauius Clemens Conſul, & Martyr natus ex filia Arij Clementis, & T. Flauio Sabino fratre Veſpaſiani. 33.§.4.num.18.
Titus Flauius, Fauſtus, Arius, Clemens, primus ex Ethnicis, qui Hebræis crediderũt, Chriſto credidit. 33.§.4.nu.18.
Titus Flauius Clemens, vel ipſe in Sardinia iuuenis ſtipendia fecit, vel eius conſanguinei, aut ſectæ Iudaicæ participes, atque adeò cum poſteà Sardici nominis curam ſuſceperit, manifeſtè indicatur, eum Sardiniam prius attigiſſe, in eaq; aliquot annis vixiſſe. 31.§.3.nu.10.
Titus Flauius Clemẽs Iudaicæ ſectatus, vrbe pulſus exulauit, atque vel in Sardiniam prius, vel rectà, in Aſiam Sabini Patrui, publicani fama, opportunam, & Hieroſolymam venit ibidem.
Tolerantia Summorum Pontificum ſola ſufficit ad inducendam dignitatem Primatis in Eccleſia, & maximè accedente aſſiſtentia iuris, vt in Eccleſia Calaritana. 54.nu.7.
Thomas Archiepiſcopus Calaritanus nuncupatur Epiſcopus Sardiniæ in ſeptima Synodo generali Nicena. 2.56.nu.2.
Thomas Archiepiſcopus Calaritanus miſit ad ſeptimam Synodum generalem, Legatum ſuum Epiphanium Diaconum, qui in omnibus actionibus appellatur, vicem agẽs Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ. 114. num.4.
Thomas Archiepiſcopus Calaritanus, qui in ſeptima Synodo generali nuncupatur Archiepiſcopus Sardiniæ per Antonomaſiã, & in ea habuit ſuum Legatum, quod erat proprium munus Primatis, falſum eſt fuiſſe Antiſtitem Turritanum. 89. nu. 12. & 121. nu. 8.
Traditio immemorialis eſt, ſolum Archiepiſcopum Calaritanum fuiſſe exiſtimatum, nuncupatum, & habitum pro Primate huius Sardiniæ Regni. 73.nu.2.
Traſlatio Maioris Eccleſiæ Calaritanæ, à Baſilica Sancti Saturnini ad Templum Sãctæ Cæciliæ nõ indiguit reſcripto Apoſtolico; ſed ſola auctoritate Ordinarij, quia fuit intra eandem Vrbem. 192.nu.9.
Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, materia fidei, conuerſionis Idolatrarum, & punitionis illorum, in Sardinia, prius Calari inſtitutum, & erectum fuit. 173.9.
Tridentina Synodus ſtatuit, quod per ſeſſionem nulli præiudicatur in ſeſſionibus, & præcedentijs locorum, & ſubſcriptionum, & quod attenderetur antiquitas Confœcrationum, non verò Eccleſiarum, vel dignitas earum. 172.nu.8.
Turres, in ea parte Calabriæ Italiæ, iuxta Prouintiã ab antiquis dictam Magnam Græciam propè Apuliam in Brutijs, ſita eſt inter Coſentiam, & Vibonem, vel Hipponium dictũ à Romanis vibo. 135.nu.10.
Turris Libiſonis in Sardinia nuncupabatur Colonia Romanorumq; quæ fuit 3. ordinis, vel forte 4. eodem tempore à Plinio Calaris fuit nuncupata Vrbs Ciuium Romanorum, & ideò primi ordinis; omninò diuerſa ſunt Libiſonis, & Libiſoſon. 2021. num.4.
Turritanus à Turri Libiſonis in Sardinia dictus; Turritanus in Africa à Turri Albadicebatur. 211.nu 14.
Turritanus Archiepiſcopus Alepuſius, cum vacaret Sedes Calaritana proprio Paſtore, Titulum Vexillarij Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod Calaritano inuiderat, propria ſibi auctoritate vſurpauit. 184. num.7.
Turritanus Archiepiſcopus Albertus, & ſi nuncupauerit Villanum Archiepiſcopum Piſanum Primatem Sardiniæ, in inſtrumento donationis, anni 1176. *non fuerũt vſu recepta indulta.* 159.§.2.nu.20.
Turritanus ſicut dictus à Turribus, ſiuè in Sardinia, ſiuè in Africa, ita Thuritanus à Thuris, quæ vt conſtat ex Hortelio, Vrbs eſt in Arabia; diuerſitas nominum diuerſitatem locorum inducit. 89. nu.9.
Turritanus non interfuit Concilio Lateranenſi primo, tamquam Primas. 99.nu.12.
Turritanus anteà erat Calaritano ſubiectus iure ordinario, & ordinabatur ab illo, prout de alijs Epiſcopis Sardiniæ in hoc ſecundo libro probatur. 103.nu.10.
Turritanus, & Ampurienſis, qui ſunt in alia extrema parte Sardiniæ, erant ſuffraganei Archiepiſcopi Calaritani. 104. num.2.
Turritanus, ſi fuiſſet Primas, illi ſoli, & non Calaritano, ſcripſiſſet Pontifex Maximus S. Gregorius de negotijs grauioribus Eccleſiarum totius Sardiniæ Regni, ſed ſoli Ianuario Archiepiſcopo Calaritano ſcripſit 19. *epiſtolas de grauioribus nego-*

Nn tijs

tijs Eccleſiarum Sardiniæ, præter alias ſcriptas ad alios Archiepiſcopos Calaritanos, ergo non Turritanus, ſed Calaritanus fuit Primas. 116. nu. 6. & 7.

Turritanus recognouit tanquàm ſuum Primatem, Piſanum Archiepiſcopum, vt eximeret ſe à Calaritano, & in huius recognitionem, fecit donationem quorumdam iurium, & redituum Hoſpitali Piſarum, vt refert Viuianus, & conſtat in productis in hac cauſa à Piſano, Turritanus igitur nõ fuit, nec poteſt eſſe Primas. 138. num. 22.

Turritanus, & Arboren. non miſerunt Legatos ad Concilia generalia, neque fuerũt Antonomaſticè nuncupati Epiſcopi Sardiniæ, neque alia, quæ ſunt propria munia Primatis obierunt, ergo non ſunt, nec vnquam fuerunt Primates. 134. nu. 1.

Turritanus fuit ſubditus Calaritani, & ab ipſo, ad Calaritanum, vti Primatem, appellabatur. 118. nu. 4.

Turritanus, & Arborenſis nunquam fuerũt nuncupati, & cogniti, vt Primates, neque vllum veſtigium iuriſdictionis Primatialis exercuerant. 133. nu. 1.

Turritanus, & Arborenſis non habent priuilegium Apoſtolicum, neque aſſiſtentiam iuris, neque fuerunt Archiepiſcopi Ciuitatum, quæ fuerint Metropoles, & Caput Regni Sardiniæ, quod ipſis non competit, ſed ſoli Calarit., neque habuerunt immemorialem poſſeſſionem huius tituli, & eius iuriſdictionis, ergo Turritanus, & Arborenſis non ſunt, nec fuerunt nec poſſunt eſſe Primates. 133. nu. 1.

Turritanus nouiter titulum Primatis huius Regni Sardiniæ vſurpauit. 65. nu. 2.

Turritanus monilibus ſemper ſurreptis Calaritanæ Eccleſiæ, ornauit ſuam. 86. nu. 2.

Turritanus, & Arborenſis à nullo Concilio, Sancto Patre, aut antiquo Auctore fuerũt antonomaſtice vnquam nuncupati Epiſcopi Sardiniæ. 85. nu. 15.

Turritanus Antiſtes, ſibi arrogat, in ſuo illo Cathalogo Protbogenem, & Thomam, Archiepiſcopos Calaritanos. 86. num. 2.

Turritanus, & Arborenſis ſe ipſos nuncuparunt Primates, hæc fuit moderna, & voluntaria vſurpatio huius tituli, à Turritano à 30. ab hinc annis, & ab Arborenſi, à 12. & hæc ſemper à Calaritano impugnata, & contradicta, à nemine totius Regni admiſſa; epiſtolis Regie, cum Conſilio Senatus Supremi reprobata, à Regijs Miniſtris in eorum litteris, & titulis expunctis, igitur nullatenus illis ſuffragari poteſt, & per conſequens, nec poſſident, nec præſcribunt. 133. nu. 1.

Turritanus, & Arborenſis in Concilijs generalibus nunquam ſe ierunt inter Primates, vt conſtat ex illis, neque ordinarũt Eccleſias, neque fuerunt ad eos delata maiora negotia Eccleſiarũ totius Regni Sardiniæ, nec nominarunt, nec dederunt Iudices in illo, ergo non ſunt Primates. 134. num. 3.

Turritanus, vel Turritana Eccleſia, vt refert Fara Auctor Saſſaritanus, Priuilegijs Martini I. obtinuit exemptionem, ergo eius Antiſtes nunquam fuit Primas, quia exemptio ſupponit ſubiectionem alteri Prælato Prouintiæ, quæ repugnat Primati. 134. nu. 5.

Turritanus Archiepiſcopus, vt probaret ſe eſſe Primatem adduxit ſecum Romam quamdam imaginem fictam Sancti Proti Turritani, veſtibus Pontificalibus, cum mitra, & Cruce Patriarchali ornatam, exiſtimat (ſed falſò) D. Protbum, fuiſſe Archiepiſcopum Turritanum. 139. num. 1.

Turritanus, quo titulo fuit, & ſibi arrogat eſſe Primatẽ Sardiniæ, & Corſicæ, ſi vnionẽ in Spiritualibus Sardiniæ, & Corſicæ de nouo factã ab Vrbano II. poſt annum 1000. ſoli Piſano defertũ Ibidem.

Turritanus in Concilio Lateranenſi primo ſubſcripſit, & ſedit inter Epiſcopos, poſt Epiſcopum Piſanum, qui vſque ad annũ 1112. non fuit Archiepiſcopus, & Calaritanus in illo Concilio ſubſcripſit, vt Primas, & locum habuit vt Primas inter reliquos Primates. 134. nu. 4.

Turritanus Archiepiſcopus exiſtimat Sanctum Protbum fuiſſe Archiepiſcopum Turritanum, anno 290. 130. nu. 1.

Turritana Eccleſia habuit Epiſcopum ad annum circiter 590. in quo inyt Pontificatum D. Gregorius Papa, vt conſtat ex Epiſtola 59. de alijs anterioribus à Turritanis aſſertis, nullatenus conſtat, imò cõtrarium. 138. nu. 21.

Turritanus, & eius ſuffraganei deſtiterunt à vana eorum prætenſione, quam contra Cala-

Calaritanum de Primatu prius intentarunt, in cuius comprobationem ſuas procuras reuocarunt. 65.*nu.*1.

Tuſdritanus, ſiuè Tuſdritenſis, vnus eſt ex Epiſcopatibus Africæ ſuffraganeis Carthaginenſis, & licet in illo Concilio Carthaginenſi ponatur Gaudentius Tuſdritanus, in margine Turritanus, magis textui, quàm margini credendum eſt, & ſi illa nota marginis eſſet vera, intelligenda eſt de Epiſcopo Turris Albæ Africano, & ſuffraganeo Carthaginenſis.211. *num.*14.

Tutela Eccleſiæ, atque victoria deſignatur per Vexillum, ideò Pontifices conſtituerunt Eccleſiæ Confalonerios, ſeu Vexilliferos, Imperatores, & Principes viros, tutores, & Protectores, qui armis, Eccleſiæ iura defenderent. 182.*nu.*2.

V

V*Alentinus ex decē illis antiquis Epiſcopis allatis in Cathalogo Turritano, ſolus habet probabile aliquod fundamentum, quod fuerit Epiſcopus Turritanus Sardiniæ, quia inuenitur in ſubſcriptionibus Concilij primi Lateranenſis, potuit eſſe Turritanus Italiæ in Calabria Epiſcopus, propè Magnam Græciam.* 90.*n.*14.

Valentinus interfuit Concilio *Lateranenſi, vt vnus ex* Sardinia *Epiſcopus, repertus* 161.*in infimis ſubſcriptionibus, non verò interfuit, vt Sardiniæ Epiſcopus, vti Archiepiſcopus* Calaritanus, Deuſdedit Epiſcopus Sardiniæ dixit, *poſſeſſiuè, & tamquam Primas.* 93.*nu.*5.

Valentinus Epiſcopus Turritanus, qui interfuit Concilio *Lateranenſi primo, numquam fuit decoratus titulo Epiſcopi Sardiniæ, ſed* Calaritanus Deuſdedit *Epiſcopus* Sardiniæ *nuncupatur, in* Concilio *Trullano,* Calaritanus, *appellatur Epiſcopus Sardinienſis, in ſeptima Synodo generali Nicena ſecunda Thomas vocatur, Epiſcopus Sardiniæ, in ſubſcriptionibus Epiphanij.* Epiphanius Locūtenens Thomæ Archiepiſcopi Sardiniæ. 55.56.*nu.*1.

Varietas ſecundùm antiquiorem Conſecrationem in Prouintijs Africæ introducta fuit, circa Primates q̃ cōſuetudo viguit in ſolis Epiſcopis inter ſe, non verò reſpectu Metropolitani. 128.*nu.*11.

Varietas Saſſaritanorum circa Gaudentium. *Epiſcopum Tuſdritanum, vel vt alij dicunt Turritanum, ſed non Turritanum in* Sardinia, *ſed Turritanum in Africa, quem volunt ſuum fuiſſe Archiepiſcopum Turritanum* 210.*nu.*14.

Verba indultorum Pontificum ad Piſanum de Primatu ſuper Prouintias Calaritanen, & Arboren, vt potè, datum, concedimus, & cōfirmamus *important cōfirmationem præſupoſitæ conceſſionis, & verbum datum non ſtat demonſtratiuè ſed conditionaliter, & limitatiuè.* 152. *nu.*2.

Verba Indultorum Summorum Pontificum ad Archiepiſcopum Piſanum, Primatus Calaritan. & Arboren. ſunt confirmationes, & non primæ conceſſiones, & ideo inualida cum non detur prior conceſſio. 154.*nu.*7.

Veri Præsbiteri Cardinales *in apice huius dignitatis cōſtituti fuerunt, & ſunt Preſbiteri Eccleſiæ Romanæ, in quibus Preſbyter, ſiuè Diacanus antiquior alijs, in aliqua ſuarum Eccleſiarum vocabatur Cardinalis à Cardine ſiue culmine, quia erat primus, & maior illis.* 137.*nu.*18.

Verus Primatus inſtitutus fuit à B. Petro Apoſtolo in Sede Calaritana, ſicut in omnibus Ciuitatibus Metropolibus Prouintiarū fuit introducta, & exequtioni mandata ordinatio S. Petri, vt inſtituerentur Primates. 59.*nu.*3.

Veſtigia iuriſdictionis Calaritani, *extant plurima, etiam poſt erectos Metropolitanos Turritanum, & Arborenſem, & per erectionem harum Eccleſiarum non euanuit, neque corruit Primatus Calaritani ſicut per erectionem ſimilium dignitatū, non corruerunt Patriarchatus Antiochenus, & Alexandrinus.* 129.*nu.*2.

Vexillum Confanonis colorum purpurei, & Crocei in Vrbe Romana, in ſolemnibus Proceſſionibus ſemper geſtant Eccleſiæ, Collegiatæ, ſed non Epiſcopali dignitate ornatæ, neque Primatiali titulo decoratæ. 180.*nu.*2.

Vicaria, ſeu Legatia erat ſeparabilis à dignitate Primatiali, *quia ſublata delegatione, non ideò Primatialis dignitas reuocabatur, & expirabat.* 178.*nu.*5.

Victor Romanus Pontifex anno 194. *in*

prima, & ſecunda decretali vſus eſt nomine Archiepiſcopi 46. §. 1. nu. 4.

Victor Papa III. vocat in Epiſtola ſcripta Benauenti Iacobum Archiepiſcopum Calaritanũ Primatẽ, hæc ſunt Põtificis verba, qui primas es dictæ Inſulæ, cui maiora Eccleſiarũ negotia deferẽda sũt. 51. nu. 2.

Victor III. Pontifex ſummus diſtinguit in illa Epiſtola ſcripta Benauenti, Archiepiſcopum Calaritanum eum nomine Primatis à cæteris Archiepiſcopis, & Epiſcopis Sardiniæ. 51. num. eod.

Victor Epiſcopus Pauſaniæ, nunc Ampurienſis, fuit ſuffraganeus Calaritani. 101. num. 2.

Viuianus fallitur, dum aſſerit, Baroniũ tomo duodecimo, anno 1132. teſtari, quod Innocentius II. Pontifex Summus fecit Archiepiſcopum Piſanum, Archipræſulẽ Sardiniæ. 162. §. 3. num. 32.

Vnaquæq; Prouintia Africæ propter lõginquitatẽ, Primatẽ habet proprium, ex Cõcilio Carthaginenſi III. habetur. 123. n. 1.

Vnicam fuiſſe Prouintiam Sardiniæ, teſtatur Arelatenſe primum in ſubſcriptionibus Epiſcoporum, vbi ait: Quintius, ſiuè Quintianus Epiſcopus Sardiniæ, non ſubſcripſit ex Prouintijs. Et ſexta Synodus generalis Conſtantinopolitana, vbi in ſubſcriptionibus epiſtolæ ad Pontificẽ Citonatus ſubſcripſit, pro me, & pro Synodo, quæ ſub me eſt, non pro Synodis, iſtius ergo vnius Prouintiæ vnicus fuit antiquitus Metropolitanus, & hic fuit Calaritanus. 49. §. 2. nu. 16.

Vrbes multæ, Galliæ, & Germaniæ, quæ sũt Metropoles non habent Primatem. 49. num. 1.

Vrbes plures, etiam clari nominis caruerũt ſede Epiſcopali, & ad alias reductæ sũt, ſic in Hiſpania Bilbilis clara Vrbs Aragoniæ, non habet Epiſcopum ſuæ nomenclaturæ, ſed eſt ſub Epiſcopo Tyraſſonen. Murcia Metropolis illius Regni ſub Epiſcopo Carthaginen. 82. nu. 9.

Vrbs Squillatina, cuius Epiſcopus erat Ioãnes delegatus, erat vicina bis duabus Vrbibus Turritanæ, & Tauriatinen. Italiæ, & ideo poterat breuiter, & cum feſtinatione delegatus ad illas accedere, ſicut illi præcipiebat D. Gregorius, quam feſtinationem non potuiſſet adhibere ad Vrbem Turritanam Sardiniæ tàm diſtantem ob immenſum Maris ſpatium intermedium. 136. num. 11.

Vrbs Calaritana antiquiſſima cæterarum Sardiniæ; ſuam primam fundationem à Phorco nepote Noè, & Meduſa originem traxit. 20. num. 4.

Vrbs Ciuium Romanorum nuncupata fuit à Plinio, ſola Calaris in Sardinia, quæ fuit primæ claſſis, ſeu primi ordinis cæterarum Vrbium, ideircò ab alijs appellata Vrbs Vrbium Regni Sardiniæ. 21. nu. 5.

Vrbs Calaritana, quando dicitur Metropolis Inſularum Sardiniæ, non poteſt intelligi localiter, ſed poſſeſſiuè propter iuriſdictionem, quidquid in contrarium dicat Fara Saſſaritanus in ſuo Codice manuſcripto, explicans has auctoritates nõ poſſeſſiuè, ſed localiter, nec eſt idem Metropolitanus Inſularum Sardiniæ, ac Metropolitanus in Sardinia. 59. nu. 6.

Vrbs Calaritana ab eruditiſſimis viris fuit nũcupata, Primariã, & præcipua Sardiniæ Vrbs, nobiliſſima, fideliſſima, propugnaculum Inſulæ, opulentiſſima, præclariſſima, digniſſima, cæteris dignior, ditior, Emporium Regni Sardiniæ, Robur totius Inſulæ, vnica clauis, præſidium totius Inſulæ, Reſtauratio Sardiniæ caput totius Regni, & firmamentum. 16. vſq; ad 19.

Vrbs Caralia, non eſt Calaris, ſed alia Vrbs Pamphiliæ, datur etiam alia Caralia in Iſauria. Calaris ſolùm fuit dicta Caralis, vt in Cõcilio Arelatenſi primo, Quintius, vel Quintianus dicitur Epiſcopus Caralitanus, vel Caralos. 193. nu. 11.

Vrbs Turritana Italiæ, & Tauriatinen. ſiuè Tauriana, erant Vrbes vicinæ Prouintiæ Calabriæ, nunc deſtructæ. Ad vtramque Vrbem miſit D. Gregorius eundem delegatum Ioãnem Epiſcopum Squillatinum vicinum, ex quo infertur, non fuiſſe illam Vrbẽ Turritanã Sardiniæ, quia ad hãc, diuerſum Legatum nominaſſet ab eo, quem deſignauit Eccleſiæ Tauriatinen. quæ vergit ad Orientem, Turritana Sardiniæ ad Occidentem, & tot centennis milliaribus diſtat ab alia. 135. nu. 10.

Vrbs Sardica inuenitur in Thracia, nũc dicta Romania, vbi celebratum fuit Concilium Sardicenſe, anno 347. tempore Iulij Papæ I. vt ſcribit Ciaconius in geſtis Sũmorum Pontificum, ſed Prothogenes non fuit Epiſcopus illius Sardicæ, ad illum

annum

annum ex mẽte Baronij, Prothogenes fuit Epiſcopus Occidentalis, & Sardica Thracia, ſicut Sardis Lidiæ Orientales, Sardinia verò ſola Occidentalis, igitur Prothogenes non fuit Epiſcopus Sardicenſis, ſed Sardinienſis. 80. *nu.* 3.

Vſellenſis Epiſcopus ſuffraganeus Arborenſis obtinuit à Calaritano, tanquàm à Regni Primate, vt iuberet confici inuentarium ſuorum bonorum 131. *nu.* 3

Vſurpatio tituli Primatis, fuit moderna, & voluntaria à Turritano, & Arborenſi, à Turritano à 30. *ab Arborenſi à* 12. *abhinc annis, & hæc ſemper à Calaritano impugnata, & contradicta.* 133. *nu.* 2.

Vſurpatio tituli Primatis Sardiniæ, & Corſicæ à Saſſaritano, epiſtolis Regijs, cum Conſilio Senatus Supremi reprobata fuit, à Regijs Miniſtris, & in eorũ literis, & titulis expuncta. Ibidem.

Vſurpatio tituli Vexillarij Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, recenter facta fuit ab Archiepiſcopo Turritano, anno 1543. 188. *nu.* 8.

X

X*Enodochia in Sardiniæ Regno conſtituta, probant generalem iuriſdictionẽ Calaritani in tota Sardinia, vt D. Gregorius Papa in Epiſtola de ordinãdis Eccleſijs, ſcribens ad Archiepiſcopum Calaritanum Ianuarium, manifeſtè affirmat.* 111. *num.* 5.

Xenodochia in Sardinia conſtituta, non dixit D. Gregorius, Xenodochia conſtituta in Prouintia Calaritana, quæ non probarent generalem iuriſdictionem Archiepiſcopi Calaritani. Ibidem.

Z

Z*Epherinus Pontifex Maximus, anno* 203. *in prima, & ſecũda Decretali nũcupatur Archiepiſcopus.* 46. *f.* 1. *nu.* 4.

Zouius Hiſtoriographus ait, tomo 13. *f.* 451. *à Piſanis, nonnullos Cardinales S. R. E. Prælatoſque Eccleſiarum, cum tribus legatis Pontificis in Mari necatos.* 163. *num.* 2.

Zozimus Papa ſolo Metropolitani titulo inſigniuit Arelatenſem, in Regionibus Gallicanis, Primatus priuilegio decoratum. 105. *nu.* 3.

Zozomenus vocat S. Luciferum Primatem Sardiniæ, & Corſicæ, Epiſcopum Caralorum, vel Carados. 193. *num.* 12.

Laus Deo, & Virgini Matri puriſſimæ, abſque originalis peccati labe conceptæ.

Errata primi Libri Corrige.

pag.	5.	col.	2.	lin.	21.	Caſtor.	cor.	Caſtro.
pag.	9.	col.	1.	lin.	17.	ad hæreſes.	cor.	aduerſus hæreſes.
pag.	35.	col.	1.	lin.	1.	noſtri ſeruum.	*adde*	noſtri ſeruo ſeruū vinci Chriſti.
pag.	58.	col.	2.	lin.	37.	Theodoriti,	cor.	Theodori.
pag.	88.	col.	2.	lin.	14.	recurſus.	cor.	reuerſus.
pag.	91.	col.	2.	lin.	30.	Æneas.	cor.	Æneam.
pag.	105.	col.	1.	lin,	10.	Symondus	cor.	Syrmondus.
pag.	108.	col.	2.	lin.	9.	Canonizatio.	cor.	Canonizationes.
pag.	111.			lin,	21.	mouitq́ue	cor.	monuitq́ue.
pag.	116.			lin.	18.	effecto exeoq́ue.	cor.	effeto exeſoq́ue.
pag.	116.			lin.	30.	Araſimundo.	cor.	Traſimundo.
pag.	119.			lin.	36.	apenis.	cor.	apertis.
pag.	132.	col.	1.	lin,	4.	recepis.	cor.	receptis.
pag.	134.	col,	1.	lin.	11.	coloret.	cor.	coleret.
pag.	140.	col.	2.	lin.	9.	Oriente.	cor.	Occidente.
pag.	143.	col.	2.	lin.	29.	claritatis.	cor.	charitatis.
pag.	144.	col.	1.	lin,	6.	Scimate.	cor.	ſchiſmate. (tiani.
pag.	148.	col,	1.	lin.	26.	alii hæretici Meletiani,	cor.	alij hæretici, & Mele-
pag.	160.	col.	2.	lin,	23.	Mantholonius.	cor.	Montholonius.
pag.	173.	col.	2.	lin,	15.	ita quos.	cor.	itaque,
pag.	185.	col,	2,	lin.	21.	poterit iuridice.	cor.	poterit probari iuridice.
pag.	193.			lin.	20.	ſolnienſſima.	cor,	ſolemniſſima.
pag.	201.			lin.	32,	prædita.	cor.	perdita.
pag.	207.			lin.	19.	ſequentis,	cor.	ſequentibus.
pag.	208.			lin.	16.	glorioſis.	cor,	glorioſi.
pag.	214.			lin.	28.	plure,	cor.	pluere.
pag.	229.	col.	1.	lin.	22.	ſermi.	cor.	ſerui.
Ibidem		col.	2.	lin.	23.	montis.	cor.	monitis.
pag.	230.	col,	2.	lin.	14.	prætet.	cor.	præter.
pag.	210.			lin.	11.	præſeuerauit.	cor.	perſeuerauit.

Idem in ſequentibus corrige.

Errata Libri ſecundi Corrige.

pag.	8.	col.	8.	lin,	37.	Seruia.	cor.	Dania.
pag.	9.	col.	1.	lin.	14.	intercesſerunt,	cor.	interdixerunt.
pag.	19.	col.	2.	lin.	27.	latius.	cor.	Liuius.
pag.	77.	col.	1.	lin.	22.	Numidias.	cor.	Numidiæ.
pag.	83.	col.	2.	lin,	29.	1602.	cor.	1062.
pag.	101.	col.	1.	lin.	22.	tortaus.	cor.	Hortatus.
pag.	111.	col.	2.	lin.	13.	& 6. Ruff.	cor.	ex 6. Ruffo.
pag.	127.	col.	2.	lin.	20.	fuiſſer.	cor.	fuiſſe.
pag.	128.	col.	1.	lin.	17.	Bizantinum,	cor.	Bizantinus.
pag.	168.	col.	2.	lin,	34.	Primaum.	cor.	Primatum.
pag.	206.	col.	1.	lin.	39.	Turritanus.	cor.	Turritano.
pag.	229.			lin,	49.	ſuo arbore.	cor.	ſua arbore.
pag.	132.	col.	2.	lin.	12.	induici.	cor.	induci.
pag.	233.			lin.	38.	179.	cor.	879,
Ibidem				lin.	39.	præpictus.	cor.	prædictus.
pag.	238.			lin.	41.	Turritanus,	cor.	Tuſdritanus.

pag.	141.	col.	2.	lin.	23.	em ſere.	dele	em.
pag.	146.			lin.	37.	concemus.	cor.	concedimus.
pag.	152.	col.	1.	lin.	14.	concem .	cor.	conceſſa.
pag.	152.	col.	2.	lin.	13.	reſtictis.	cor.	reſtrictis.
pag.	153.	col.	2.	lin.	14.	addictionibus.	cor.	additionibus.
pag.	163.	col.	1.	lin.	24.	iPſani.	cor.	Piſani.
pag.	182.	col.	1.	lin.	15.	Succeſſione.	cor.	Sueſſione.
pag.	203.	col.	2.	lin.	17.	incuſiones.	cor.	incurſus.
pag.	106.	col.	1.	lin.	26.	aſſenſerint.	cor.	aſſeruerint.
pag.	210.	col.	2.	lin.	20.	326.	cor.	336.

F I N I S.

REGESTVM.

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P

Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt duerniones præter tres qui ſunt terniones.

CALARI,

Ex Typographia Doctoris Antonij Galzerin.

Apud Bartholomæum Gobettum. M. DC. XXXIX.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google